



A R T I C U L I

DIAETALES

PRINCIPATUS TRANSYLVANIAE

ANNI M. DCC. XLIV.



OS MARIA THERESIA
DIVINA FAVENTE CLEMENTIA
REGINA Hungariae, Bohemiae, Dal-

matiae, Croatiae, Slavoniae, Archi-Dux Austriae,
Dux Burgundiae, Brabantiae, Mediolani, Styriae,
Carinthiae, Carnioliae, Mantuae, Parmae, & Pla-
centiae, Limburgiae, Lucemburgiac, Wirtember-
gae, Superioris & Inferioris Silesiae, Princeps Sve-
viae & Transylvaniae, Marchio Sacri Romani
Imperii, Burgoviae, Moraviae, Superioris & In-
ferioris, Lusatiae, Comes Habsburgi, Flandriae,
Tyrolis, Feretis, Kyburgi, Goritiae, Gradiscae, Ar-

A

the-

thesiae, Namurci & Siculorum, Landgravia Alsatiae, Domina Marchiae, Slavonicae, Portus Naonis, Salinarum, & Mechliniae; Nupta Dux Lotharingiae, & Barri, Magna Dux Hetruriae.



Emoriae commendamus tenore praesentium significantes quibus expedit universis: Quod cum Nos pro clementissima Nostra, ac prorsus Materna erga Charum Nobis, ac haereditarium Transylvaniae Principatum, Partesque eidem incorporatas, Cura, ac Sollicitudine, Generalem Universorum Fidelium Nostrorum Statuum, et Ordinum trium Nationum ejusdem Principatus Nostrorum, Partiumque eidem incorporatarum Diaetam pro Die 21. Mensis Augusti, Anni proxime praeteriti 1743. in Liberaim, Regiamque memorato in Principatu nostro Civitatem Cibiniensem indixissemus, ibidemque Gubernio Nostro Regio, Universisque memoratis Statibus, et Ordinibus insimul congregatis, per Fidelem Nostrum Nobis sincere dilectum Spectabilem et Magnificum Theobaldum Sac: Rom: Imp: Comitem a Czernin, Generalem nostrum Campi Mareschalli Locumtenentem, unius Legionis Equestris, ordinis Tribunum, et substitutum Armorum nostrorum in illo Principatu nostro Praefectum, ad eandem Generalem Diaetam Deputatum a Nobis Regium Commissarium nostrum Plenipotentiarium, inter reliqua publicum ejusdem Principatus nostri, Partiumque eidem incorporatarum, statum tangencia Negotia, super nostro, Regiaeque Domus Nostrae Austriae, in illum nostrum Transylvaniae Principatum, et Partes eidem incorporatas, haereditario Jure, ac Domino, et secundum Sanctionis Pragmaticae, ab illo etiam Principatu nostro, Partibusque eidem incorporatis susceptae, ac stabilitae, dispositionem, Archi-Ducum Austriae utriusque

que Sexus Successione , eademque Sanctione Pragmatica et ejus virtute Nostra, tanquam Sacratissimi quondam Romanorum Imperatoris, ac Germaniae, Hispaniarum, Hungariæ, et Bohemiæ, Regis, CAROLI SEXTI Primogenitae Filiae , et ex sse Haeredis, prout in omnibus haereditariis Regnis, et Provinciis, ita etiam saepe fato Principatu, Partibusque eidem incorporatis legitima , et immediata successione præstitoque Nobis ab ejusdem Principatus , et Partium eidem incorporatarum Statibus , et Ordinibus Fidelitatis Homagio, nec non Serenissimi Principis, Domini FRANCISCI , Ducis Lotharingiae , et Barri , Magni Ducis Hetruriae , Conjugis nostri dilectissimi , a memoratis Statibus, et Ordinibus facta ad Corregentiam invitatione, ejusdemque acceptatione , ac declaratione, hujus item Corregentiae Juramento , Jurium praeterea, Legum, et Privilegiorum toties fati Principatus nostri , Partiumque eidem incorporatarum , tam Sacra, quam profana spectantium , Regia nostra Confirmatione, Unionisque , ac Regnicolarum eatenus Juramenti formulae ibidem declaratorum modificatione , Articulorum porro Romano-Catholicae, huicque Graeci Ritus vere Unitorum Religioni praejudiciorum abrogatione: Possessionum Collegii Societatis Jesu Claudiopolitani e numero Fiscalium Bonorum exemptione, ac denique Approbatarum Transylvaniae Constitutionum Part. 3. Tit. 12. Articuli unici dilucidatione : public's ejusdem Principatus Nostri Transylvaniae, Partiumque eidem incorporatarum Legibus inarticulandis benigne annuissemus, et praefatum Gubernium nostrum Regium, antelatique Status, et Ordines , insertos inferius Articulos in præattactae Diaetae continuatione , in Januario Anni currentis, prædicta in Civitate Nostra Cibinensi denuo resumta , communibus ipsorum votis, ac suffragiis prompte, parique et unanimi consensu conclusissent, eosdem Articulos, sub authenticis Præsidentis Statuum, et trium Magistrorum Protonotariorum Subscriptionibus, et Sigillis, demisse Nobis

exhibuerunt, supplicantes uno ore et corde Majestati nostrae humillime, ut illos Articulos, in publicam ac fundamentali illius saepetati Principatus Nostri, Partiumque eidem incorporatarum, salutem felicitatemque, ac conservationem conclusos, omniaque et singula in eis contenta, ratos, gratos, et accepta habentes, Nostrumque Regio Principalem Consensum eis praebentes, acceptare, autoritateque Nostra Regio Principali ratificare, roborare, ac pro fundamentali ejusdem Principatus, Partiumque eidem incorporatarum Lege, ipsis, universaque eorum Posteritati, benigne confirmare, et in Codicem aliarum ejusdem Principatus nostri, Partiumque eidem incorporatarum, Publicarum Legum, et Constitutionum relata, tam Nos Ipsae observare, quam per alios quoscunque observari facere dignaramur. Quorum Articulorum Tenor talis est.

ARTICULI

Universorum Statuum, et Ordinum Trium Nationum Principatus Transylvaniae; Partiumque eidem incorporatarum, in Generali eorundem Diaeta, pro Vigesima prima Mensis Auguſti, Anni Millesimi Septingentesimi quadragesimi tertii, in Liberam, Regiamque Civitatem Cibinensem indicita, et celebrata, concluſi.

PRAEFATIO.



Otum est universo Orbi Christiano, quali, qantaque Principatus bic Transylvaniae alacritate, motuque proprio, quam profundissima in integerrimam Auguſtijmæ Domus Austriae Clementiam, simulque Justitiam & Fiducia glorioſum, faustumque Ejusdem in ſe Regimen, non modo ſuſcep-
rit spontanee, ſed ab iſto puncto temporis ad praefens uisque
quam follicite eo vires suas intenderit, qualiter omnes Obsequii
ſui,

sui, suaeque fidelitatis partes, quae rectum, et sincerum suo
 Principi subditum decent, adimplere valeat continuo; ut ta-
 men haec omnia ad seram Posteritatem quoque transeant; quan-
 doquidem Regnantis Sacrae Majestatis Regiae, et Principis
 Nostrae Haereditarie Clementia, eum Nobis universis Statibus,
 et Ordinibus trium Nationum Principatus Transylvaniae indul-
 sisset felicitatem, ut post devolutos in suam Majestatem Fas-
 ces et Gubernacula Regnum Paternorum, n.cx. Anno subse-
 cuto 1741. nostros Deputatos in conspectum Throni sui admise-
 rit, ab iisdem Successioni suae Majestatis Divinam benedictio-
 nem; gloriamque perpetuum, Universrum Statuum voto soleni-
 ni apprecentibus, Instrumentum super depositione Homagii, ac
 Fidelitatis erga suam Majestatem authentice confectum clemen-
 ter acceptaverit, Serenissimo Archi-Duci, et Regnum Paternorum
 Haeredi, in tesseram fidelitatis, et applausus, exile quidem aet de-
 vota missum corde Minusculum humillime repraesentari indul-
 srit, quin et demissas Universorum Statuum preces, et gra-
 vamina benignissimis manibus exceperit; Dum tandem subsecu-
 tae Generali Nostrae Diætæ ad 21. Mensis Augusti, Anni præ-
 teriti 1743. in Liberam Regiamque Civitatem Cibinium indi-
 clae, hi que nunc in continuatione existenti eam concessisset,
 aut reddidisset, clementissime facultatem, ut Articulos Diaeta-
 les, tum ex anteactis, tum e Resolutione sua, per Deputa-
 tionem prædictam Nobis reportata, desumendis Indultis Regi-
 is coicinnare licet, amplectentes Nos Universi Status, et Or-
 dines cum tenerrimo osculo Benignitatem hanc plene Maternam,
 ad Nutum suæ Majestatis, tum ex Dignitate substernendorum
 Objectorum, tum ex ardentí erga suam Majestatem Zelo, pri-
 mum primo de et super quinque Articulis, Sacratissimam Ejus
 Personam, Successionenque haereditariam justam, ac legitimam:
 expost Corregentiam Serenissimi Magni Ducis concernentibus,
 indefesso studio laboravimus; qui quidem Articuli, juxta subse-
 cutam desuper benignam Resolutionem, remitti, et ab omni-
 bus die eodem quo præsentati sunt, 15. May communi Consen-
 su,

su, et summa alacritate acceptati sunt; Supplicamus proinde uno ore, et corde suae Majestati, ut hos eodem Articulos gratos, ac Universis Nobis acceptissimos, et cum his alios, etiam subinsertos iquatuor Articulos, Jura, Leges, et Privilegia Nostra, Unionemque inter Nos, nec non Articulos Romano Catholicae Religioni praejudiciosos, Possessionesque Collegii Societatis IESU Claudiopolitani, ac denique Articuli Approbatarum Constitutionum, Partis. 3. Tit. 12. dilucidationem spectantes a Nobis Diaetaliter conclusos, clementer acceptare, Regiaque Authoritate sua ratificare, roborare, in Codicem Legum nostrarum referri, atque iam ipsa Regia Majestas observare, quam per alios quoscunque observari facere dignetur.

De suscep^{to} a Transylvaniae Principatu Augustae Denius Austriae Dominio, et Legum, adhaesionem ad Portum Ottomanicum statuentium, alrogatione.

ARTICVLVS I.



Osteaquam Transylvaniae Principatus, antea quidem aliquot retro seculis Sacrae Regni Hungariae Coronae Membrum, sed tunc quoque pro seorsiva, et distinctae ab eo Jurisdictionis Provincia, sub Vaivodarum Directione, et Partium Transylvanarum Titulo habitus, diversisque nonnullis suis particularibus Legibus, ac Statutis fruitus, ac gavisus, ob rerum, et temporum vicissitudines, ab eodem Regno avulsus, separatusque fuisse, propriosque ex post Principes habuisset, augescente Portae Ottomanicae Potentia, ex illorum temporum, seque conservandi rationibus, ejusdem Portae Ottomanicae clientelam, et Protectionem suscipere, inevitabili fuit necessitate adactus, ac super ista ad Portam Ottomanicam adhaesione, praefstan-

dōque eidem obsequio, varias tulit Leges, et Constitutiones, quae tametsi jam antea Augustissimi Gloriosae memoriae Imperatoris LEOPOLDI, dum hicce Principatus semet sponte submisisset, abdicata ab eodem Principatu Poitae Ottomanicae Protectione, et ad illam adhaesione, ejusdemque Augustissimi Imperatoris, Augustaeque ejus Domus Austriacae Imperio, Regimine, ac Dominio, per Tractatus, cum Serenissimo Duce Lotharingiae, Anno 1687. et expost cum Comite Generale Caraffa Anno 1688. ac tandem Diplomatis Cæsareo Regii, ab eodem Augustissimo Imperatore huic Principatui Anno 1691. benigne dati Acceptationem, juxta quorum tenores constat, non modo Portae Ottomanicae Adhæsioni renunciasse, sed et liberam Electionem Principis eo extensam esse, ut simul serenissimo Regi Josepho, tunc legitimo Magni Parentis Successori, Haereditario Jure regnaturo, semet dedisset sponte, ultroneè ac unanimiter suscepitis, ac declaratis, tanquam cum his incompossibilis, eisque contrariae eo ipso cessaverint, cassataeque, ejuratæ, ac abolitae sint, id quod, et jam antea non exiguis Conatibus contendimus, contrariis etiam Legalibus Articulis declarare; Quia tamen ad hoc defuit Potestas, nunc pro majori Fidelitatis nostrae contestatione, et Publico etiam Statuto ejusmodi Legum, ac Constitutionum, Altefatae Domus Austriacae Imperio, Regimini, ac Dominio praejudiciorum sancienda abolitione, Nos Universi Principatus Transylvaniae Trium Nationum Status, et Ordines unaniimi voto, et cōsensu, omnes illas istius Transylvaniae Principatus Leges, Constitutiones, ac Statuta nuncupanter Approbatarum Constitutionum Part. 2. Tit. 1. Art. 2. in Conditionibus Principis quondam Gabrielis Bathori Punctum 5. itidem Art. 3. inter Conditiones Gabrielis Bethlen Puncti 2. Paragraphum 1. item Punctum 7. Art. 4. inter Conditiones Catharinae Brandenburgicae Punctum 13. Art. 5. inter Conditiones Georgij I. Rákóczi

kóczi Punctum 3. item secundi hujus nominis Articuli 6. Punctum 3. Part. 2. Tit. 1. Art. 7. inter Conditiones Francisci Rákóczi Punctum 4. Compil. Constit. Partis 2. Tit. 1. Conditionum Acatii Bartsai Punctum 3. ibidem statim subnexam Juramenti Regnicolarum Formulam, nec non Art. 4. Inter Joannis Kemény Conditiones Punctum 3. in Conditionibus Michaelis Apaffi senioris Punctum 3. & 23. cum Formula Juramenti Regnicolarum ponè has Conditiones sequente; item Part. 5. Edictum 44. & 45. ac alia omnia, et singula, sive in seriem Legum hujus Principatus relata, seu aliter qualitercumque lata, et condita; Item omnes Consuetudines, et usus antea existentes, et habitos, quae adhaesionem ad Portam Ottomanicam quoquo modo saperent, vigore hujus Articuli ejuramus, abrogamus, et abolemus, et e corpore Juris Transylvanicci expungimus, ac pro nullis, antiquatis, et expunctis statuimus, neque illas tanquam antea sponte sublatas sacro Diplomate confirmatas, nomine Approb. & Compil. Constit. intelligi debere declaramus.

De abrogato Principes eligendi Jure.

A R T I C V L V S II.

A Ltefati Augustissimi quondam Imperatoris LEOPOLDI Regimine ac Dominio ab hoc Transylvaniae Principatu, ut dictum est, sponte suscepto, et per hoc Juri haereditario Augustae Domus Austriacae Cultum, ac Obsequium sempiterno transmitteremus ad Posteros monumento, publico hoc Articulo omnes priores hujus Principatus Leges, Constitutiones, et Statuta, signanter Approbatarum Constitutionum Partis 2. Tit. 1. Art. 1. cum Formula Juramenti Principis Sigismundi Rákóczi, item Tit. eodem Art. 2. pariter cum Juramento, et Conditionum ibidem Principis Gabrielis Bathori Puncto 2. et 4. nec non Art. 3. et insuper Conditionum Principis Gabrielis Beth-

Bethlen Punctum 7. item Art. 4. Conditionum Catharinæ Brandenburgicæ Punctum 1. & 2. Art. 5. Conditionum Georgii I. & II. Rákózzi, de Libera Electione Punctum 9. Art. denique 7. & ibidem inter Conditiones Francisci Rákózzi Punctum 1. Compil. item Constat. Part. 2. Tit. 1. & inter Conditiones Acatii Bartsai Art. 1. de Libera Electione, Punctum 1. & 7. & Art. 4. Conditionum Ioannis Kemeny, Punctum pariter 7. & demum ibidem Conditionum Michaelis Apaffi Senioris Punctum pariter 7. ac alia omnia, & singula sive in Seriem Legum hujus Principatus relata, seu aliter, qualitercumque lata, & condita. Tractatus item Transactiones, Diplomata, aliaque Instrumenta quocunque tempore celebrata, & confecta, Liberam Principum Electionem, ejusdemque eligendi Juris reservationem, oblationem, aut Concessionem tacite, vel expresse continentia, omnesque Consuetudines, & Usus antea existentes, & habitos, quae Liberam Principes eligendi facultatem, ac Jus concedunt, tribuunt, statuunt, & reservant, vel quocunque colore et prætextu id saperent, aut aliter qualitercumque pædeclarato Haereditario & Altedictæ Domus Austriacæ Juri, & Successioni præjudicarent, & contraria essent, tanquam publicae Securitati exitiosa, pariter abrogamus, annullamus, et abolemus, & e Corpore Juris Transylvanicæ expungimus, ac pro nullis, non scriptis, nec statutis, neque tractatis, & transactis dicimus, ac declaramus.

Super Haereditario Augustæ Domus Austriacæ, utriusque Sexus Jure, et Successione.

ARTICVLVS III.

Utit igitur semper grata intelligat Posteritas ob immortalia Augustæ Domus Austriacæ in hunc Principatum tanquam Christianitatis Antemurale, beneficia innumeris cuius, & sollicitudinibus impensa, tum vero Benignitatum in

in ipso Regimine inexplicabilium magnitudo appareret, quod cœteris Coronarum Insignibus, & Ornamentis Tit. quoque Principis Transylvaniae adnumerandum, in specimen singularis, quo in hunc finitimum suum Principatum ferretur, dignata fuisset Imperatoria Majestas, Sacratissimus, & Potentissimus Dominus CAROLVS VI. Dominus, Dominus quondam Noster Clementissimus, & his innumera alia, a suis Fidelibus Subditis exigerent, ut se devotos in omne ævum, & deberent, & testarentur, felicitatem suam inde auspicaturi, quantaque securitas ab inde promanaret, si Juris Haereditarii Successio in casu defectus Virilis Sexus Augustae Domus Austriacæ, ad Fœminei quoque Sexus Successores juxta Primogeniturae Lineam semet extenderet, Nostro hoc ævo unanihi Statuum Voto, motuque proprio viva voce, ac uno ore in defectu Virilis Sexus altedictæ Cæsareæ Regiaeque Majestatis istud Hæreditarium succedendi Jus etiam in Sexum Augustæ Suae Domus Austriacæ Fœmineum; primo loco quidem a nunc dicta Caesarea Regiaque Majestate CAROLO SEXTO, dein in hujus defectu ab Augustissimo quondam Imperatore Iosepho: His quoque deficientibus, e lumbis Augustissimi olim Imperatoris Leopoldi descendentes, eorumque legitimos Successores, utriusque Sexus Austriae Archi-Dukes, juxta Primogeniturae ordinem, ab Alteditcta Cæsareæ Regiaque Majestate CAROLO VI. in aliis quoque Regnis, & Provinciis suis Haereditariis, in, & extra Germaniam sitis, eodem Jure & Ordine indivisibiliter, & inseparabiliter invicem, & insimul, ac una cum isto Transylvaniae Principatu, Partibusque eidem reincorporatis, Hæreditarie possidendis, stabilitum universi hujus Principatus Transylvaniae, trium Nationum Status, & Ordines in Anno 1722. 30. Mensis Martii sub Generalibus Principatus hujus ad diem 19. Febr. Anni ejusdem indictis, & continuative celebratis Comitiis unanimibus, & concordibus Votis, pro se, ac Suc-

Successoribus suis in perpetuum acceptassent, solennique desuper Instrumento, vim, & robur Pragmaticæ Sanctiōnis, Legisque perpetuae, ac nullo unquam tempore, aut modo a quibuscumque mutabilis fortitum, omni Contradictione, Exceptione, Dispensatione, ac Absolutione, aliisque beneficiis contrariis in perpetuum exclusis, confecto, cum subsecuta Sacratissimi Imperatoris Genitoris Suae Majestatis Regiae Desideratissimi, de Anno 1723. die 30. Decemb. Confirmatione, ac tandem in Anno 1724. die 24. Mensis Febr. in Generalibus pariter hujus Principatus Comitiis Publicatione solenni, & acceptatione totius Principatus in Codicem Legum Nostrarum inferendo declarassent, ita nunc etiam eandem Haereditariam Augustae Domus Austriacae seu Archiductum Austriae utriusque Sexus, modo, & ordine praedeclarato Successionem, Sanctionemque si per ea Pragmaticam praesenti Articulo pro perpetua, & invariabili Lege inferimus, stabilimus, statuimusque, & rata, grata, acceptaque in conformitate Articuli Regni Hungariae Anni 1723. declaramus; cuiusquidem tenor, & verbalis Continentia, simul cum Confirmatione Caesareo-Regia sequitur in hunc modum.



OS CAROLVS VI. DEI GRATIA
ELECTVS ROMANORVM IMPERATOR
Semper Augustus, ac Germaniae, Castellae,
Legionis, Arragoniae, utriusque Siciliae, Hye-
rotolimae, Hungariae, Bohemiae, Dalmatiæ, Croatiae,
Navarraiæ, Granatae, Toleti, Valentiae, Gallitiae, Majorica-
rum, Seviliae, Sardiniae, Cordubae, Corsicae, Murciae, Gi-
ennis, Algarbiae, Algericae, Gibraltaris, Insularum Canariae,
necnon Indiarum, ac Insularum Terrae Firmae, Maris
Oceani &c. REX, Archi - Dux Austriae, Dux Burgundiae,
Brabantiae, Mediolani, Styriæ, Carinthiae, Carnioliae, Liu-

cemburgi, Würtembergae, superioris, & inferioris Silesiae, Athenarum, & Neopatriae, Princeps *Transylvanie*, & Sveviae, Marchio Sacri Romani Imperii, Burgoviae, Moraviae, superioris, & Inferioris Lusatiae, Comes Habsburgi, Flandriae, Tyrolis, Barchinonæ, Feretis, Kyburgi Goritiae, Rossilionis, & Ceritaniae, Landgravius Alsatiae, Marchio Oristani, & Comes Gocceani, Dominus Marchiae Slavonicae, Portus Naonis, Biscajae, Molini, Salinarum, Tripolis, & Mechliniae.

Memoriae commendamus Tenore Praesentium significantes quibus expedit universis: Quod posteaquam Nos pro rebus, & negotiis Publicum chari Principatus Nostri Haereditarii Transylvaniae, Partiumque Regni aequae Nostri Hungariae eidem annexarum Statum concernentibus tractandis, Generalia pro die 19. Mensis Febr. Anni 1722. in Liberam Regiamque Civitatem Nostram Cibinium indixissemus Comitia, ibidemque Fidele Gubernium Nostrum Regium, caeterique universi Fideles Status, & Ordines trium Nationum ejusdem Principatus Nostri, Partiumque Regni Nostri Hungariae eidem annexarum: insimul congregati ab Illustri S: R: I; Comite Damiano Hugone quondam a Virmont Confiliario Nostro Actuali Intimo, & Aulico Belllico, Peditatus Supremo Magistro, unius Legionis Nostrae Pedestris Tribuno, nec non Armorum Nostrorum in dicto Principatu, & Valachia Cis-Alutana Praefecto, hujus item Directore Supremo, & ad eadem Generalia Comitia Deputato a Nobis Regio Commissario nostro Plenipotentiario, Fideli nostro eotum Nobis sincere dilecto, inter reliqua prosperitatem, & incrementum hujus Principatus, Partiumque eidem annexarum tangentia negotia, salutarem nostram Intentionem, & Paterni Regiminis solicitudinem ratione Dominatus. & Successionis Haereditariae, in eodem Principatu nostro Transylvaniae, Partibusque Regni nostri

Hungariae eidem annexis, pro casu (quem Divina Bonitas pro sua in Gentein Christianam misericordia clementer avertere dignetur) defectus Masculorum Descendentium Nostrorum, ad Fœmineam quoque nostram totiusque Domus Nostrae Austriacae Stirpem juxta Primogeniturae, in propinquiore succedente Linea ordinem a Divis nostris Majoribus provide institutum, extendendæ, & devolven-
dae, non absque singulari animorum suorum exultatione,
& inde concepta Consolatione intellexissent; eotum prae-
fatum Gubernium nostrum Regium, antelatique Fideles
Nostrum Status, & Ordines prompte, plane, sponte, mu-
tuuo ad invicem, & unanimi animorum Consensu, matu-
ra, & deliberata omnium, & singulorum ad id acceden-
te voluntate, viva voce ac uno ore, simul, & per Classes
singillatim, tam propriis suis, quam totius dicti Principatus,
Partiumque eidem annexarum, Commembrorum, &
Universae Posteritatis nominibus, in hunc qui sequitur
modum semet eatenus declararunt, supplicantes apud Ma-
jestatem nostram. super eo humilime ut videlicet hanc
demissam eorundem Declarationem, seu Constitutionem
ratam, gratam, & acceptam habere, benignum nostrum
Consensum defuper praebere, ac Authoritate nostra Cae-
fareo-Regio-Principali approbare, ratificare, roborare, &
confirmare, ac in numerum aliarum Principatus hujus,
Partiumque eidem annexarum, Constitutionum publica-
rum, futuris semper temporibus valitaram, & vim, ro-
burque Sanctionis Pragmaticae, Legisque perpetuae nullo
unquam tempore aut modo, a quibuscumque mutabilis
habitaram, inseri, & recenseri curare clementer dignare-
mur. Cujus quidem Declarationis, seu Constitutionis pro-
priis singulorum dicti Gubernii nostri Regii, Fideliumque No-
strorum Statuum, & Ordinum in praefatis Comitiis con-
gregatorum manuum Subscriptionibus, usualibusque eo-

rum

rum, nec non trium inibi Nationum ordinariis Sigillis roboratae, tenor talis est.

NOs Sacratissimi, Potentissimi, & Invictissimi Principis Domini, Domini CAROLI VI. Dei Gratia Electi Romanorum Imperatoris semper Augusti, ac Germaniae, Castellae, Legionis, Arragoniae, Utriusque Siciliae, Hyerosolimae, Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae, Navarræ, Granatae, Toleti, Valentiae, Galliciae, Majoricarum, Seviliae, Sardiniae, Cordubae, Corsicae, Murciae, Giennis, Algarbiae, Algeciree, Gibraltaris, Insularum Canariae, nec non Indiarum, ac Insularum Terrae Firmae, Maris Oceani &c. Regis, Archiducis Austriae Ducis Burgundiae, Erabantiae, Mediolani, Styriae, Carinthiae, Carnioliae, Luxemburgi, Würtembergae, superioris & inferioris Sileiae, Athenium, & Neopatriae; *Principis Transylvanie*, & Sveviae, Marchionis Sacri Romani Imperii, Burgoviae, Moraviae, superioris & inferioris Lusatiae, Comitis Habsburgi, Fleniae, Tyrolis, Barchinonae, Feretis, Kyburgi, Goritiae, Rossilionis, & Ceritaniae; Landgravii Alsatiæ, Marchionis Oristani, & Comitis Gocceani Domini Marchiae Sclavonicae, Portus Nao-nis, Biscaiae, Molini, Salinarum, Tripolis, & Mechliniae, Regium Transylvaniae Gubernium, caeterique Universi Fideles Status, et Ordines trium Nationum ejusdem Principatus Transylvaniae, & Partium Regni Hungariae eidem annexarum, ad moderna Generalia Principatus hujus Transylvaniae Comitia solenniter congregati.

AD perpetuam Rei memoriam significamus omnibus, quorum interest, aut interesse quoque modo posset. Nostro & charissimae Posteritatis Nostrae nomine per praesentes: Quod posteaquam intellectimus ex Illustrissimo, & Excellentissimo Sacri Romani Imperii Comite Domino Damiano Hugone a Virmont Majestatis Suae Sacratissimae

Actu-

Actuali Intimo, et Aulico Bellico Consiliario, Peditatus Supremo Magistro, unius Legionis Pedestris Tribuno, nec non Armorum in hoc Majestatis Suae Principatu Hæreditario, et Valachia Cis-Alutana Praefecto, in hac item Directore Supremo, et ad moderna Generalia Comitia Deputato Suae Majestatis Caesareo-Regiae Domini, Domini Nostri Clementissimi Commissario Plenipotentiario, non sine singulari animorum exultatione, et inde concepta Consolatione, non modo in Nos, sed in seram quoque Posteritatem Nostram redundatura Sacrae Cæsareæ - Regiaeque Majestatis, Domini, Domini et Principis Hæreditarii Clementissimi, in omnia Regna, et Provincias suas Hæreditarias Divinitus sibi concreditas, et subjectas, eum amorem, et juxta Paternam Curam, et Sollicitudinem qua Augustorum Majorum more in præsentiarum iis præcipue malis, quae futuris ætatibus, dictis Regnis, et Provinciis suis hæreditariis, calamitates, et pericula insuperabilia accersere possent, quantum Omnipotens DEUS conatibus salutaribus, pro liberrima sua in Reges, et Regna Terræ Dispositione clementer adesse voluerit, providentius occurrentum benigne statuerit, ut Divorum Majorum suorum solidis Institutis insistendo, ea, quæ de Primogenituræ ratione in vim Legis perpetuo valiturnæ, et Sanctionis Pragmaticæ constituere, tum vero inter alia singillatim decrevere, ut Stirpe Sua Mascula extincta, Foemineæ etiam eodem Primogenituræ ordine in Hæreditate succedant, itaque DEO benedicente fore, ut Regna, et Provinciæ, tam hodie ab Augustissima Sua Cæsarea Regiaque Majestate possessæ, quam in futurum quoque opitulante DEO Ditioni Suae accessuræ, ad mutuam, et reciprocam defensionem, majorisque cum dignitate, et inde secuturo terrore Hostium, securitatem in omne aevum nexus indissolubili coalescere, et cohærere valeant, atque possint, Id quod totum uberiorius, et lucidius præfatus Illustrissimus, et Excellentissimus

Dominus Commissarius Regius, et Plenipotentiarius Majestatis Suæ Sacratissimæ, Nobis omnibus simul congregatis, aperte, et plane, vivaque, et intelligibili voce, atque argumentis prorsus convincentibus declaratum, testatumque reddidit. Sacratissimæ Cæsareæ, Regiæque Majestati Domino, Domino Nostro Clementissimo suum huncce Principatum sibi Hæreditarium, immensis laboribus, et impensis, multoque sanguine, e gravi Ottomanorum jugo plus vice simplici vindicatum singulariter Sibi esse charum, eamque et plane distinctam ejus rationem habere, ut inde cuius sensato, et cordato perspectum, exploratumque esse possit, quantum Principatui huic Hæreditario, cum Partibus eidem annexis, tanquam antemurali furori jurati Christiani nominis hostis, præ cæteris obnoxio; sibique suis viribus tuendo minime pari, ex hac perenni Regnum, Provinciarumque Suæ Majestatis Sacratissimæ Hæreditariarum Unione, firmatoque in utrumque Sexum Primogenituræ ordine, et Publicæ Rei ornamenti, ac securitatis, et privatis etiam Patriæ Civibus emolumenti accessurum sit, indeque nihil dubitavimus, Nos. præfatum Regium Suæ Majestatis sacratissimæ Domini, Domini Nostrí Hæreditarii Gubernium, cæterique Universi Fideles trium Nationum Status, et Ordines ordinationem tam salutarem alacriter, et fideliter, prompte, plane ac sponte unanimibus votis acceptare, nec non ex amore, et Zelo in Sacram Suam Majestatem Dominum Dominum nostrum Clementissimum, Benignissimum, universamque Augustæ Domus Austriacæ Posteritatem Successioni Nobis propositæ, ut videlicet in Casu (quem Divina bonitas pro sua in Gentem Christianam misericordia avertere clementer dignet) Masculæ Stirpis Austriacæ extinctæ, Fœminea quoque eodem, quo Masculi Primogenituræ ordine, secundum Instrumenta a Sua Majestate Sacratissima et Gloriosissimis Prædecessoribus suis eatenus confecta, nobisque hic

hic communicata, in Principatu hocce Augustae Domus Austriacæ Haereditario, Partibusque ei annexis, ejusque Haereditati, et Dominatui indubitato Jure succedant, quam humilime, et fidelissime, voluntateque gratissima subscribere, atque de et super hocce solenne, et publicum Instrumentum, tum tribus Nationalibus Sigillis, tum vero pro majori firmitate, et obsequii in hocce passu Nostri, et Principatus hujus perenni gloria, singulorum quoque in Comitiis hisce congregatorum Patriae Civium Augustissimo et Invictissimo Imperatori Regi, et Principi Nostro Domino Domino CAROLO SEXTO Domino Domino Nostro Clementissimo, Regnorumque, et Provinciarum Suarum Haereditiarum Patri providentissimo, Ejusque utriusque Sexus Haeredibus, et Posteris, veluti et Augustissimo Domino, Domino Nostro Principi, et ipsi Patriae decorum, utile, et pernecessarium in duplice authographo rite, et legitime confectum, publicisque Principatus hujus Constitutionibus articulariter insertum, alterum praedicto Illustrissimo, ac Excellentissimo Domino Commissario ad haec Comitia Regio Plenipotentiario, in tesseram fidelitatis nostræ ea, qua par est reverentia, et obsequio exhibere; alterum vero in Archivo Principatus hujus summa cura, et custodia asservandum, vim, et robur Sanctionis Pragmaticæ, Legisque perpetuae, ac nullo unquam tempore, aut modo, a quibuscunque mutabilis sortitum deponere, omni quorumlibet contradictione, exceptione, dispensatione, et absolutione, ailiisque beneficiis contrariis quibuscunque perpetim exclusis, ea spe, et fiducia Vafallari, imo prope filiali freti, Suam Sacratissimam Cæsareo Regiam Majestatem Dominum Dominum Nostrum Clementissimum, Benignitatem suam Austriacam, et svavissimum in subditos suos, uti hucusque cum summa animi nostri Consolatione, ac Devotione experti su-

mus, et actu experimur Imperium ad omnes Masculos, et Fœmineos Haeredes, quam clementissime transmissum esse, pro quo etiam atque etiam quam humilime supplicamus, ac fœlix, et perenne Imperium ardentibus ad cœlum votis precati, ad utriusque Sexus Augustae Domus Austriae Posteritatem permanebimus omnes prout nostro, et Posteritatis nostræ nomine suscribimus aeternum Fideles Subditi, et respective Servi. Datum in Civitate Saxonicali Cibiniensi die 30. Mensis Martii, Anno Domini Millesimo Septingentesimo Vigesimo Secundo.



- (L.S.) Comes Sigismundus Kornis de Göntz - Ruszka, Sacre Cæsarea-Regicæ Catholicae Maestatis Status Intimus Consiliarius, Principatus Transilvaniae, & Partium Regni Hungariae eidem annexarum Gubernator Regius mp.
- (L.S.) Baro Stephanus Vesselényi de Hadad Consiliarius Transylvanicus Intimus, Tabulae Regiae Judicarie, ac Statuum Praeses, Comitatus Szolnok mediocris Supremus Comes mp.
- (L.S.) Baro Georgius Haller de Hallerstein Consiliarius Transylvanicus Intimus mp.
- (L.S.) Baro Ladislau Kemény de Gyerd Monostor Consiliarius Transylvanicus Intimus mp.
- (L.S.) Joannes Josephus Bornemisza L. B. de Kászon Consiliarius Transylvanicus Intimus: & Sedium Sicalicalium Csik, Gyergyó & Kászon Supremus Judex Regius mp. &c.
- (L.S.) Andreas Szent Kereszti Consiliarius Transylvanicus Intimus, & Magister Protonotarius mp.
- (L.S.) Michael Simon de Déshalva Consiliarius Transylvanicus Intimus mp.
- (L.S.) Andreas Teutsch Consiliarius Transylvanicus Intimus, Nationis Saxonice Comes, & Judex Cibinensis Regius mp.
- (L.S.) Samuel Vest Consiliarius Transylvanicus Intimus mp.
- (L.S.) Samuel Kóleséri de Keres Éér Intimus Gubernialis Secretarius mp.
- (L.S.) Sigismundus Kún de Csapo Intimus Gubernialis Secretarius mp.
- (L.S.) Michael Olasz Sacre Cæsareæ Ragiæque Majestatis, ac Principatus hereditarii Transylvaniae, & Partium Regni Hungariae eidem annexarum Magister Protonotarius Catholicus mp.
- (L.S.) Gregorius Sándor Magister Protonotarius mp.
- (L.S.) Josephns S. R. I. Comes Teleki de Szék Tabulae Regiae Judicarie Transylvanicæ Juratus Assessor mp.
- (L.S.) Comes Gabriel Haller de Hallerstein Tabulae Regiae Judicarie Transylvanicæ Juratus Assessor mp.

- (L.S.) Comes Franciscus Lázár, de Szárbegy Tabulae Regiae Judicariæ Transylvanicæ Juratus Affessor mp.
- (L.S.) Joannes Thorotzkai de Thorotzkó Szent György, Tabulae Regiae Judicariæ Transylvanicæ Juratus Affessor mp.
- (L.S.) Joannes Nemes de Hidvég Tabulae Regiae Judicariæ Transylvanicæ Juratus Affessor mp.
- (L.S.) Petrus Torotzkai de Torotzkó Szent György, Tabulae Regiae Judicariæ Transylvanicæ Juratus Affessor mp.
- (L.S.) Daniel Vass de Czege Tabulae Regiae Judicariæ Transylvanicæ Juratus Affessor mp.
- (L.S.) Franciscus Daniel de Vargyas Tabulae Regiae Judicariæ Transylvanicæ Juratus Affessor mp.
- (L.S.) Blasius Literati de Csik Szent Márton Causarum Fiscalium in Transylvania Director mp.
- (L.S.) Comes Franciscus Gyulai de Marus Némethi Sacré Césareæ, Regieque Majestatis General. V. Prefectus, & unus Regiminis Pedestris Ordinis Colonellus mp.
- (L.S.) Comes Georgius Bánffy de Losonc, Supremus Comes Comitatus Dobocensis mp.
- (L.S.) Comes Stephanus Kornis de Göntz Ruszka Sacré Césareæ, Regieque Catholicae Majestatis per Principatum Transylvanie Supremus Commissarius Provincialis, Incliti Comitatus Albenensis Transylvanicæ Supremus Comes mp.
- (L.S.) Baro Emericus Jófika de Branitska Sacré Césareæ, Regieque Catholicae Majestatis tenens Colonellus, & Incliti Comitatus Thordensis Supremus Comes mp.
- (L.S.) Comes David Petki de Királyhalma Supremus Comes Comitatus Colostensis mp.
- (L.S.) Comes Martinus Josepbus Keresztes de Várbege Supremus Comes Comitatus de Küküllő mp,
- (L.S.) Comes Josephus Bethlen de eadem Supremus Comes Comitatus Maramaros mp.

(L.S.)

- (L.S.) *Baro Petrus Apor de Altoria Supremus Index Regius trium Sedium Siculicalium Sepsi, Kézdi, & Orbai, ut & Miklósvár mp.*
- (L.S.) *Simon Boér de Kövesdl, Arcis, & Districtus Fagarasensis Supremus Capitaneus mp.*
- (L.S.) *Nicolaus Torma de Csitsó Kerefttúr Supremus Comes Comitatus Szólnoch Interioris mp.*
- (L.S.) *Ladislaus Bánffi de Losoutz Comitatus Krasznensis Supremus Comes mp.*
- (L.S.) *Baro Sigismundus Jósika de Branitska Comitatus Hunyadensis Supremus Comes mp.*
- (L.S.) *Sigismundus Korda de Boros Jenö Sedis Siculicalis Udvarhely Supremus Index Regius mp.*
- (L.S.) *Nicolaus Kerefttúri de Bere Kerefttúr Supremus Index Regius Sedis Siculicalis Marus mp.*
- (L.S.) *Faulus S. R. I. Comes Teleki de Szék Regalista mp.*
- (L.S.) *Alexander S. R. I. Comes Teleki de Szék Regalista mp.*
- (L.S.) *Comes Stephanus Gyulai de Marus Némethi Regalista mp.*
- (L.S.) *Comes Alexius Bethlen de eadem Regalista propter Chiragram manu aliena.*
- (L.S.) *Comes Joannes Haller de Hallerstein Regalista*
- (L.S.) *Comes Adamus Székely de Boros Jenö Regalista mp.*
- (L.S.) *Comes Adamus Bethlen de eadem Regalista mp.*
- (L.S.) *Baro Sigismundus Kemény de Gyerő Monostor Regalista mp.*
- (L.S.) *Baro Samuel Kewény de Gyerő Monostor Regalista mp.*
- (L.S.) *Georgius Nalárzi de eadem Regalista mp.*
- (L.S.) *Adamus Rhedei de Kis Rhéde Regalista mp.*
- (L.S.) *Sigismundus Thorotzkai de Thorotzkó Sz. György Regalista mp*
- (L.S.) *Georgius Thorotzkai de Thorotzkó Sz. György Regalista mp.*

- (L.S.) Michael Bartsai de Nagy Bartsa Regalista mp.
- (L.S.) Joannes Szilvási de Tseszelirzke Regalista mp.
- (L.S.) Stephanus Daniel de Vargyas Regalista mp.
- (L.S.) Sigismundus Bodoni de Vajda Sz Iván Regalista mp.
- (L.S.) Joannes Martskási de Tinkova Sacra Cæsareæ Regiæque Catholicæ Majestatis Tricesmarum Transylvanicarum Inspector, & Regalista mp.
- (L.S.) Adamus Radák de Magyar Bénye Regalista mp.
- (L.S.) Joannes Bernald de Alsó - Tsernáton Regalista mp.
- (L.S.) Franciscus Maurer de ürmös Regalista mp.
- (L.S.) Josephus Boer de Nagy Berivoj Sue Majestatis Sacratissime Rationum Fiscalium in Transylvania Exactor, & Regalista mp.
- (L.S.) Lazarus Apor de Al-Torja Regalista mp.
- (L.S.) Petrus Szeredai de S. Trinitate Regalista, et Deputatus Sedis Siculicalis Marus mp.
- (L.S.) Joannes Balogh de Radnóth Regalista, & Deputatus Comitatus Küküllő mp.
- (L.S.) Josephus Geréb de Arapataka Regalista mp.
- (L.S.) Michael Baranyai de Marus Jára Regalista m.
- (L.S.) Sigismundus Török de Pókafalva Comitatus Albensis Transylvaniæ Deputatus mp.
- (L.S.) Emericus Miske de Magyar Cseszve Deputatus dicti Comitatus mp.
- (L.S.) Joannes Simon de Désfalva Comitatus de Küküllő Deputatus mp.
- (L.S.) Michael Hegyesi de Besenyö Inclyti Comitatus Thordensis Deputatus mp.
- (L.S.) Franciscus Pápai de Alsó - Jára Inclyti Comitatus Thordensis Deputatus m.
- (L.S.) Stephanus Kerzeli de Farnas Inclyti Comitatus Kolosienfis Deputatus mp.
- (L.S.)

- (L.S.) Stephanus Frenk de Mös Inlyti Comitatus Colosiensis Dep. mp
- (L.S.) Georgius Balogh de Szászczegő, Inlyti Comitatus Dobocensis
Deputatus mp.
- (L.S.) Stephanus Lészai de Fagaras Inlyti Comitatus Dobocensis
Deputatus mp.
- (L.S.) Michael Dioszegi de Déés Inlyti Comitatus Szólnoch inter-
ioris Deputatus mp.
- (L.S.) Thomas Nemes de Mihátfalva Inlyti Comitatus Szólnoch
interioris Deputatus mp.
- (L.S.) Georgius Mara de Felső Szállás-pataka Inlyti Comitatus
Hunyadiensis Deputatus mp.
- (L.S.) Paulus Csulai de Nagy Csula Inlyti Comitatus Hunyadiensis
Deputatus mp.
- (L.S.) Adamus Pogány de Cseb Inlyti Comitatus Máramaros De-
putatus propter aegritudinem manu aliena.
- (L.S.) Michael Kengyel de Hatvan Comitatus Szólnoch mediocris De-
putatus mp.
- (L.S.) Paulus Nagy de Kis Doba Inlyti Comitatus Szólnoch medi-
ocris Deputatus mp.
- (L.S.) Georgius Gencsy de Mindszent Inlyti Comitatur Krajszen-
sis Deputatus mp.
- (L.S.) Alexander Márkó de Olasztelek Sedis Siculicalis Udvarhely
Deputatus mp.
- (L.S.) Paulus Sándor de Kénos Sedis Siculicalis Udvarhely Dep. mp.
- (L.S.) Franciscus Datzó de S. Sz. György Sedis Siculicalis Három-
Szék Deputatus mp.
- (L.S.) Josephus Baló de Nagy Baczon Sedis Siculicalis Három-Szék
Deputatus mp.
- (L.S.) Michael Bors de Csik Sz. Király V. Judex Regius Sedis infe-
rioris Csik & S. S. Csik Gyergyó & Kászon Dep. mp.
- (L.S.) Stephanus Solyom de Gyergyó Ujfalú V. Judex Regius Sedis
Siculicalis Gyergyó, & Deputatus mp.

(L.S.)

- (L.S.) Franciscus Czikó de Csík Mind-Szent Sedis Siculicalis Csík inferioris Juratus Notarius & Deputatus mp.
- (L.S.) Michael Dosa de Makfalva Sedis Siculicalis Marus De. mp.
- (L.S.) Joannes Fodor de Rákos Sedis Siculicalis Aranyas Notarius , & Deputatus mp.
- (L.S.) Balthasar Rákosi de eadem Sedis Siculicalis Aranyas De: mp
- (L.S.) Junior Sigismundus Bánffy de Losontz Regalista mp.
- (L.S.) Georgius Verder Liberæ Regiæque Civitatis Cibiniensis Consul, & ejusdem Sedis Deputatus mp.
- (L.S.) Joannes Georgius Vette Regiæ Liberaeque Civitatis Cibiniensis Notarius Juratus, & Deputatus mp.
- (L.S.) Georgius Kelpius Liberæ Regiæque Civitatis Schæsburgensis Consul , & ejusdem Sedis Deputatus mp.
- (L.S.) Stephanus Veingartner ejusdem Civitatis, & Sedi Segevudr Juratus Notarius & Deputatus mp.
- (L.S.) Stephanus Fillstich Liberæ Regiæque Civitatis Cronensis Jūdex Primarius , & Deputatus mp.
- (L.S.) Martinus Schneeweis Senator , & Notarius Civitatis Coronensis, & Deputatus mp.
- (L.S.) Valentinus Alstæter Liberæ Regiæque Civitatis Bistriciensis Senator, & Deputatus mp.
- (L.S.) Stephanus Zeivert Liberæ Regiæque Civitatis Bistriciensis Senator, & Deputatus mp.
- (L.S.) Thomas Rekerd Liberæ Regiæque Civitatis Szász Sebes Senator, & Deputatus mp.
- (L.S.) Michael Roth Liberæ Regiæque Civitatis Szász Sebes Dep: mp.
- (L.S.) Andreas Hann Liberæ Rigieque Civitatis Mediensis Consul , & Deputatus mp.
- (L.S.) Michael Schuller Liberæ Regiæque Civitatis Mediensis Vice Notarius , & Deputatus mp.

(L.S.)

- (L.S.) Michael Schvartz Juratus Civis Oppidi, et Sedis Saxonicalis Rupensis, & Deputatus mp.
- (L.S.) Martinus Melzter Juratus Civis, ac Deputatus Sedis Saxonicalis Nagy Schink mp.
- (L.S.) Georgius Salmien Juratus Notarius, & Deputatus Sedis Saxonicalis Nagy Schink m.p.
- (L.S.) Andreas Acker Oppidi Sedisque Saxonicalis Szerebely Regius Judex, & Deputatus propter illiterataram manu aliena mp
- (L.S.) Michael Breckner Oppidi Saxonicalis Ujegyház Regius Judex, & Deputatus ejusdem Sedis mp.
- (L.S.) Sigismundus Vilbelmus Kochblats Oppidi, ac Sedis Saxonicalis Ujegyház Secretarius, & Deputatus mp.
- (L.S.) Gregorius Veres Oppidi ac Sedis Saxonicalis Szászváros Deputatus, & ejusdem Sedis Judex mp.
- (S.) Simon Vietoris Oppidi ac Sedis Saxonicalis Szászváros Senator, & Deputatus mp.
- (L.S.) Joannes Erdélyi Liberae Regiaeque Civitatis Claudiopolitanæ Supremus Judex, & Deputatus mp.
- (L.S.) Joannes Handsáros dictæ Civitatis Claudiopolitanæ Regius Judex, & Deputatus mp.
- (L.S.) Paulus Pater nominatae Civitatis Claudiopolis Senator, & Deputatus mp.
- (L.S.) Joannes Josephus Szebeni Civitatis Carolinensis Senator, & Deputatus mp.
- (L.S.) Stephanus Tokai dictæ Civitatis Carolinensis Senator, & Deputatus mp.
- (L.S.) Josephus Almási Civitatis Marus Vásarbely Senator, & Deputatus mp.
- (L.S.) Michael Rosnyai dictæ Civitatis Marus Vásarbely Senator, & Deputatus mp.
- (L.S.) Andreas Bocz dictæ Civitatis Marus Vásarbely Senator, & Deputatus mp.

-
- (L.S.) *Joannes Bogáthi Oppidi Privilegiati Vizakna Jūdex Regius & Deputatus mp.*
- (L.S.) *Thomas Dobolyi de Vizakna ejusdem Oppidi Senator & Deputatus mp.*
- (L.S.) *Vojlai Sorbán Gabor Districtus Fogaras Juratus Assessor, & Deputatus mp.*
- (L.S.) *Simon Nagy Juratus Civis Oppidi Abrugbánya, & ejus Deputatus mp.*
- (L.S.) *Stephanus Nalátszi de eadem Inclyti Comitatus Zaràndiensis Deputatus mp.*
- (L.S.) *Josephus Szent Pali de Homoród Sz. Pál Comitatus Aradiensis Jūdex Nobilium, & Deputatus mp.*

UNDE nos antenotatorum Fidelium nostrorum Gubernii nostri Regii, Statuumque, et Ordinum trium Nationum hæreditarii nostri Principatus Transylvaniae, Partiumque Regni æque nostri Hungariæ eidem annexarum demissa hacce Instantia benigne exaudita, antelatam ratione Dominatus, et Successionis Hæreditariæ in toties dicto Principatu nostro Transylvaniae, Partibusque eidem annexis in casu defectus Masculorum Descendentium nostrorum, ad Fœmineam quoque nostram, totiusque Domus nostræ Austriae Stirpem, et Sexum prædeclarato modo extendendæ, ac devolvendæ factam Declarationem, seu Constitutionem benigno admittentes animo, de verbo ad verbum sine diminutione, et augmento, vel variatione aliquali præsentibus Literis nostris inferi, et inscribi fecimus, eandemque ratam, gratam, et acceptam habentes, in omnibus suis Punctis, Clausulis et Articulis clementer applacidavimus, nostrum Regium Consensum benevolum pariter, et Assensum desuper præbuimus, Authoritateque nostra Cæsareo Regio Principali approbabimus ratificavimus, roboramivimus, et confirmavimus, ita quidem ut Declaratio seu Constitutio ista vim, ac robur Sanctionis Pragmaticæ, Legisque perpetuæ nullo unquam tempore aut modo a quibuscum-

cumque mutabilis. habeat, ac sortiatur, atque in numerum
 aliarum Principatus hujus Partiumque eidem annexarum
 Constitutionum publicarum rite inseratur, et recenseatur;
 imo acceptamus applicadimus, approbamus ratificamus
 roboramus, et confirmamus; Harum nostrarum vigore, et
 testimonio Literarum.

Datum in Civitate nostra Archiducali Vienna die Tri-
 gesima Mens: Dec: Anno Domini Millesimo Septingentesi-
 mo Vigesimo tertio, Regnorum vero Nostrorum, Romani
 Decimo tertio, Hispanici Vigesimo primo, Hungarici et
 Bohemici pariter Decimo Tertio.

CAROLUS. mp.

B.: Joannes Josephus Bornemisza de Kászon.

Georgius Bálintit.

D-a

De

*De legitima Sacrae Regiae Majestatis Dominae Dominae,
MARIAE THERESIAE Successione.*

ARTICULUS IV.

Quandoquidem summe fato Augustissimo Imperatore, et Rege Gloriosissimo CAROLO VI. ex temporali Regimine ad sempiternam immortalis Gloriae Coronam evocato, eo, quod nullam post se Masculam Prolem reliquisset, Serenissima, ac Potentissima Domina, Domina MARIA THERESIA nihil prius nihil antiquius duxisset, quam ex tunc a morte sui desideratissimi Genitoris, Universa Jura, Libertates, Privilegia, Leges, Indulta, Consuetudines, et Immunitates privatum vel in communi tangentes, inviolabiliter illabateque se conservaturam, et observaturam; ac ab aliis quibusvis, et invicem observari facturam, assecurare; Unde Benignum, et in suos Subditos svavissimum Augustae Domus Austriacæ continuis semper temporibus experti Status in Communi, et in particulari Imperium, effari nequit, quanta alacritate, et animarum exultatione Eadem Sacræ Regiæ Majestati, tanquam Primogenitæ alterefati Imperatoris Filiæ, et secundum prædeclaratam Sanctionis Pragmaticæ, etiam ab hocce Principatu, ut præmissum est, acceptatae, ac stabilitæ dispositionem, in omnibus Hæreditariis Regnis, et Provinciis ex asse Hæredi Eorumque Dominae, in omnibus iisdem Regnis, et Provinciis Hæreditariis, et isto quoque Transylvaniæ Principatu, Partibusque Eadem incorporatis legitime succedenti, Eademque debito sibi, et competente Jure eorundem Hæreditariorum suorum Regnum, et Provinciarum, Principatusque hujus, et Partium eidem incorporatarum Dominium, ac Regimen suscipienti, Universi sæpedicti hujus Principatus Status, et Ordines, debitum Fidelitatis Homagium juxta formam huic Articulo subnexam devote præstiterimus,

imus, quam summe fatae Regiae Majestatis Haereditario Jure Successioneim, pro Justa legitima, et ex prædeclarata Sanctionis Pragmaticae Dispositione eidem debita, et competente praesenti Articulo agnoscimus, declaramus, et inarticulamus.

Juramentum Regnicolarum super Depositione Homagii.

EGO N: N: Juro per DEUM vivum, verum ac aeternum, fideque mea spondeo, et promitto Serenissimæ, et Potentissimæ Dominæ Dominæ MARIAE THERESIAE Hungariae et Bohemiæ &c. Reginæ, Archi - Duci Austriae, et Hæreditariae Principi TRANSYLVANIAE &c. Dominae, Dominae et Principi meae legitimæ, ac Hæreditariae mihi Clementissimæ, quod Suae Sacrae Regiae Majestati, Ejusque Hæredibus, et Successoribus legitimiis toto vitæ meæ decursu, fidelis, obediens Subditus, rectus, et sincerus, Amicorum amicus, Inimicorum inimicus ero, contra Suae Majestatis, Hæredumque, et Successorum ejus Sacras Personas, Statum, Dignitatem Honorem, Ditiones nec clam, nec aperte quidquam mali machinabor, aut aliis id faciendi quounque modo Author, Consultor, aut Adjutor ero, quin potius si alios quospiam quid simile moliri, aut aliud quidpiam in Suae Majestatis, Hæredumque et Successorum, aut Ditionum Suarum detrimentum vergere adverterem, seu intelligerem, talia vel ipse, vel per alios Suae Majestati immediate, aut mediate tempestive significabo, simulque molimina hujusmodi, et quaecunque alia damna, pro meis viribus impediam. et avertam, atque e contrario Suae Sacrae Regiæ Majestatis, Hæredumque et Successorum Commoda, et utilitatem quantum potero, promotebo, ita me DEUS adjuvet, Animæque meae Salutem elargiatur.

De Serenissimi Ducis Lotharingiae, et Magni Ducis Hetruriae Corregentia.

A R T I C V L V S V.

Altissimas, ac plane Regias Serenissimi Principis, ac Domini FRANCISCI Ducis Lotharingiae, et Barri, Magni Ducis Hetruriæ, Sacrae Regiæ Majestatis, Dominae, ac Principis nostræ Clementissimæ Conjugis Dilectissimi Virtutes, animique Dotes quovis fastigio dignas, et cum propria gravissimis a se curis, laboribus, et etiam vitae discrimine in Gentis præsertim Hungaricae Salutem suscep-tis, Sago, togaque eumulata, cum vero Avi Sui Serenissimi quondam Lotharingiae Ducis Caroli, pluribus de Christiani nominis Hoste reportatis Trophœis, ut et Principatus hujus ex Subjectione Turcica, et per hoc ab interitu vindicatione, Salutaribus Conventionibus, et Assecurationibus de Statu Ejusdem Principatus, pro illius temporis Circumstantiarum rationibus a Divo Imperatore Leopoldo obtentis, in gratam omnium nostrum memoriam transmissa merita, idque simul devoto submissoque contemplati, quod Deus Suam Regiam Serenitatem Altefatae Regiae Majestati Sacro Connubii Fœdere junctam, in partem Currarum, et Sollicitudinum vocaverit, eandem Regiam Serenitatem Anno proxime elapsō 1742. do Die 2-da Octobris ad Corregimen Principatus Transylvaniae a Statibus Principatus concordibus Votis, erga Juramenti Depositio-nem juxta Leges, et Rationes Statui Principatus accommo-dandi invitatam, quia Regia Sua Serenitas oblatum accep-tasse benigne Semet declarasset, Juramentum ex annuen-tia Regiae Suae Majestatis deponet secundum Formulam a Statibus submissam, Corregimen, Coadministratio por-ro hæc duret usque ad dies vitae, quos longissimos DE-US impertire dignet, et placitum Sacrae Regiae Maje-statis,

statis; Quod si vero Sacram Regiam Majestatem , cui diutissimam , et felicissimam ad seram Posteritatem Vitam ardentissime exoptamus, Divo sic disponente Numinе p̄ae-
 mori contingere, casu in eo Sua Regia Serenitas , usque
 ad tempus minorenitatis Augustae illius prolis , quam
 Successio et Haereditas Regnorum , et Provinciarum imme-
 diate concernet , Principatum hunc , et Partes eidem in-
 corporatas, Jure Tutorio , et Paterno nomine gubernabit, in
 casu vero Defectus , quem DEUS clementer avertere di-
 gnetur , Jus et immediata Successio pro iis, quibus secun-
 dum Dispositionem Sanctionis Pragmaticae competit , fal-
 va , et integra manebit , vi hujus demum cum Consensu ,
 et annuentia Sacrae Regie Majestatis , sponte et unanimi-
 ter oblati Corregiminis Regia Sua Serenitas Principatus
 hujus Negotia , in Conformatitate ejusdem Principatus Le-
 gum administrabit , Suprema tamen , et praesertim Tit. 4.
 et 9. Partis 1. Operis Decreti Tripartiti declarata Potes-
 tas , Privilegiorum item Collatio , et alia Jura Majestatica,
 velut solum Principibus Hæreditariis Competentia , penes
 solam Sacram Regiam Majestatem remanebunt , cœterum
 Regia Sua Serenitas cunctos Status , et Ordines in suis Le-
 gibus , Juribus , Prærogativis , Immunitatibus , Indultis , Con-
 fuetudinibus , Diplomatibus , et illa subsecutis Benignis Re-
 solutionibus Regiis , tam Sacra , quam profana spectanti-
 bus , conservari curabit , deposito , ut præmissum est Jura-
 mento , Eandem Regiam Suam Serenitatem , indulgente
 Sacra Regia Majestate , Domina nostra Clementissima , pro
 hujus Principatus Transylvaniæ , et Partium eidem incor-
 poratarum Corregente , et Coadministratore concordibus ,
 et unanimibus votis agnoscimus , declaramus , et venera-
 mur ; sperantes indubie , quod quemadmodum Transylva-
 nia sub Divo Leopoldo Sponsore Suæ Serenitatis Avo ,
 initium Suæ felicitatis sumvit , sic sub Benigno hoc Suæ

Re-

Regiae Serenitatis Corregimine duplici Jure Suam felicitatem metietur.

Juramenti depositi Formula.

EGO THEOBALDUS Sacri Romani Imperii Comes a
E CZERNIN, a Sacra Regia Majestate, qua Principe
Transylvaniæ, ad præsentem Inclytorum Statuum, et Or-
dinum Principatus Transylvaniæ Diætam Deputatus Com-
missarius Regius, tandem a Serenissimo etiam Principe Do-
mino FRANCISCO Duce Lotharingiæ, et Barri Magno
Duce Hetruriæ ad præstandum coram dictis Statibus, et
Ordinibus super Corregentia infra uberioris declaranda Jura-
mentum denominatus Plenipotentiarius.

JURO per DEUM vivum et æternum, per ejus Sanctissi-
mam Genitricem Virginem MARIAM, ac omnes San-
ctos: Nomine, et in Persona Altefactæ Suæ Serenitatis
Regiæ, quod Idem Serenissimus Magnus Dux ab univer-
sis Statibus, et Ordinibus Trium Nationum Principatus
Transylvaniae, et Partium eidem reincorporatarum, ex
speciali eorum erga Suam Serenitatem Regiam, velut Sa-
crae Regiæ Majestatis Conjugem Dilectissimum Regiamque
ejus Domum devotione ad Corregimen Principatus Tran-
sylvaniae sponte invitatus, et post Benignam Regiæ Ma-
jestatis Principis Transylvaniæ Hæreditariæ annuentiam,
ac Consensum, eximium illud dictorum Statuum, et Ordi-
num Fiduciæ, et Amoris Testimonium Faventer, et Be-
nigne fuscipiens, oblatumque Corregimen, et Coadminis-
trationem acceptans, Modum, Formam, et Conditiones,
Articulo præcedenti insertas, et declaratas rite, Sancte,
et inviolabiliter observabit, totum Corregimen Suum juxta
eas instituet, et Coadministrationem Suam iis conformabit;
Ita me Deus adjuvet.

*De Principatus Transylvaniæ, & Partium Regni Hungarie, ei-
dem reincorporatarum Trium Nationum, Statuum & Ordinum
Privilegiorum tam Sacra, quam profana spectantium Confirma-
tione, & Unionis Articulo Approbatarum Constitutionum Par-
tis 3. 1. Tit. comprehensae modificatione.*

A R T I C U L V I.

Cum Sacra Regia Majestas vi legitimae et immediatae successionis, Haereditarii hujus sui Principatus Regimen suscipiens, Rescripto suo benigno die 21. Octobris Anno 1749. edito universos, et Singulos trium Nationum Status, et Ordines in nostris Juribus, Legibus, Privilegiis, Immunitatibus, et Indultis, quae videlicet ab Avo, Patrio, et Genitore Majestatis Suae desideratissimis, seu Diplomatice, seu Sacrum hoc Diploma secutis benignissimis Resolutionibus, et Sanctionibus, tam circa Sacra, quam profana huic Principatui concessa, et indulta fuere benigne confirmaturam, et Clementissime conservaturam, cunctaque et singula benigne promissa effectui mancipaturam, sub Verbo Regio affidaverit, ex post ad Instantiam nostram per Deputatos nostros specialiter factam, inter reliquas benignas Resolutiones Suas sub 20. Julii, 1742. confirmare dignata fuisse, notissimeque inter Propositiones Regias indulssisset inseri dictarum Resolutionum Paragraphum isthoc tenore sequentem: Etsi Legem, quae incipit Andreas Rex, et alia nonnulla, quae ipso Fidelium Statuum nostrorum assensu, interea mutari contigit, postliminio resuscitandi, et denuo valida reddendi Mens Nobis non sit, in reliquo Universos, et singulos Fideles Nobis dilectos charae Nobis Transylvaniae trium Nationum Status, et Ordines, fine discrimine Religionum, etiam Sacrae Romano-Catholicae Ecclesiae Graeci Ritus vere Unitorum, cum et illi Catholici sint, redimus hisce certos,

et securos, non secus, ac alios quosvis, cuiusvis gradus, et Conditionis ejusdem Principatus incolas Universos, et singulos, quod eosdem in suis Juribus, Legibus, Privilegiis, Immunitatibusque, et Indutis, quae videlicet ab alte dictis Augustissimis Praedecessoribus, Avo nimurum Patruo, et Genitore nostris desideratissimis, seu Diplomatice, seu aliis Sacrum hoc Diploma fecutis benignissimis Resolutionibus, et Sanctionibus, tam circa Sacra, quam profana charae Nobis Transylvaniae concessa, et indulta fuere clementissime non modo confirmemus, verum etiam illibate simus conservatae. Nos venerabundi Maternum affectum hunc agnoscimus, grataque mente tam luculentum ejus Documentum Articulo huic inferendum existimavimus. Terminos autem Graeci Ritus Unitorum mentionato Resolutionis Regiae Paragrapho insertos ad Ecclesiasticos solum, et nobilitari praerogativa gaudentes, quorum Conditio ea est, quae reliquorum Patriae Civium, et qui eidem Nationi e tribus receptis sistema hujus Principatus constituentibus, ubi per adeptionem Bonorum sedem sibi fixerint, hoc ipso absque Quartae Nationalitatis Erectione, ac constitutione annumerati sunt, referri, non vero ad plebeos, vel filios Poparum e plebea sorte assumptorum extendi posse, aut debere, ne Systema hujus Principatus evertatur, neve Piebs Valachorum, aliorumque Advenarum, numerum inter Nationes faciat, ac vel ulli trium Nationum, earumque Juribus, Privilegiis, Immunitatibus, et Praerogativis praejudicio sit, intelligimus.

Quod porro Approbatarum Constitutionum Partis, ³. Tit. i. Articulum unicum, subsequentemque super Unionem Juramenti Formulam, huicque subnexas Unionis Conditiones attinet: non est, neque fuit Consilium Statibus Articulum hunc in moderna litera relinquere, sed adhuc sub

sub initio Diaetae Conventum jam super eo fuerat , ut in parte juri Majestatis derogante inter præmissos de Majesticis Articulos abrogarentur , quos nunc etiam in tantum hisce pro sublatis declaramus.

IN quantum vero Religioni Romano-Catholicae præjudiciorum in iisdem recapitulari videntur, in tantum inter Articulos eidem Religioni præjudiciorum abrogari statuimus, reliqua parte , qua libertatem liberi Exercitii receptis Religionibus permetterent, et Nationum receptarum mutua non Jurium, et Legum conservationem spectarent, precibus etiam innoxie fundendis in salvo relictis, qua hac Lege se se conservarunt dictae Nationes, et ad haec usque tempora durarunt, illudque Institutum a Divo etiam LEOPOLDO hac in parte laudem meruit, ut sic Regium servitum, et publicum hujus Principatus, Civitatemque solidante illa Constitutione, quae ipsa Lex fundamentalis est, in vigore relicta , singulis vi hujus vinculi convivere liceat; et in præattactae Juramenti Formulae locum subinsertam substituimus, juxta quam teneatur, quivis legitimam aetatem asseditus, vel Indigenatum, votumve in publico sortitus, aut Officium quodvis gesturus Juramentum deponere.

Formula Juramenti.

EGO N: N: Juro per DEUM vivum, et aeternum , quod Sacrae Regiae Majestati MARIAE THERESIAE , Hungariae, et Bohemiæ Reginæ , Archiduci Austriae, Principi Transylvaniae, Hæreditariæ , et Siculorum Comiti , ejusque Hæredibus, et Successoribus Regibus Hungariae, et Principibus Transylvaniae, nec non Serenissimo Principi Domino Domino, FRANCISCO STEPHANO Duci Lotharingiae , et Barri, Magno Duci Hetruriæ , Suae Sacrae Regiae Majestatis Conjugi , tanquam Corregenti sincerus, rectus , et fidelis ero , si quid contra Sacrae Regiae Ma-

jestatis, Ejusque Hæredum, ac Successorum Sacras Personas, ut et summe fatum Serenissimum Principem Suae Sacrae Majestatis Regiae Conjugem, et Corregentem, Ju- raque et Dominatrum quempiam moliri, machinari, vel at- tentare viderem, audirem, vel intelligerem, id nullo mo- do celare, vel occultare, sed tempestive revelare, dete- gere, omnibusque modis praevenire, ac pro viribus meis praepedire tenebor, et volo; omnia etiam Jura, Indulta, Immunitates, et Privilegia trium Nationum Principatus Transylvaniae in communi, vel particulariter indulta, Le- gesque et Constitutiones receptas et Approbatas, absque Nationum, et Religionum receptarum respectu conservare annisurus, neque palam, neque occulte machinationibus, aut Consiliis Statum, Formamque Reipublicae hujus in- tervertere, immutare tentaturus, in Comitiis, vel Diae- tis, quidquid pro servitio Principis, emolumento Publici, et Patriae hujus tranquilitate, postposito cuiusvis privati commodo, utile, aut commodum visum fuerit meo voto, viribusque secundaturus, quin vel unius privati oppressio- nem precibus, et voto coram Instantiis debita reverentia, respective vero demississimis, coram etiam Augustissimo Principis Throno promoturus, omniumque et singulorum justis causis pro aequo, et justo succursurus ero; ita me DEUS adjuvet.

*De Articulorum Romano-Catholice, huicque Graeci-Ritus vere
Unitorum Religioni praejudiciorum abrogatione.*

A R T I C U L V S VII.

Considerantes porro nihil pro bono Patriae exoptatius evenire posse, quam ut sublato penitus partium studio omnis discordiae, et querimoniarum ansa eradicaretur, æ- quum proinde putavimus, ut sicuti in præcedenti sexto Ar- ticulo trium Nationum, et receptarum hic quatuor Reli- gion-

gionum in generali prospectum est, tresque a Romano-Catholica Religione diversae, plena, et omnimoda Liberte, nullisque Circumscripae Legibus essent, ita non disputatur aetate nostra, nec disputabitur successivis, quibus Posteritatum quoque nostrarum temporibus Episcopatus Romano-Catholici, et Capituli, Canonicorumque restitutio, juxta Resolutiones hactenus emanatas, cum illi assensu Statuum, et Ordinum sunt introducti, et acceptari, Ordo vero Patrum Societatis Jesu, Episcopatus Fogarasensis Graeci-Ritus Religioni Romano-Catholicae vere Unitorum realiter admissi, in Fundorum Bonorum, et Beneficiorum, quae habent, Possessione confirmati vivant, deletis illis, qui in contrarium, seu generaliter, seu specialiter, vel particulariter faciunt Articulis, Approbatis, vel Compilatis, Constitutionibus insertis, aut alibi existentibus in quantum Religioni Romano-Catholicae, absque laesione aliarum Religionum praejudicant, Episcopum excludunt, Canonicos a cura, et custodia Archivorum Albensis videbilec, et Colos-Monostoriensis arcent, Ecclesias, Collegia Monasteria, et Residentias Religiosorum actu in hac Patria existentium, ad certa duntaxat loca restringunt, liberum Exercitium vetant, et Immunitati Ecclesiasticæ quoquomo do adversantur, pariter Articulos Societatem Jesu presribentes, fautores eorum notae infidelitatis subjicientes pro abrogatis declaramus; in reliquo Legibus, et Articulis in quantum Securitatem Jura, ac Privilegia, Sacra, ac Civilia trium etiam aliarum a Catholica diversarum Religionum receptarum continent, salvis semper manentibus. Et haec omnia sensu Diplomatum, et subsecutarum Resolutionum Caesareo-Regiarum intelligantur.

*Possessiones subinsertae Collegii Soc: Jesu Claudiopolitani e numero
Fiscalium Bonorum eximuntur.*

A R T I C V L V S VIII.

Siquidem Patrum Soc: Jesu Collegium Claudiopolitanum, superioribus Annis, per iterata Memorialia Universis Statibus porrecta, institerit, ut Possessiones ejus Bács, Jegenye, Bogártelke, Kájántó, et Praedium Tiburcz in Comitatu Colos, in quarum pacifica Possessione actu existit, accedente jam benignissima Sacrae Regiae Majestatis annuentia, e Registro Fiscalitatum articulariter eximerentur, quod aequa Sacratissimus quondam Imperator CAROLUS VI. clementer indulgere, ac Nobis ipsis super iisdem re-scribere dignatus fuerat; Proinde habita ratione praetitulato rum Patrum Soc: Jesu Instantiae toties iteratae, dignumque habentes respectum, ut dum idem Ordo, ac Societas praesenti Articulo modo praevio jam recepta sit, hac eadem occasione praefatae etiam Possessiones e numero Fiscalium Bonorum eximantur; prout eximimus, et e Registro Fiscali delemus, ac expungimus, pariter etiam Pagum Monostor, in Anno adhuc 1693. Jure perennali iisdem cessum, et collatum, nihil per hoc praejudicando Juribus Ecclesiae Claudiopolitanae Reformatae, quoad Fundum, quem ibidem penes contradictionem possidet, e Fiscalitatibus, et Bonorum Fiscalium Serie hoc eodem Articulo exemptum declaramus.

*Dilucidario Articuli Approbatarum Constitutionum Partis
Tertiae, Tituli duodecimi.*

A R T I C V L V S IX.

Quandoquidem in Regia Propositione intimatum est, ut Status, et Ordines ratione praenotati Articuli delibe-

berent, et quae ibi Supremae Regiae Authoritati praejudicant, eatenus tollantur; Nos eundem Articulum iteratis vicibus revolvimus, nihilque contra Jura Principis invenimus, sed modus duntaxat agendi erat diversus, tempore Principum in Generalibus Diaetis, vel praesentiuni, vel ad mutuam communicationem propinque existentium; sicut enim ne tunc quidem ante confirmationem Articuli vim Legis habuissent, pariter in purum Relatio sub Præsidentis, et Protonotariorum Subscriptionibus, ac Sigillis, Conservatio Comitatibus, Sedibus, et Fisco sub simili Authentia extraditio, necessario post Consensum Principis fieri debuisse videtur: cum autem nunc Regnans Princeps remotius a Principatu resideat, ac ad notitiam Suæ Majestatis Consensus, Precesque Populi, vel ut Acta Statuum publica non aliter, nisi per ejusmodi subscriptionem Statuum Præsidentis, et Protonotariorum devenire possint, ut in Legem transeant; Quin et Confirmationis Benignæ Rescriptum certain temporis moram desideret, praefatum Articulum taliter intelligunt Status: ut quidquid per formam Articulorum concluditur nomine Statuum, antequam a Sua Majestate confirmabitur eosque nec vim Legis induet, nec sub Sigillis, et Subscriptionibus distribuentur, sed in Archivo solummodo, et Protocollo manebit eventualiter; dum vero post Confirmationem Principis prelo subjecti Articuli Supscriptione, et Sigillo Principis roborti erunt, Depositio ad specificata loca juxta sensum Articuli observanda veniet, quibus sic intellectis idem Articulus manere potest, absque ulla laetione Supremae Authoritatis PRINCIPIIS.

Conclusio.

Nos itaque annotatorum fidelium nostrorum Gubernii Regii, Statuumque, et Ordinum trium Nationum præatta-

attacti Hæreditarii Principatus nostri Transylvaniae, et Partium eidem incorporatarum praedeclarata demissa Supplicatione benigne exaudita, et admissa, præspecificatos Articulos prævio modo Nobis debita solennitate submissos, ac præsentatos, hisce Literis nostris de verbo ad verbum inferi, et inscribi fecimus, eosdemque ac omnia, et singula in illis contenta ratos, gratos, et accepta habentes, eisdem Nostrum Regio-Principalem Consensum, benevolium pariter et assensum praebuimus, Articulosque eosdem clementer acceptavimus, et Authoritate nostra Regio Principali approbabimus, ratificavimus, et roboravimus, ac pro fundamentali ejusdem Principatus, Partiumque incorporatarum Lege ipsis, Universaeque eorum Posteritati benigne confirmavimus, atque in Codicem aliarum ejusdem Principatus nostri, Partiumque eidem incorporatarum, publicarum Legum, et Constitutionum relata, tam Nos Ipsae observabimus, quam per alios quoscunque Fideles nostros observari faciemus. Quemadmodum acceptamus approbamus, ratificamus roboramusque, et confirmamus harum nostrarum vigore, et testimonio Litterarum mediante. Datum in Civitate nostra Archiducali Vienna: Die Septima Mensis Augusti, Anno Domini Millesimo Septingentesimo quadragesimo quarto. Regnum vero Nostrorum Quarto.

MARIA THERESIA mp.

C. Ladislaus Gyulai
L.B.: de Ratoht mp.

Josephus Kozma
de K: Szent Lélek mp.

ARTICULI
DIAETALES
PRINCIPATUS TRANSYLVANIAE
ANNI M. DCC. XLVII.



OS MARIA THERESIA, DEI GRA-
TIA ROMANORUM IMPERA-
TRIX, Germaniae, Hungariae, Bohemiae
Dalmatiae, Croatiae Sclavoniaeque REGINA; Ar-
chi-Dux Austriae, Dux Burgundiae, Brabantiae,
Mediolani, Styriae, Carinthiae, Carniolae, Mantuae,
Parmae, et Placentiae, Limburgiae, Lucembur-
giae, Geldriae, Wirtembergae, Superioris et Infe-
rioris Silesiae, Princeps Sveviae, et *Transylvaniae*,
Marchio Sacri Romani Imperii, Burgoviae, Mo-
raviae, Superioris et Inferioris Lusatiae, Comes
Habsburgi, Flandriae, Tyrolis, Feretis, Kyburgi,
Goritiae, Gradiscae, Arthesiae, et Siculorum, Co-
mes Namurci, Domina Marchiae, Sclavonicae, Por-
tus Naonis, Salinarum, et Mechliniae; Lotharin-
giac, et Barri Dux, Magna Dux Hetruriae.



Emoriae commendamus tenore praesentium significantes, quibus expedit universis: Quod posteaquam Norma, secundum quam Res Metalurgica, tam quoad formam, quam quoad ipsam materiam, in nostro illo *Transylvaniae* Principatu tractanda, et exercenda veniret, primum in Commissione in Principatu Nostro *Transylvaniae* e Cameraibus, et Provincialibus instituta, sub Generalibus modofati Principatus, Nostri, ac Partium eidem incorporatarum ad diem 23-rum. Mensis Januarii, Anni currentis in Regiam, Liberamque Civitatem Nostram Saxonicalem Cibiniensem per Nos indictis, et continuative celebratis Comitiis, dein hic pariter, inter in Re Monetaria, et Metalurgica ordinatum nostrum Directionis Collegium, et Cancelariam aequae nostram Regiam Aulicam *Transylvanicam* rite concertata, et post demissam Relationem Majestati Nostrae desuper factam, subsecutamque applicaditionem, eum in finem ad Gubernium nostrum in repetito nostro Principatu Regium, et ejus medio ad fideles ibidem Trium Nationum Status, et Ordines praelibatam Diaetam adhuc cotinuantes, ut iidem eandem in formam Articulorum redigerent, Majestatique Nostrae pro benigna approbatione submitterent, remissa, ibidem in praescriptam formam unanimibus eorundem votis redacta, et Nobis sub authenticis Fidelium Praesidentis Statuum, et Magistrorum Protonotariorum subscriptionibus, ac sigillis submissa, et consequenter exhibita fuisset, supplicatum simul ab iisdem Majestati Nostrae fuerit humilime, quatenus Nos præmemoratos Articulos, omniaque, et singula in eis contenta, ratos, giatos, et accepta habentes, Nostrumque Consensum eis praebentes, autoritate Nostra Regio - Principali ratificare, robore, ac pro fundamentali eatenus ejusdem Principatus, Partiumque eidem incorporatarum, et in perpetuum validatura

tura Lege , ipsis , universaeque eorum Posteritati benigne confirmare , et in codicem aliarum publicarum ejusdem Principatus Nostri , Partiumque eidem incorporatarum , Legum , et Constitutionum relata , tam Nos ipsae observare , quam per alios quoscunque observari facere dignaremur . Quorum Articulorum tenor sequens est :

A R T I C U L I .

Universorum Statuum , & Ordinum trium Nationum Principatus Transylvaniae , Partiumque eidem incorporatarum in Generali eorundem Diaeta pro 23-tia Mensis Januarii , Anni praesentis 1747. in Liberam Regiamque Civitatem Cibiniensem indicta , et celebrata , conclusi .

Quemadmodum nullis monumentis satis celebranda , exaltandaque suae Majestatis Sacratissimae Principis nostræ Hæreditariae Clementissimæ Benignitas illucescere potuerit felicior , quam quod occasione Diaetæ Principatus hujus ad Diem 21-mum. Augusti , anni 1743. in præattactam Regiam , Liberainque Civitatem Cibiniensem indictæ , ibidemque celebratae , illa , quæ tam Majestatica , quam Religiosa , ut et Jurium , ac Libertatum trium Nationum Statuum , ac Ordinum tam Sacra , quam profana spectabant , in formales , et legales Articulos redigendi facultatem clementissime impertita fuisse , eosque a Nobis unanimibus Votis concinnatos pro altissima Majestatis suæ confirmatione submisso , illa vero sub 7-ma. Mensis Augusti , Anni 1744. accedente , a Nobis omnium consensu acceptatos , in codicem Legum nostrarum , una cum Majesticis referendos obtinuissemus Clementiam .

Ita proximum huic , omniisque mortalitatis fastigio excellentius in Principe Hæreditaria est , quod suum in hoc Principatu aerarium necessario promovendum , Jusque Regale ita ampliandum mente in nos sensu velit , ne quid

per hoc fundamentalibus Legibus tam privatum, quam publicum quod spectat decederet nostris, et idcirco his accommodam Normam, seu Leges Metallurgicas, secundum quas in hocce Principatu Transylvaniae Res Metallurgica tam quoad formam, quam quoad materiam tractanda, et exercenda veniret, nobis projectandam, et concinnandam clementer commisstet; Unde Maternam suæ Majestatis Sacratissimæ in nos Clementiam amplexi, Rem hanc montanisticam in quatuordecim Articulos communis voto, et Consensu digestam, Altissimo Suæ Majestatis Sacratissimæ Oracle humilime substernentes, supplicamus humilime, ut eosdem a nobis conclusos benigne acceptare, et clementer confirmare, in vimque ac robur Sanctionis perpetuo valituaræ transire non modo sinat, sed et observare, ac per alios, quorum interest, aut intererit, observari facere dignetur Clementissime.

ARTICULUS I.

De activitate Judicij in Transylvania Montanistici, de Literis facultatoriis ab illo extrahendis, de Annis (ut vocant) liberis, et Assessoribus e Patriotis ad illud adhibendis, ac modo creandi illos.

Judicium Metallurgicum, vulgo Montanisticum jam ordinatum in ea sit, et conservetur activitate, ut ab omnibus Metallurgis, Urburariisque, Auri, Argenti, aeris, Mercurii, Sulphuris &c. Fodinas coletibus pro prima Instantia habeatur, respiciatur, et recognoscatur, omnes Lites de Metallurgia, et rebus ad illam immediate spectantibus coram hoc Judicio in prima Instantia agantur, et decidantur.

Omnis, et singuli Metallurgi, seu Directores Fodinarum, qui Fodinas vel erigendo novas, vel veteres collapsas restituendo, colere vellent, Literas (ut vocant) Facultatorias, ab hocce Judicio Metallurgico expetant oportet, ut in aperiendis, vel etiam apertis jam Fodinis, qualiter

ter cum majore fructu, & sine contentionum, Litigationumque incommodo, quod ex præsumptuosa, aut alteri præjudiciosa cultivatione facile f: qui posset, culturam ordinare, Litemque inter Urburarios, seu Partes dirimere possit, auxilio, ac juvamini sit.

Ideo nec Dominis Terrestribus in proprio suo Territorio jam apertis, vol aperiendis Fodinis suis, Directores Fodinarum suarum alios, quam qui Literis Facultatoriis a dicto Metallurgico, seu Montanistico Judicio elargitis, prouisi fuerint, admittere integrum esto (quas Literas tenebitur idem Judicium sine Taxa concedere, ne per denegationem Dominis Terrestribus præjudicium fiat) ut sic ab expertis res Metallurgica felicius procedat, et fidelius Fisco accedant accedenda. Quæ cum in præstatione Decimorum consistant, eximuntur ab horum præstatione Ferrum, et hoc ignobiliora Metalla.

Ut autem ipsis Possessoribus Territoriorum Mineralium Fodinas complectentium animus Exercendæ Metallurgiæ adjiciatur: Sacraissima Sua Majestas ad demississimas eorum preces a Thesaurario Regio solerter recommendandas, Annos, quos vocant, liberos præstatis præcipue Possessoribus elargiendum, non tantum Benignissime favere intendit, sed et ut ejusdem Materna in Transylvanos Nationales propensio ulterius elucescat, annuit Clementissime, ut pro humiliis Statuum Votis saepfato Judicio Montanistico duo Assessores Patriarum Legum gnari, e Patriæ Filiis adjiciantur, lique ad observantiam horum Articulorum, et Legum Patriarum more solito Juramento obstricti sint, quem in finem præterea Benignissime resolvit, ut horum cuilibet pro faciliori, et alacriori munieris commissi exercitio 300. flor. Rhenen. salarium annum ex æratio Regio enumerandum præstetur.

Porro modus creandi hos Assessores sequens esto.

Regium Gubernium cum hac prima vice, tum in cibus futurarum Vacantiarum pro facultate sua denominabit in locum cuiuslibet horum assessorum tria idonea subjecta, communicando etiam Regio Thesaurario, ut hic medio in re Monetaria & Metallurgica ordinati directionis Collegii Aulici, Gubernium vero per Cancellariam Aulicam nomina Candidatorum directe ad Sacratissimam Suam Majestatem deferat, quæ gratiosissime confidit Transylvanos Patriæ Filios in recognitionem hujus Beneficij imposterum ita se impensuros, ne tractu temporis ad curandum domesticum artis Metallurgicae exercitium aliunde, quam ex ipsa Transylvania idonea subjecta petere necesse sit.

A R T I C U L U S II.

De Lignis, Trabibus et caeteris ad culturam Fodinarum necessariis erga justum, moderatumque pretium concedendis, et de differentiis expediendis.

Siquidem ad Fodinarum Mineralium culturam necessariæ sint Sylvæ, pascua, aquae sine quibus nec Fodinæ staret, nec Stompæ, seu Molæ quassatoriaæ extrui possint, Possessores in quorum Territorio Fodinæ fuerint, erga justum, moderatumque pretium Ligna, & trabes &c. si præsto fuerint, ad Fodinarum culturam necessaria requisita Urburario concedant. In casu vero differentiarum, quæ inter Possessorem, et Urburarium enaserentur, Instantia Montanistica, accersitis etiam Provincialibus Legum Patriarum peritis Contraversiam cognoscat, & de moderato pretio statuat, quam Possessor absque difficultate sequatur, vel non contentus horum, si foret Judicio, Thesaurarius cum Gubernio Regio dirimat, ubi autem tantus defectus interveniret Sylvarum, ut Possessor sine manifesto suo damno ad Fodi-

Fodinas in suo Territorio sitis necessaria Ligna concedere nequiret, id vel Officialium illius Loci, vel proborum Virorum attestatione, aut exmissione facta ex oculari revisione constabit; Urburarius de necessariis sibi lignis provideat, absque vivi ærarii aggravio, et Possessorum detrimento.

ARTICULUS III.

De Residentia, seu habitatione Metallurgorum, Urburariorum, Fodinorum, qualiter haberri debeant, et qui conductitiis velint uti, et qui propria industria Casas, seu Domos velint sibi aedificari, qualiter tractandi sint, sive quoad exemptionem, sive quoad pascuationem, sive quoad Taxas Dominis Terrestribus annuatim solvendas.

Quuemadmodum Domini Terrestres in suo proprio Territorio Auri lotionem, Fodinarum cultivationem exercentes præter partem proportionatam sibi reservatam, ut Articulo 9-no. patebit ad Cæsareo-Regiam Auri-Campionem erga statutum pretium administrare tenentur; Ita omnes Metallurgi, Urbarrii, qui ejusmodi Fodinas apertas, vel aperiendas colent, aut ad has pertinentes Laboratores (quibus unam, alteramve vaccam pro sua Domestica necessitate licitum sit servare) ut has opportunius pascere in locis liberis, seu communi, ut vocant, calcatura, possint in Pagis, Fodinis, vel Stompis (quas colent) proximioribus teneantur residere, & si quis eorum conductitiis Dominibus uti velint, Liberum esto, cum præscitu tamen Domini Terrestris, et talis nullam Taxam præstare Dominio Terrestri teneatur, sed locatori Domus cedat, nisi separatum Focum aut ignem servare velit, si vero propriam Domum, seu Casam sibi aedificare vellet, assignato per Dominum Terrestrem spatio pro aedificio imponendo, si talis absque pertinentiis erit, tenebitur talis Metallurgus, Urbu-

Urburarius, aut Fodinator in recognitionem Beneficii soli, pascuationis, et lignationis Domino Terrestri de una Rusticana Sessione, vel huic æqui parando spatio, duos florenos annuatim, si vero pertinentiatæ fuerint, et illas colere libuerit, præter Decimas Domino Terrestri debitas superaddet alios duos florenos, et tales œconomizantes a Pecoribus, et semente publicam etiam Contributionem ad instar reliquorum ejusdem Pagi Incolarum solvent, a capite vero prout et reliqui œconomii carentes, tam ab ordinariis, quam ab extraordinariis oneribus, ita etiam ab Equis cliterrariis, est enim sermo de liberis, et extraneis Hominibus, non tamen Libertinis contribuentibus, quarumvis Nationum residentias, et œconomias in propriis Fundis, et gremio Nationis suæ habentibus, quos pariter in communi calcatura pascere tenebuntur, immunes esse debent, numerusque talium proportioni illius Pagi, ubi degitur, quantum fieri potest, accommodetur, ne contribuentes Rustici ob manifestum defectum pascuorum pecoribus destituantur, et sic, si quo casu similium pecora furto ex Pagis deperirent, tenerentur Pagenses ad instar reliquorum Incolarum damna resarcire, si et illi pariter ejusmodi in casu concurrent, ast quia ita visum est ne Montanistici ad similia cogantur, nec Pagenses tenebuntur eis pro deperditis pecoribus solvere ut Communitas. Econtra si quis Fodinatorum, Metallurgorum, Urburiorum, cæterorumque ad Fodinas laboratorum Domum propria Industria ædificatam in Fundo sibi assignato incolens loco migrare velit, licitum sit eidem meliori quo poterit pretio vendere, omni impedimento semoto, quam si pariter Metallurgus, vel Urburarius emerit, eadem Taxa, qua prior tenebat, possidere valeat, si vero extraneus emerit, talis teneatur ad instar reliquorum Inquilinorum Domino Terrestri servire, & publicum onus tam a capite, quam a pecoribus, & semente subire, venditio vero ejusmodi antequam inde migraret,

insti-

instituatur, & in finem deducatur, & si nemo emptor inveniretur, neque Pago, neque Domino Terrestri aliqua molestia inferatur.

A R T I C V L V S IV.

De restitutione Fobbagionum profugorum, et non receptione ad Tutelam suam quorumvis, nisi et ipsi Metallurgiae dediti sint, et cum Dominis Terrestribus convenient.

NE quispiam Urburiorum audeat Agyirtas, Desertores, aut alios delinquentes, & vagabundos, aut sibi necessitudine quavis conjunctos, nisi et ipsi Metallurgiae dediti sint, ærarioque utiles, ac necessarii, & modo proximo Articulo definito cum Dominis Terrestribus convenient, sub quounque demum prætextu in Tutelam suam accipere, multoque minus illis subditis, qui a Domino Terrestri se sc subduxerunt, sub nomine Metalli Fosoris, vel alio quovis Titulo Asylum dare, quin potius hujus generis homines denunciandi, a Monticultura arcendi, et Dominis suis Terrestribus reddendi erunt, secus repetendi etiam legaliter eisdem Jus integrum esto, ad mentem Legum.

A R T I C V L V S V.

De Jurisdictione Judicij Montanistici in Metallurgos Urburios, et Fodinatores, demptis Casibus Potentiae, Criminalibus, et Rem Montanisticam non concernentibus.

UT e converso bona harmonia, & mutua cointelligentia conservetur, si casu quo aliquis Urburarius, metallurgus, aut Fodinator contra subditos quispiam perpetrasset, aut peccasset, neque Officiales Comitatenses, neque Domini Terrestres (nisi in facto delicti deprehendatur, quo accidente comprehendatur, attamen Judicio Montanistico, coram quo Actio contra tales modo consveto instituenda venit,

venit, extradetur) via facti, propriaque authoritate illico satisfactionem summant, sed patratum Judicio Montanistico denuncient, et ab eo congruam satisfactionem petant: quo Justitiæ administrationem negligente, aut non sat adæquate impendente, ad Thesaurarium deferant, in casibus vero potentiae Criminalibus, & Rem Montanisticam non concernentibus per Jurisdictionem Magistratualem puniendi erunt, & communiter Jurisdictioni ordinariae tam hi, quam alii his in casibus suberunt.

A R T I C V L V S VI.

De Jure Educilli, et Macelli.

Siquidem Jus Educilli Domino Terrestri competere dignoscatur, teneantur Domini Terrestres de sufficienti liquorum specie providere, vel Educillum Urburariis in Arendam elocare, quod ipsum de Jure Macelli intelligendum venit.

A R T I C V L V S VII.

De Rusticis, seu Jobbagionibus, qui prævia cum suo Dominio Terrestri Conventione Metallurgiam sequi vellent.

Subdit, seu Jobbagiones sine Consensu, & Conventione cum suis Dominis Terrestribus præviè inita & producta, Matricula, seu Registro Urburano ne inserantur. Idem intelligendum venit de Inquilinis realibus, id est fundos, & beneficia Territorialia tenentibus, aut tenere volentibus, qui ad instar subditorum, si cum Dominis Terrestribus converint, Urbario inmatriculari poterunt, & una cum Libertinis Urburariis ab extraordinariis oneribus habeantur exempti, pro Capitali Contributione singulum florenum annuatim præstant, ab hujus tamen floreni præstatione adventiti, Extranei, Urburarii, Metallurgi, & Laboratores se-

secundum superius in Articulo 3-tio. dicta , immunes habeantur , ne per hoc onus extranei , quorum opera Res Metallurgica in Transylvania maxime indiget , ab immigratione deterreantur. De pecoribus vero , & facultatibus ad instar reliquorum Contribuentium contribuant , exceptis equis clitellariis , qui prout superius dictum est , ad culturam Fodinarum essentialiter pertinent.

A R T I C V L V S VIII.

De Auri Lotoribus Professionem suam libere exercere volentibus , et Zingarorum bunc in finem Privilegiatorum Coetu , extra quos alii Zingari arcendi sunt.

A Uri Lotoribus cuiuscunque Conditionis Hominibus, in Alpibus, Fluminibus, Fluviis Amnibus & Rivulis fulvam Auri arenam vehentibus, non solum tridui spatio, sed quoisque illis libuerit, Professionem suam exercere integrum sit, neque per Territoriorum Patronos, quibus tamen graves, et damnosí esse non debent, ulla tenus impediantur, sed Patentibus a Judicio Montanistico provisi, iisdem Privilegiis, & Immunitatibus, uti reliqui Urburarii gaudeant, Aurum autem tam ab his, quam ab omnibus aliis Urburariis inventum Metallum ad constitutum Regium Campionis Officium sub Poena in Legibus declarata, erga statutum modo pretium, administretur, exceptis iis, qui circa Auri lotionem specialia Privilegia habent, qui tamen se coram Judicio Montanistico, ex post Gubernio Regio, praesente Thesaurario insinuare tenebuntur.

Zingiris, qui ad Auri loturam exercendam Privilegiatos in Transylvania coetus obtinent, eadem, quæ cæteris Auri lotoribus competant quidem Privilegia; ne tamen hæc in odium Dominorum Terrestrium convertant, in horum Territoriorum non diutiorem, quam Auri lotura requireret, moram faciant, secus ad Judicium Montanisticum deferendi,

& ab hoc coercendi sunt, reliquis autem Zingaris cœtibus præfatis non insertis, exercitium Auri loturæ per absolum, & univerum prohibitum sit.

ARTICULUS IX.

De Dominis Terrestribus Auri lotionem, &c aliorum quorundam Metallorum culturam in suis Territoriis exercentibus.

Si Dominus Terrestris ipsem et in suo Territorio Auri lotionem, Fodinæ cultivationem exerceri curaret; permisum esto proportionatam Auri inventi quantitatatem in proprium usum convertere, ita tamen, ut Cæsareo-Regiam Auri-Campionem de reservata quantitate informet, in hisco Regio debitas Decimas illius Auri pendat, ultra hanc partem pro privata Domini Terrestris necessitate reservatam, quidquid Auri, vel Argenti ex fluviosis, vel amnibus extrahitur, sive ex Fodinis, & Mineris procreatur, omne illud ex integro ad Cæsareo-Regiam Auri - Campionem erga statutum pretium administretur, sub poena prævaricationis in Legibus expressa, idque de aliis etiam Metallicis, Plumbo scilicet, Mercurio &c. intellectum esto.

ARTICULUS X.

De Auri Adulteratoribus, et eorum denunciatoribus.

Auri Adulteratores denunciati in facto, vel loco delicti deprehensi, Professionati in suo Foro, Urburarii vero Judicio Montanistico pro Cognitione Cæsareo Regii Officii Auri-Campsorii puniantur, hujusmodi Aurum adulterinum vero confiscatur, et detracta tertialitate denuncianti in ordinario Campionis pretio extradanda in rationes assumatur.

ARTICULUS XI.

*De Auri, Argenti, & Mercurii Praevaricatorum punitione,
si illi Urburarii fuerint.*

Auri , Argenti, & Mercurii Prævaricatores , ubiquecumque locorum explorati , & reperti , si Urburarii sint Foro competenti, scilicet Judicio Montanistico iustantur , & secundum Decreta Cæsareo - Regia via, & modo in iisdem præscripto procedatur ; ubi Causa vigore Clementissimorum Mandatorum Regiorum legaliter disquirenda, & decidenda venit.

ARTICULUS XII.

De Cusoribus falsae Monetae , si et illi Urburarii sint.

IDem etiam de falsae Monetæ Cusoribus statuendum , & observandum, in quibus etiam posterioribus Catibus, sicut de Auro adulterato dictum est tertialitas Contrabandati Auri Denuncianti, sine difficultate in ordinario Campionis pretio extradite ur.

ARTICULUS XIII.

De Arrestatione Urburariorum, & Laboratorum.

Pro avertendis variis inconvenientiis , & sequelis Reipublicæ Montanisticæ maxime damnosis statutum est , ne Urburarii, vel Laboratores in locis Fodinarum, vel aliis eo pertinentibus Locis , quae ob continuandum Laborem suum frequentare debent ; item in viis, in quibus Fodinas accedunt, per aliam Jurisdictionem, vel quemcurque Magistratum sine praescitu Judicii Montanisticci abducantur , vel arrestentur , quae quidem arrestatio etiam Montanisticis interdicta esto, observato tamen eo, quod superiori Articulo 5-to. hac de re cautum est.

ARTICVLVS XIV.

De Transmissionibus, qui se gravatos coram Judicio Montanistico senserint, & quod generaliter omnes Urburarii, et Rem Montanisticam tractantes ibidem, & non alibi conveniantur, exceptis Casibus, ubi Privilegiis ejus probandum.

Sicut universaliter statuere convenit, ut omnes Controversiae, & Lites inter Urburarios, & ad rem Motanisticam immediate spectantes Personas oribiles, coram Judicio Montanistico agantur, & decidantur, ita æque necessarium est decernere, ut Parti fors gravatae ejusdem Judicij Sententia, via Appellationis ad Thesaurarium ita libere pateat, ut nemini appellantium sub quoconque demum prætextu a Judicio Montanistico denegari possit, sed id ipsum obstrictum sit, ad Partis appellantis Instantiam, acta, cum rationibus decidendi, seu motivis, ex quibus sententiam tulerat, ad Thesaurarium sine ulla controversia, non expectatis Iteris Praeceptoriorum, transmittere, a Thesaurarius vero Sententia, si hac quispiam se laesum sentiret, patet acque recursus ad Sacratissimam suam Majestatem, mediante in Re Monetaria, & Montanistica per provincias Hæreditarias constituto Directionis Collegio Aulico. In quibus Casibus Privilegiorum Productio requireretur, illorum ventilatio non alibi, quam in Tabula Regia fiat; Interea violentiæ fstantur, & occupata restituantur.

Quibus Majestati nostrae, uti præmissum, demisse exhibitis, cum in reliquis, quae intrinsecum operationis Metallurgicae concernunt, observanda sint Praescripta Ordinationis Metallurgicae Maximilianaæ, quae in latinum versa, Typisque mandata proxime publici Juris siet, si in ea aliqua reperiuntur, quae tam supra recensitis iam in publicani Legem redactis, quam aliis fundamen-

tali-

tibus illius nostri Principatus Legibus refragarentur, iis ad fecuturam, & sua modalitate instituendam correctionem remissis, Cæterum Nos de nostra prememoratorum Fidelium nostrorum Gubernii Regii, Statuumque & Ordinum trium Nationum antelati Principatus Nostri Transylvaniae, ac Partium eidem incorporatarum Supplicatione benigne exaudita, & admissa, praescriptos Articulos prævio modo Nobis debita solennitate submissos, ac praesentatos, hisce Literis nostris de verbo ad verbum inseri, & inscribi fecimus, eosdemque, ac omnia, & singula in illis contenta, aequo pro utilitate publica, Legumque chari illius nostri Principatus securitate, ac Aetarii Nostri commodo ratos, gratos, & accepta habentes, eidem Notrum Regio-Principalem Consensum benevolum pariter, & assensum præbuimus, Articulosque eosdem Clementer acceptavimus, & authoritate Nostra Regic-Principali approbavimus, ratificavimus, & roboravimus, ac pro fundamentali eatenus ejusdem Principatus Nostri, Partiumque incorporatarum Lege ipsius, universæque eorum Posteritati benigne confirmavimus, atque in Codicem aliarum ejusdem Principatus Nostri, Partiumque eidem incorporatarum, publicarum Legum, & Constitutionum relata, tam Nos ipsae observabimus, quam per alios quoscunque Fideles Nostros observari faciemus. Quemadmodum acceptamus, approbamus, ratificamus, roboranusque, & confirmamus harum nostrorum vigore, & Testimonio Literarum mediante. Datum in Civitate Nostra Vienna Austriae Die Decima-nona Mensis Junii, Anno Domini Millesimo Septingentesimo quadragesimo Septimo. Regnum vero nostrorum Septimo,

MARIA THERESIA mp

C. Ladislaus Gyulafi, L. B.
de Rátó mp.

Sigismundus Csató,
de Delne. mp.

ARTI-

ARTICULUS DIÆTALIS

PRINCIPATUS TRANSYLVANIAE

ANNI M. DCC. XLVIII.

ANNO SUBSEQUENTE M, DCC. XLIX.
CONFIRMATUS.



OS MARIA THERESIA Divina fave-
nte Clementia Romanorum Imperatrix, ac
Germaniae , Hungariae , Bohemiae &c.
Regina , Archidux Austriae , Dux Lotharingiæ ,
& Barri , Magna Dux Hetruriæ , Dux Burgun-
diae , Stiriæ , Carinthiae , & Carnioliae . Princeps
Transylvaniae , Comes Flandriae , Tyrolis , Goritiae ,
& Siculorum &c.



Emoriae commendamus tenore praesentium signi-
ficantes quibus expedit universis . Quod postea-
quam Nos , pro iugi nostra , quam in Charum
Nobis , et hæreditarium Transylvaniae Principatum Partes-
que

que eidem incorporatas solicite gerimus Materna cura, Generalem universorum Fidelium nostrorum Statuum, & Ordinum, trium Nationum, ejusdem Principatus nostri, Partiumque eadem incorporatarum Diaetam pro die 20 - ma Augusti, Anni præteriti 1748. in liberam, Regiamque Civitatem nostram Claudiopolitanam indiximus, præmemoratiue Status, & Ordines insertum inferius, de Fidelium nostrorum sincere Nobis dilectorum Illustrum, et Magnificorum Ferdinandi, Philippi et Cajetani germanorum Fratrum S. R. I. Comitum Krakowszki a Kollowrath, eorundemque Hæredum, ac Successorum, dicti Principatus nostri Transylvaniæ Indigenatu Articulum in prænotata Diæta communi voto, & consensu formassent, eundem Articulum, sub authenticis Præsidentis, Magistrorumque Protonotariorum subscriptionibus, & sigillis, sub legali, consveta, & authentica forma benignae nostrae confirmationi, iideni Status, & Ordines exhibuerunt, supplicantes Nobis demississime, ut Articulum illum ab ipsis Statibus, & Ordinibus Diætaliter conclusum clementer acceptare, Regiaque nostra Principali authoritate ratificare, roborare, ac in Codicem Legum suarum referri, ab omnibusque, quorum interest, observari facere dignaremur clementissime. Cujus quidem Articuli tenor talis est.

P r a c f a t i o :

¶ Nter publica Principatus Transylvaniae Acta Diætalia, quae sub decursu novissimæ Congregationis universorum Statuum, & Ordinum finem fortita sunt, & quorum nonnulla in solennes aliquando Articulos ponenda videntur, unum hac vice se obtulit negotium ad perpetuam rei memoriam, gloriamque nominis infra notandi necessarium,

de quo postquam communi voto, & consensu sejunctus Articulus formatus fuisset, submittimus eum Supremae Regnantis Majestatis Dominae, Dominae, ac Principis nostrae hæreditariae confirmationi supplicantes Eidem demissilime, ut hunc eundem Articulum a nobis Diætaliter conclusum clementer acceptare, Regia sua Principali auctoritate ratificare, roborare, ac in Codicem Legum nostrarum referri, & ab omnibus, quorum interest, observari facere dignetur clementissime.

Indigenatu Excellentissimorum ac Illusterrimorum Sac. Rom. Imp. Comitum a Kollowrath.

ARTICULUS.

POstquam Sacratissima Cæsareo-Regia Majestas Princeps Transylvaniæ hæreditaria, Excellentissimum, ac Illusterrimum Dominum FERDINANDUM Sacri Romani Imperii Comitem Krakovszki a Kollowrath, intuitu virtutum, ac meritorum suorum negotiis Principatus Transylvaniae in Augustissima Aula tractandis admovisset, experti sunt universi Status, & Ordines dicti Comitis singularem in iisdem rebus Transylvanicis, zelum, æquitatem, ac cum promotione Servitii Principis conjunctum pariter succurrendi Saluti publicae studium. Hinc sponte, proprioque motu invitaverant Euhdem in communionem Nobilitatis Transylvanicæ, ut illustrius gloriæ suæ, splendorique accedat monumentum, dum rogatus prius, ac desideratus, quam cogitasset, Civitate donaretur, acceptavit hanc oblationem, eo, quo par erat redamore, approbavit supremo suo

suo consensu Regia Majestas, crescentibusque ejus in Republicam Transylvaniae meritis, meruit ab Eadem Majestate Regia, ut pro Indigenatus ejusdem, in duos etiam ex eadem Familia Fratres germanos extensione commendaretur clementissime. Unde dicti Status, & Ordines universi præfatum FERDINANDUM Sacrae Caesareae, Regiae Majestatis Consiliarium Actualem Intimum, ac per Eum, ob devotam, ac singularem Sacratissimæ Suæ Majestatis commendationis venerationem, & distinctum erga præfatum Comitem respectum, suos quoque Fratres germanos Excellentissimos, ac Illustrissimos PHILIPPUM Sacratissimæ Suæ Majestatis æque Consiliarium Actualem Intimum, Camerarium, ac Supremum Regni Bohemiae Burggravium, nec non CAJETANUM, toties statæ Majestatis Camerarium, Generalem Campi Mareschalli Locumtenentem, & unius Legionis Pedeîtris Tribunum, singulos Sacri Romani Imperii Comites Krakovski a Kollowrath, suosque in linea recta Descendentes universos Hæredes, & Successores, cum relaxatione solis his Comitibus Taxæ Indigenatus, quam alias recepti indigenæ Mille Ducatis Aureis exolvere obligarentur, in numerum verorum, & indubitarum Principatus hujus Indigenarum cum voto, & Sessione cooptant, Juramentoque juxta Formulam in Novellaribus Transylvaniae Articulis Anni 1744 expressam, in Persona, & in animam suam, per Plenipotentiarium suum Baronem Ignatium Bornemisza, altefactæ Majestatis Regiae in Principatu Transylvaniae Regium Thesaurarium, in gremio Statuum sollenniter deposito cooptarunt; Spem firmam sibi pollicentes antelatum Dominum Comitem FERDINANDUM, usquequo vixerit, curam, ac sollicitudinem promovendæ Principatus hujus Quieti, & Saluti publicæ, & Consilio, & intercessione coram Majestate Regia impensurum, pariter receptos per Eum Fratres suos Dominos PHILIPPUM, & CAJETA-

NUM Comites Krakovszki a Kollowráth, singulos videlicet, horumque Hæredes, & Successores in omne tempus utiles Patriæ Cives, Juriumque, ac prærogativarum, ut & Legum Patriarum Observatores, studiososque Protectores, ac Defensores futuros.

Conclusio.

NOs itaque demissa prænotatorum Fideliū Nostrorū Universorum Statuum, & Ordinū trium Nationū hæreditarii Principatus nostri Transylvaniæ, & Partium eidem incorporatarum supplicatione clementer exaudita, & admissa præattactum Articulum, prævio modo Nobis submissum, ac præsentatum hisce Literis nostris de verbo ad verbum inseri, & inscribi fecimus, eundemque, ac omnia, & singula in illo contenta ratum, gratum, & accepta habentes, eisdem nostrum Regio-Principalem consensum, benevolū pariter, & assensum praebuimus, Articulumque eundem clementer acceptavimus, Regiaque nostra Principali autoritate ratificavimus, roboravimus, & ad perpetuam rei memoriam pro antelatis S. R. I. Comitibus a Kollowráth, suisque Hæredibus, ac Successoribus benigne confirmavimus, atque in Codicem Legum, & Constitutionum ejusdem Principatus nostri, Partiumque eidem incorporatarum relatum, tam Nos ipsae observabimus, quam ab omnibus quorum interest observari faciemus. Prout acceptamus, ratificamus, roboramusque, &

con-

confirmamus harum nostrarum vigore, & testimonio Literarum mediante. Datum in Civitate nostra Vienna Austriae, die vigesima quarta Mensis Januarii, Anno Domini millesimo septingentesimo quadragesimo nono. Regnum vero nostrorum nono.

MARIA THERESIA imp.



C. Ladislaus Gyulaffi
L. B. de Rátóz imp.

Josephus Kozma
de Kézdi Sz. Lélek mp.

ARTICULI
DIAETALES
 PRINCIPATUS TRANSYLVANIAE
 ANNI - M. DCC. LI.



OS MARIA THERESIA, DEI GRA-
 TIA ROMANORUM IMPERA-
 TRIX , Germaniæ, Hungariae, Bohemiæ
 Dalmatiae , Croatiae Sclavoniaeque RÉGINA ; Ar-
 chi-Dux Austriae, Dux Burgundiae, Brabantiae,
 Mediolani, Styriae, Carinthiae, Carniolae, Mantuae,
 Parmae , et Placentiae, Limburgiae, Lucembur-
 giae, Geldriæ , Wirtembergæ , Superioris et Infe-
 rioris Silesiae, Princeps Sveviae, et *Transylvaniae*,
 Marchio Sacri Romani Imperii, Burgoviae , Mo-
 raviae, Superioris et Inferioris Lusatiae, Comes
 Habsburgi , Flandriæ , Tyrolis, Feretis, Kyburgi,
 Goritiae, Gradiscae, Arthesiae, et Siculorum , Co-
 mes Namurci, Domina Marchiae, Sclavonicae, Por-
 tus Naonis , Salinarum , et Mechliniae ; Lotharin-
 giae, et Barri Dux, Magna Dux Heturiae.



Emoriæ commendamus tenore Præsentium significantes, quibus expedit universis: Quod postquam Nos pro Regia, & vere Materna in charum Nobis, ac Hæreditarium Transylvanæ Principatum, Partesque eidem incorporatas, cura, & sollicitudine, Generalem Universorum Fidelium Nostrorum Statuum, ac Ordinum Trium Nationum, ejusdem Nostræ Principatus, partiumque eidem incorporatarum Diætam, primum quidem ad 11. Januarii, dein vero ad 1. Septembris Anni præteriti 1751. in Libram, Regiamque Civitatem Nostram memorato in Principatu Cibiniensem indixissemus, antelatique Status; & Ordines, inter alia. quæ sub decursu praemissæ binis vicibus celebratae generalis ipsorum Diaetae, juxta benignas Resolutiones Nostras, finem sortita sunt, Acta Publica, insertos inferius Articulos de Exemptione e Regestro Fiscali Bonorum Fiscalium ab Episcopo Transylvaniensi Catholico tentorum, item de Militibus desertoribus, nec non de Receptione Indigenarum, communibus votis, ac suffragiis, accedente benigna annuentia Nostra, formassent, eosdem Articulos, sub Authenticis, eorundem Statuum, ac Ordinum Praesidentis, triumque Magistrorum Protonotariorum Subscriptionibus, & sigillis, demisse Nobis exhibuerunt, supplicantes Majestati Nostræ humilime, ut præmemoratos Articulos, omniaque, & singula in eis contenta, ratos, gratos, et accepta habentes, Nostrumque Regum Consensum eis praebentes acceptare authoritateque Nostra Regio Principali Clementer approbare, ratificare, confirmare, et in codicem aliarum Publicarum ejusdem Principatus Nostræ, partiumque eidem incorporatarum, Legum, & Constitutionum relata, tam Nos Ipsæ observare, quam per alios quoscunque observari facere dignaremur. Quorum quidem Articulorum tenor talis est.

P R A E F A T I O.

E Benignissimo Suae Majestatis jussu, ad 11. Januarii, et 1. Mensis Septembris, Anni Millesimi Septingentesimi Quinquagesimi Primi, in Liberam Regiamque Civitatem Cibinensem, pro celebrondis Generalibus Principatus hujus Diaetis, comparuerunt Fideles Status, & Ordines Trium Nationum Principatus Transylvaniae, & Partium eidem incorporatarum, & homagiali obsequio excepérunt Benignissimas Suae Majestatis Sacratissimae Resolutiones, quibus pro Regia Sua in Subditos Curia, & Materna in Suum Principatum sollicitudine salutem ejus Publicam procurandam, ac tutamen, & conservationem Subditorum Seorum, pro Scopo Sibi summerr clementissime dignata est Altefacta Sua Majestas Sacratissima; dumque inter Publica Principatus Transylvaniae Alta Diaetalia, quae sub decursu Congregationis Universorum Statuum, & Ordinum finem sortita sunt, nonnulla, in solemnes aliquando Articulos penenda videarentur, super iis communi Voto & Consensu concinnatos subinsertos Articulos, accedenteque benigno Suae Majestatis Sacratissimae assensu Diaetaliter conclusos omni submissione exhibent; Supplicantes demississime, ut hos eosdem Articulos in Codicem Legum Transylvanarum referendos Clementissime acceptare, Regiaque sua Principaliter ratificare, & confirmare, ac tam ipsa benigne observare, quam per alios quoescunque observari facere dignetur Majestas Sua Sacratissima.

De Exemptione e Registro Fiscali Bonorum Fiscalium ab Episcopo Transylvaniensi Catholicico tentorum.

A R T I C U L V S I.

EX quo Sacratissimus pientissimae memoriae IMPERATOR, et Hæreditarius Princeps Transylvaniae CAROLUS VI-tus Dominus Noster Clementissimus, Sacro in suam Religio-

gionem Zelo Episcopum Romano-Catholicum Transylvaniensem introduxisset, sedemque ejusdem AlbaeJuliae, nunc Carolina dictae voluisse, partemque Arcis, quam pro Residentia eidem Anno 1715. titulo novae Fundationis assignare fecisset, cum quibusdam Bonis ejusdem Dominii Albensis per Fiscum suum Regium possessis, Huic piae sui desideratissimi Genitoris intentioni, uberiori etiam incremento consultura Augustissima nunc Gloriosae Regnans Regina, Domina, Domina MARIA THERESIA, Princeps Nostra Haereditaria Nobis Clementissima, Benignissima, eundem Episcopum Articulariter declaratum, accedente unanimi Statuum consensu, Anno suscepit sui Regiminis (qui 1744. fuit) quinto esse voluit. Quod vero naturalem illum Augustae Domus Austriacae ingenitum in Sacris promovendis ardorem ampliori etiam Zelo testatum redderet, & simul juribus etiam Principatus sui consuleret, dum praedi^o Episcopatu*m* fundo stabili benigne providere satageret, ad eximenda e Registro Fiscalⁱ prae-fata Bona, quae videlicet idem Episcopus actu possidet, Universorum Statuum Regni interventu uti clementer voluit. Cujus pientissimae ejusdem intentioni, Status ultro occurrere volentes, illa eadem Bona Albensia dicta, cum praefata Arcis parte, quae pro Residentia Episcopi assignata fuit, sui capite Bonorum, & Possessionibus *Dályá*, *Stráša*, *Tate*, *Síspatak*, *Poklos*, *Tócsalud*, *Pojána*, *Gaurdn*, *Metesd*, *Felsö Gáld*, *Diomál*, *Ponor*, *Remete*, *Drombár*, Portionibus item Possessionariis, in Possessionibus *Csügöd*, *Maros Váradja*, *Sárd*, *Igen*, *Benedek*, *Eorbánd*, ac per Episcopum Georgium Martonfi defunctum, juxta Inventarium per Franciscum Josephinum Kren, Cæsareorum Salium Magulatorem, item Mich. elem. *Várbó*, et Georgium Trentsényi, juratos Tabulae Regiae de Anno 1715. s-ta *Máji* conscriptum, rehabitis, quae videlicet Episcopus praefatus Transylvaniensis, actu, et realiter titulo novae Foundationis possidet, e Registro Fiscalⁱ hu-

jus Articuli vigore, pro exemptis, et titulo Novæ Fundationis, jure perennali conferilibus unanimi voto declarant Status, reliquis ad memoratum caput Bonorum olim deservientibus, et quæ sive inscriptionali, sive alio quovis titulo ab aliis possidentur, in salvo relictis, nihilque, vel Fisci Regii, vel privatorum juribus praemissa exemptione derogante; Et quidem quantum ad Possessionem *Drombar*, et si Possessio ista ad Caput Bonorum Dominii *Albensis* ab antiquo, et de jure spectans, *Comiti quondam Josepho de Betblen*, pro bis Mille Florenis Hungaricalibus inscripta, expost vero ab Episcopo olim *Georgio Mártonffy*, eadem summa redemta, ab hoc demum in augmentum Bonorum Episcopaliuum vigore ultimae Dispositionis Legata, et etiamnum possessa, Novae hujus Episcopatus Fundationi adnumerata non sit; Cum tamen Sacratissima Sua Regia Majestas modo Gloriose regnans Domina, et Princeps Nostra Clemensissima ad demississimas preces moderni Episcopi Transylvaniensis, *Reverendissimi ac Magnifici Sigismundi Sztojka*, *Liberi Baronis de Szala*, praefatam Possessionem *Drombár*, cuius valor, testante praemissa Conscriptione, et aestimatione inherentem summam inscriptitiam notabiliter superat, interveniente Statuum Consensu e Registro Fiscaliatum delendam, et Fundationi, ad intentionem, seu in dotem Ecclesiæ Cathedralis *Albae-Carolinensis*, a Cæsareo-Regia Majestate CAROLO VI-to, Piissimæ reminiscitiae ab olim conditae, cum omnibus suis appertinentiis, utilitatibus, et juribus, ea Lege aggregandam, adjiciendumque benignissime intendat, ut et fructibus inde redditis Episcopatui Centum Floreni Hungaricales pro usura bis Mille Florenorum Hungaricalium, sortis memoratae Possessioni inherentis, ac per Episcopum quondam *Georgium Mártonffy* dicto Episcopatui legatae eosque annue cadant, donec fors ipsa aliquando fors persoluta fuerit, reliquum vero fructuum necessitati, et intentioni Ecclesiae saepetatae in perpetuum deserviat.

De

De scienter receptoribus, Occultatoribus Veteranorum Militum, aut Tyronum jam Militiae deditorum, et Obligatorum, nec non Officialibus, et Dominis Terrestribus Territorialem Jurisdictionem babentibus, et talium Desertorum detentionem, et reductionem intermittentibus.

ARTICVLVS II.

SI quis, sive hujusmodi Veteranum Militem, sive Tyronem jam Militiae, non solum sponte, ac benevole deditum, sed etiam Juramenti Sacramento obligatum, ut perjurum et signa sua deserentem, a modo imposterum scienter ad se receperit, et sive ipse ille, sive per alium occultari et latitari fecerit, talique modo fugae occasionem desertori praebuerit, comperta Rei veritate, restituet Desertorem in persona, cum omnibus rebus, amictu videlicet, et Armis, ad recipientem per eundem delatis, vel si illum, jam fuga sibi consulentem personaliter restituere nequaquam posset, substituet alterum in locum profugi illius pariter idoneum, cum amictu et Armis (si tamen illa occasione desertionis profugus etiam abstulisset) aut invicem statutionis Militis amictuum item, et Armorum, sumnam Florenorum Rhenensium 61. deponet, insuper ut leviores poenae propter transgressionem Legis gravioribus commutentur, extra hoc mulctabitur totidem Florensis Rhenensis 61. si videlicet is Nobilis, Civis, aut Libertinus fuerit, si vero Rusticus, condigna verberationis pena corporali, sensibilibus nimium baculorum 40. ictibus afficitur, ne paratae Pecuniae solutione incola contribuens magis enervaretur, nihilominus tamen quoad restitutionem Desertoris modo praevio expositam Rusticus æque obligabitur; Eodem modo Comitatus, Sedis vel Districtus, Civitatis item, vel Oppidi Officiales, et Magistratus, nec non Domini Terrestres, qui Territorialem, in loco, ubi Desertor

veteranus Miles , aut Tyro existeret , Jurisdictionem habent , eumque Desertorem esse ac illic latitare , vel occulti tari rescirent , et tales Desertores detineri , et reduci intermitterent , praedeclaratam Legis dispositionem , et pœnam incurrent ; Si tamen ab aliis detineri et reduci potuissent , neque dolo Jurisdictionem habentium quo minus detineri , et reduci potuerint factum sit . Quo vero reductio nes talium Desertorum Provincialibus minus sint onerosae , cuicunque Officiali Militari , sive in Praesidio aliquo , sive statione , vel hospitatione , et quacunque ex Legione existenti , cui reductio pro arbitrio Reducentis majori facilitate , et commoditate fieri posset , tradi poterunt , et reducens per hoc ea reductionis obligatione liberabitur .

De his , qui recipiunt quidem ejusmodi Desertorem , sed illum profugum esse minime Receptioribus constaret.

A R T I C U L U S III.

Sic ubi contingere , Desertorem per aliquem receptum quidem esse , eum tamen Recipiens profugum fuisse minime scivisset , Re taliter omnino comperta , restituet quidem ejusmodi Desertorem , cum omnibus rebus , per eundem ad se delatis , ignorantia tamen Receptorem quoad pœnalitatem , ad refusionem cujuscunque damni excusabit .

De repetitionis , & præallegatae determinataeque poenalitatis desumptio modo , de illis , qui scienter in Desertoris profugum consenserint , simulque illum receperint , occultaverintque .

A R T I C V L V S IV.

Modo prævio , seu Articulo Primo determinatae pœnalitatis desumptio , Legibus Patriae positivis , adversante Methodo vel Officialis cujusdam Militaris voluntati , et

Arbitrio minime comitti poterit, atque adeo Officiales Militares interea etiam suis sumptibus victuri, investigare quidem Desertores quirent, cum interventu alicujus ab Officiali Provinciali eatenus requisito, pro assistentia adjungendi quirent, minime tamen in reos Provinciales inquirere; Quamobrem circa ejusdem poenitatis desumptiōnem, ut tam benignae Regiae intentioni, juxta tantæ morositatis, et contumaciae gravitatem, quam simul Patriæ Legibus, quoad huic conformandam desumendae poenitatis viam, satisficeret; Militaris Officialis medio Provincialis repetet a Receptore, et occultatore Militem ab eo receptum, et occultatum, remonstrando simul illum fuisse Militem assentatum, quem si benevole restituerit, tunc cum restitutionis Militis Desertoris, sensu priorum Articulorum, et medietate præallegatae poenitatis, pro parte Militaris Officialis satisfactio fiat; Restitutionem vero Receptore, et occultatore denegante, vel quoquo modo recusante, brevissima contra tales procedendi via sequenda erit, atque ideo similiter per ejusdem loci Provincialem Officiali certificabitur Receptor, et Occultator pro octavo Die, ad prædeclaratae poenitatis Executionem, ubi si Executio admittatur, præattacta poena contumacem ex integro manebit, si vero dictam Executionem Repulsione obviarit, ad reddendam tunc quoque Repulsionis rationem certificandus in proximo qualicunque, Judiciali tamen Termino respondebit; Ubi, si semet; suamque Causam legitimaret, absolvendus erit, fin minus præallegatae poenitatis, simulque repulsionis onere aggravabitur, præscisso qualicunque Juris remedio, hanc tandem Causam impedire tentaturo. Ne vero metu mortis consangvini similium Desertorum eos deferre deterreantur, ac horreant similibus, si a genitoribus, Filiis, et Fratribus deferantur, Mortis poena non irrogabitur, sed Militari solum disciplina sine Mortis periculo castigabuntur.

De illis quos in Militiam assimi probibitum est.

A R T I C V L V S V.

Siquidem porro aliunde prohibitum sit, ut quispiam coacte ad suscipiendam Militiam adigatur, item ut Patres familias, eorumque unici Filii, per quod Domus paterna vacua maneret, et ex Fundo etiam contributionis decederet, servi praeterea, et opifices Dominorum Domestici, ex eorum Subditis constantes, aut qui victu, et amictu Dominorum suorum fruuntur, rationibus porro obnoxii, antequam eas deposuerint, et expedierint, nec non criminalium delictorum rei in Militiam admittantur, tanto minus Conscriptoribus Tyronum Carceres five Magistratiales, five Dominales invadere, inde captos extrahere, et Militiae asserere licitum est; In his proinde casibus, illi, ad quos res five ex Officio, five praetenso Jure pertinuerit, Officiale vel Militem Conscriptioni præpositum informabunt, non secuto vero effectu, querelas suas pro consequenda restitutione, et satisfactione ad Instantiam eorum, et si opus fuerit ad supremum hocce in Principatu Armorum Præfectum, vel ejus vices gerentem deferent, et etiam ad Principem recursum summere poterunt.

Excellentissimus ac Illustrissimus Maximilianus Ulysses Sacri Romani Imperii Comes a BROUN de Camus in Indigenam recipitur.

A R T I C V L V S VI.

Non condignum sumentes Status considerationem Excellentissimi, ac Illustrissimi Domini Maximiliani Ulyssis Sacri Romani Imperii Comitis de Camus, Suae Majestatis Sacratissimae Actualis Consiliarii, Camerarii, Supreni item Reitormentariae Præfecti, unius Legionis Pedestris Tribuni, & in

in hocce Principatu Transylvaniae Armorum Regiorum Præfecti, ac ad hanc Generalem nostram Diætam pro Regio Commissario Plenipotentiario deputati, gratam animi promptitudinem, quam erga singulos benevole, et æquanimiter, inque sui Regii Commissarii munere sub hacce etiam Diæta exhibuit, tum etiam in communi contestatus est, præterea ejusdem insignia erga Domum Austriacam, contra Præpotentes Augustissimæ Domus æmulos gloriose parta merita animo pensantes, ut mutua animi Nostræ propensione ejusdem studia, ad ampliora etiam hujus Principatus emolumenta devinciremus, eum Civitate Nostra donandum existimantes, solenniter invitatum, in gremium verorum, et indubitatorum Regni hujus Indigenarum cooptandum, accedente Suæ Majestatis Sacratissimæ benigno Consensu duximus, cum remissione Taxæ, juxta tamen Formulam Juramenti Novellaribus Articulis expressam, una cum Filiis jam Natis, et Dei beneficio nascituris; sperantes indubie suam Excellentiam, suosque Filios gratos, ac utiles Patriae hujus Cives, Legumque Jurium, ac praerogativarum quarumlibet strenuos Observatores, Concives Fauteoremque futuros.

Magnifici Friderici Wilhelmi Liberi Baronis de DIETTHERICH Sacri Romani Imperii Equitis superiori Diæta in Indigenam Transylvananum receptio inarticulatur.

ARTICULUS VII.

EX quo Status et Ordines condignum habentes respetuum Magnifici Friderici Wilhelmi Liberi Baronis de DIETTHERICH, Sacri Romani Imperii Equitis, quae ipse cum primis in Cameraticis Suæ Majestatis Sacratissime fideliter, et sine remissione, per complurium Annorum decursum ita impendit, ut ob hoc in numerum etiam verorum, et indubitatorum Baronum recipi meruerit, et hocce

hocce de Principe bene merendi studium ita conjunxerit, ut simul accuratum Legum Patriarum observatorem semet exhibuerit, Eundem itaque Magnificum Baronem Fridericum de DIETHERICH, et per eum Filium suum jam natum, et Dei beneficio deinceps nascituros, in Indigenam Transylvanum superiori adhuc Anno 1748. sub Dieta Claudiopoli celebrata communi voto Status recipere statuerant, sed ob Vacantiam ex recenti tunc decestu Præsidentis Statuum inarticulari non poterat, nunc demum reiterantes Status benevolum erga eundem animum, in numerum verorum Regni Indigenarum receptum, erga depositionem Juramenti, Novellaribus Articulis expressi cum remissione Taxæ Indigenatus declarant, confidentes eundem gratum Patriæ Civem, Legumque, & Prærogativarum accuratum observatorem futurum.

MATHIAS De BECKERSS, Sacri Romani Imperii Eques ab Urbach in Indigenam cum remissione Taxae recipitur.

ARTICVLVS VIII.

Fxerti Status de hoc Principatu bene merendi studium, ac animi qualitates MATHIAE de BECKERSS, Sacri Romani Imperii Equitis ab Urbach, Suæ Majestatis Sacratissimæ Bellici in hoc Regno Secretarii, quas ipse a Virginiti, et ultra Annorum spatio, qua Militaria, qua Provincialia tangentibus in negotiis Prædecessoribus Suæ Majestatis Sacratissimæ desideratissimis; Jam vero Ipsi Regnanti Principi non inutiliter variis occasionibus impendit, in benevoli erga Eum animi tesseram ad humilimas ejusdem Preces Nobis eatenus factas in numerum, et gremium verorum, et indubitatorum Patriæ hujus Indigenarum, sine quidem Taxa, ast absque consequentia erga deponendum solemne Juramentum Novellaribus Articulis expressum recipiunt, una cum filiis jam natis, et ex Dei beneficio nascituri, in-

indubie sperantes eundem, Filiosque suos, ac Posteros in virili sexu de lumbis ejusdem descendentes gratos, ac fideles Patriae hujus Cives, Legumque ac Prærogativarum studiosos custodes futuros.

MICHAEL BENÖK, *Secretarius in Aulica Cancellaria Transylvanica, in Indigenam recipitur.*

A R T I C V L V S IX.

EX quo Sua Majestas Sacratissima dignata fuerat de Anno 1742. Taxam Indigenatus ad Statuum, et Ordinum preces determinare, humilime institerat Nobis MICHAEL BENÖK super sui receptione in indigenam cum remissione Taxæ, eo quod natus Nobilis Civis Hungariæ, servitium suum in Cancellaria Transylvanica Aulica plurius ab Annis fideliter, et operose præstisset, ejusdem tamen recep^{tio} dilata fuisset, nunc ad iteratam ejus demissam Instantiam, Eundem, ac per ipsum Hæredes, et Successores suos in Linea Virili nascituros in Indigenam recipient statutus, sine quidem Taxa, ast erga depositionem Juramenti Novellaribus Articulis ordinati; Sperantes indubie eundem fidelem Legum Patriae hujus, et Prærogativarum quarumlibet observatorem futurum, Bonisque in Transylvania, seu Residentia, quo maturius fieri poterit, semet capacitate annisurum, Imposterum vero nemo Indigenatum sortiri queat, nisi Taxam Indigenatus Cassae Provinciae inferendam deponat, tempore depositionis Homagii; Quod ab omnibus corporaliter præstandum erit, nisi qui vel Servitii Publici, aut aliis relevantibus ex rationibus comparere eo fine nequirent; Et his per Plenipotentiarium id depo^{nere} licebit.

Nos itaque demissa praememoratorum Fidelium Nostrorum antelati Principatus Nostri Transylvaniae, ac Partium eidem incorporatarum, Statuum, et Ordinum Supplicatione benigne exaudita, et admissa, præscriptos Articulos, prævio modo Nobis submissos, et præsentatos, hisce Literis Nostris de verbo ad verbum inferi, et inscribi fecimus, eosdemque, ac omnia, et singula in illis contenta, ratos, gratos, et accepta habentes, eisdem Nostrum Regium Consensu, benevolum pariter et assensum præbuiimus, Articulosque eosdem clementer acceptavimus, et auctoritate Nostra Regio principalii approbavimus, ratificavimus, et confirmavimus, ac in codicem aliarum Publicarum ejusdem Principatus Nostri, Partiumque eidem incorporatarum, Legum, et Constitutionum relata, tam Nos Ipsæ observabimus, quam per alios quoscunque observari faciemus. Quemadmodum acceptamus, approbamus, ratificamusque, et confirmamus, harum Nostrarum vigore, et testimonio Literarum mediante.

Datum in Civitate Nostra WIENNA Austriæ, Die Trigesima Mensis Septembris, Anno Domini Millesimo Septingentesimo Quinquagesimo Secundo. Regnum vero Nostrorum Duodecimo.

MARIA THERESIA mp.

C. Ladislaus Gyulai
L. B : de Rátoth mp.

Michael Benök mp.

ARTI-

ARTICULI
DIAETALES
 PRINCIPATUS TRANSYLVANIAE
 ANNI M. DCC. LII.



OS MARIA THERESIA, DEI GRA-
 TIA ROMANORUM IMPERA-
 TRIX, Germania, Hungariae, Bohemiae,
 Dalmatiae, Croatiae Sclavoniaeque REGINA; Ar-
 chi-Dux Austriae, Dux Burgundiae, Brabantiae,
 Mediolani, Styriae, Carinthiae, Carniolae, Mantuae,
 Parmae, et Placentiae, Limburgiae, Lucembur-
 giae, Geldriae, Wirtembergae, Superioris et Infe-
 rioris Silesiae, Princeps Sveviae, et *Transylvaniae*,
 Marchio Sacri Romani Imperii, Burgoviae, Moraviae,
 Superioris et Inferioris Lusatiae, Comes
 Habsburgi, Flandriae, Tyrolis, Feretis, Kyburgi,
 Goritiae, Gradiscae, Arthesiae, et Siculorum, Co-
 mes Namurci, Domina Marchiae, Sclavonicae, Por-
 tus Naonis, Salinarum, et Mechliniae; Lotharin-
 giae, et Barri Dux, Magna Dux Hetruriae.



Emoriae commendamus tenore praesentium significantes, quibus expedit universis: Quod posteaquam Nos publicæ Chari Nobis, et Hæreditarii Transylvaniæ Principatus, Partiumque eidem incorporatarum augendae felicitatis intuitu, generalem universorum Fidelium Nostrorum Statuum, ac Ordinum Trium Nationum dicti Principatus Diaetam, pro Materna Nostra in eosdem cura, ac sollicitudine ad 21. Merus Augusti, Anni praeteriti Millesimi Septingentesimi Quinquagesimi secundi, in Liberam, Regiamque Civitatem Nostram in memorato Principatu Cibiniensem indixissimus, præiati Status, et Ordines ex Publicis in eadem Diaeta pertractatis Negotiis, super Compilatarum Constitutionum Partis 3. Tituli 9. de Juventute in exteris oras experientiae causa proficii volente sonantis, in quantum Juri, Authoritatique Regnantis Principis præjudiciosus est compertus, modificatione, nec non aliquorum in Indigenas ejusdein Principatus receptione, insertos inferiorius Articulos sub generali ipsorum Anno praesenti infra scripto Millesimo Septingentesimo Quinquagesimo tertio celebrata Diaeta iterum assumptos, et ruminatos, Nobisque Annuentibus communi voto, unanimique consensu solemniter concinnatos, sub Authenticis Praesidentis ipsorum Statuum, et Magistrorum Protonotariorum subscriptiōnibus, et Sigillis, in forma legali, pro benigna Confirmatione Nostra exhibuerunt supplicantes Majestati Nostrae de niissime, quatenus eosdem Articulos, omniaque, et singuli in eis contenta. ratos, gratos, et accepta habentes, Nostrumque Regio Principalem consensum eis præbentes, clementer acceptare, et Regia Nostra Principali authoritate ratificare, roborare, inque codicem Legum suarum relata, tam Nos Ipsæ observare, quam per alios quoscunque observari facere dignaremur. Quorum quidem Articulorum tenor talis est:

P R A E F A T I O.

Ab ijsso auspicii f. lucte Regiminis Majestatis Suae exordio, quarta in commune Principatus hujus Transsylvaniae Haereditarii bonum, ac emolumenntum, singulorumque in ioco fidelium subditorum augendam felicitatem, propensione, ac affectu indejuncto ducatur Augustissima Princeps, de ea innumera, ac jugiter continuata benignitatis symbola nos omnino conviceret. Unde etiam emanasse credimus, quod Informationibus nostris burnlinis, de statu Principatus hujus e Generali Anno novissime praeterito habita Dieta submissis, benigne exauditis, Generalem Universorum Statuum, et Ordinum Trium Nationum Principatus, Partiumque eisdem incorporatarum Diaetam consuetu modalitate, pro die 21. Auguſti, Anni currentis 1752 in Libera, Regiaque Civitate Cibiniensi celebrandam clementer resoluerit. Ubi dum Publica secundum ordinem benignissimum Rescripti Diaetaliter acta finem augurato sortita essent, nonnulli ex iis unanimi voto in solennes compilando Articulos, pro altissima Confirmatione supremae Regnanti Dominae, Dominae, ac Principi Nostrae Hereditariae submittimus, supplicantes Eisdem demisse, ut eosdem a Nobis Articulos Diaetaliter conclusos clementer acceptare, Regia sua Principali autoritate ratificare, roborare, ac in codicem Legum Nostrarum referre, tanque Ijsa benigne obseruare, quam per alios quoscunque observare facere dignetur sua Majestas Sacratissima.

Articuli Compilatarum Constitutionum Partis 3. Tituli o. Ratione Juventutis in exteris oris experientiae causa proficiendi velentis, sua Majestate Sacratissima benigne annuento, Modificatio.

A R T I C V L V S I.

DUm majores Nostri de iis, quae pacatum Principatus hujus statum reddere poterant, aut ad utilitatem publicam

cam faciebant, sollicite prospicere voluerunt, inter alia modum etiam, atque conditiones in exteris oras proficisciendi, Approbatarum Constitutionum Partis 3. Titulo 14. et Compilatarum Constitutionum Part. 3. Titulo 9. præscripserunt. Quoniam vero in hoc posteriori Compilatarum Constitutionum Articul' o nonnulla supremæ Regnantis Principis Authoritati, Hæreditarioque Juri præjudiciosa, et scandalosa comprehendi obscravimus dum libera in exteris Provincias sive Studiorum, sive aliorum respectum causa, peregrinatio indiscriminatim, absque etiam Principis venia, statuta exstitit. Idcirco Approbatarum Constitutionum præallegato Partis 3. Titulo 14, in suo vigore relichto, et imposterum quoque observando, pro ea, quam sua Majestas Sacratissima Nobis benigne indulxit, præfatum Compilatarum Constitutionum Articulum modificandi facultate, eundem Articulum Sua Majestate Sacratissima annuente, ita modificamus, ut cassatis iis quæ Juribus ibidem Majesticis, et supremæ Hæreditariae Principis Authoritati præjudiciosa, simulque scandalosa, continentur, quemadmodum juxta anteriores Suae Majestatis Sacratissimæ Legibus Nostris conformes editas eatenus Resolutiones usu jam receptum est, ita imposterum quoque extra Haereditarias ditiones profecturi, prævia ad mentem repetiti Approbatarum Constitutionum Partis 3. Tituli 14. aut etiam virorum idoneorum pro circumstantiarum ratione, per Gubernium delegandorum, de statu, et conditio-ne Peregrinantium investigatione, compertaque etiam ipsorum ex suorum Moderatorum testimoniis capacitatem, et subinde in Publicum redundatura utilitate, Regii hujatis Gubernii, vel in absentia hujus, solius etiam Gouvernatoris Passualibus se se munire, easdem in Aula Suae Majestatis Sacratissimæ exhibere, ibidemque datis Reversalibus, fidem, atque securitatem, de aequalibus amicis duntaxat Regionibus, spondere & praestare teneantur, in casibus contravenientiarum poenam prævaricationis ad Legum dictamen incur-

cursuri. Per expressum tamen declaratum haberi volumus, liberam hujusmodi, & præmisso modo peregre proficisciendi facultatem ad eos solum, qui seu propriis, seu privatis Patronorum suorum sumptibus, et expensis eum in finem necessariis provisi dignoscentur, non vero illos, qui ejusmodi sumptus per emendicatam a plebe contribuente viciatim stipem (hæc enim qualicunque sub prætextu, et titulo instituenda, veluti in manifestum contribuentium onus vergens perpetuo interdicta esto) extendendam esse. Humilime interea confidunt Status, et Ordines, Suam Majestatem Sacratissimam pro Materna sua erga fideles Subditos pietate, atque clementia plentissimis suis hac in materia exaratis Rescriptis testata, licentiam praescripto modo peregrinandi in exteris Suæ Majestati Sacratissimæ amicas Provincias, bonorum artium, experientiæque intuitu, Juventuti Transylvanæ, ad summi Principis servitium, Patriæque emolumentum anhelanti, juxta tenorem modificati hujus Articuli, salvo conductu mediante, per Regium suum hujas Gubernium, vel Gubernatorem, sine Religionum discrimine, pro circumstantiarum ratione benignissime imperiteturam. Altero memorati Compilatarum Constitutionum Articuli jam modificati membro, quoad liberam cuvis in suo Terreno fodinarum mineralium culturam, liberumque Mercatoribus quæstum in salvo manente.

Excellentissimus Sacri Romani Imperii Comes ANTONIUS CORFICIUS ab ULFELD Articulariter indigenatur.

A R T I C U L U S II.

Eximii splendoris incrementum Sedi Nostræ Natali, publicæque saluti exinde accessurum fore divinamus, si numerum Civium nostrorum, Virorum, et antiquitate generis, et gloria Majorum, et suis Toga, Sagoque consecutis meritis florentissimorum, copia augeremus. Hinc viva recolentes memoria illustria, ac luscuenta in Majestatem Suam

ain Sacratissimam, et Augustissimam Domum Austriacam, Nostramque demum Patriam hanc Transylvaniam merita Excellentissimi Sacri Romani Imperii Comitis ANTONII CORFICII ab ULFELD, Aurei Velleris Equitis, Actualis Suæ Majestatis Intimi Consiliarii, et Ministri Conferentiarii, supremi item Aulæ Cancellarii, sponte proprioque motu, Eundem in Civitatem, communionemque Juris Nostri Transylvanicci, approbante hoc supremæ etiam Majestatis consensu, invitaveramus, ut tunc luculentior nomini, Familiæque suæ accedat splendor, dum vocatus, et desideratus prius, quam cogitasset, in extrema quoque hac Europæ Christianæ parte, nominis sui gloria radicaret. Unde praefatum ANTONIUM CORFICIUM ab ULFELD, Hæredesque ex lumbis Ejus Masculos natos, et nascituros, in numerum verorum, et indubitarum Principatus hujus Indigenarum cooptamus, et cum depositione Juramenti novellaribus Articulis expressi declaramus, confidentes indubie, suam Excellentiam, suosque Hæredes, gratos, ac utilles hujus Patriae Cives Legumque, Jurium, et Prærogativarum quarumlibet strenuos, fidelesque custodes futuros.

Excellentissimi, ac Illusterrimi Sacri Romani Imperii Comites, JOSEPHUS quondam a KÖNIGSEGG, et ROTTENFELS, CAROLUS item FERDINANDUS de KÖNIGSEGG-ERPS, et per bunc FRANCISCUS HUGO a KÖNIGSEGG ROTTENFELS in Indigenas Regni cooptantur.

ARTICULUS III.

GRATA RECOLENTES MÉMORIA, EXCELLENTISSIMUM, AC ILLUSTRIS-
SIMUM SACRI ROMANI IMPERII COMITIS JOSEPHI LO-
THARII QUONDAM A KÖNIGSEGG ET ROTTENFELS, AU-
REI VELLERIS EQUITIS, SUÆ MAJESTATIS ACTUALIS INTIMI CONSI-
LIARI, CAMPUS MARESHALLI, UNIUS LEGIONIS PEDESTRIS TRIBU-
NI & CONFERENTIAE MINISTERIALIS PRAESIDIS, AC OLIM PRinci-
patus

patus hujus Commandantis Generalis, nec non CAROLI FERDINANDI Sacri Romani Imperii Comitis a KÖNIGSEGG, et ROTTENFELS, Domini in Aulendorff, et Stauffen in Belgio Austriaco Marchionis a Boischot, et Magno Bygard, Comitis ab ERPS, et Quarebbe Liberi Baronis a Saventhem, Sterrebecke, et Nosseghem, Domini in Heule, et Waluive, Aurei Velleris Equitis, utriusque Sacrae Cæsareae, Regiæque Majestatis Consiliarii Status Actualis Intimi Cæsareo-Regii Monetariae, et Montanisticae Directionis Aulici Collegii, nec non Deputationis Aulicae in Banaticis, et Illyricis Praesidis, et Archi-Ducatus Austriae infra Anasum Marschalli, singularem in rebus Transylvanicis Zelum, et aequitatem, ac cum emolumento servitii Principis conjunctum pariter succurrenti saluti Patriae studium, tam eosdem, quam per hunc Fratrem suum FRANCISCUM HUGONEM Sacri Romani Imperii Comitem a KÖNIGSEGG, et ROTTENFELS, Dominum in Aulendorff, et Stauffen, utriusque Cæsareo Regiae Majestatis Consiliarium status Actualem intimum, sponte, proprioque motu invitaverant in Communione Jurum, Civitatisque Transylvaniæ, acceptaque oblatione, ratihabuit Altissima sua confensione Regia Majestas. Unde eosdem, suosque virilis sexus in linea recta descendentes universos Hæredes, et successores, deposito prius Juramento, juxta formulam novellaribus Transylvaniae Articulis Anni 1744. expressam in concivitatem Transylvaniae cooptatos, pro veris, et indubitatis Patriae hujus Transylvaniae Indigenis habendos, præsentique, Articulo inferendos, et declarandos censuerunt, spe firmissima ducti, Eosdem gratos, et utiles Patriae Cives legumque, et Prærogativarum ejusdem fideles Defensores, et manutentores futuros.

Illusterrissimi S. R. Imperii L. B. CHRISTOPHORUS a BARTENSTEIN, item Baro IGNATIUS a KOCH, TOMAS AUGUSTINUS de WÖBER ac Baro de TOUSSAIN Civitate Transylvanica donantur.

A R T I C V L V S IV.

¶ N condignam sumentes considerationem Fidelium Augustae Domus Austriacæ Sac: Rom: Imperii Liberi Baronis CHRISTOPHORI a BARTENSTEIN, Suae Majestatis Sacratissimæ Consiliarii Aulici, et status Secretarii Referendarii Intimi; Liberi Baronis item IGNATII a KOCH, pariter alteratae Majestatis Consiliarii, et Intimi Secretarii, Liberi Baronis porro THOMÆ AUGUSTINI Nobilis de WÖBER, similiter Consiliarii Aulae Bellici, et Referendarii Intimi; Nec non Baronis Toussain, aequa suae Majestatis Consiliarii Aulici, eximia ac praeclara merita, ut seri quoque Nepotes intelligere queant, quanti nos quoque ponderis ea aestimeamus, et quanto in bene de Augusta Domo Austriaca meritos Zelo, ac veneratione feramur; Assentiente etiam sua Majestate Sacratissima, Jus, Civitatis Transylvaniae Eisdem, Eorumque virilis sexus in linea recta descendantali successoribus detulimus, proque veris, et indubitatis Patriæ hujus Indigenis praesentis Articuli virtute erga depositionem soliti, et in Articulis Anni 1744. expressi Juramenti, in perpetuum declaramus, Fiducia non infirma pollentes, Eosdem supremæ Majestati Fideles, concivibus gratos, in perpetuum futuros, Jura Nostra, ac Praerogativas, quarum participes fecimus, suo in vigore conservatueros. Omnes autem, et singulos praemissis in Articulis specificatos, et titulatos, cum relaxatione Taxae, sine tamen consequentia acceptavimus, et cooptavimus.

Nos

Nos itaque praefatorum fidelium antelati Principatus Nostrī, partiumque eidem incorporatarum, Statuum ac Ordinum supplicatione benigne exaudita, et admissa, præspecificatos Articulos prævio modo, debitaque solennitate Nobis præsentatos, hisce Literis nostris de verbo ad verbum inferi, et inscribi fecimus, eosdemque, ac omnia, et singula in eis contenta, ratos, gratos, et accepta habentes, eisdem nostrum Regium consensum, benevolum pariter et assensum præebuimus, Articulosque eosdem clementer acceptavimus, atque in codicem aliarum publicarum Principatus illius Nostrī, Partiumque eidem incorporatarum, Legum, et Constitutionum relata, tam Nos Ipsæ observabimus, quam per alios quoscunque observari faciemus. Quemadmodum acceptamus, ratificamus, et roboramus, harum nostrarum vigore, et testimonio Literarum mediante. Datum in Civitate Nostra Vienna Austriae, Die Vigesima-Octava Mensis Septembris Anno Domini Mille-simo Septingentesimo Quinquagesimo tertio. Regnorum vero nostrorum DECIMO TERTIO.

MARIA THERESIA mp.

C. Ladislaus Gyulai, L. B.
de Ráth mp.

ARTICULI DIAETALES

PRINCIPATUS TRANSYLVANIAE
PRO 21. MENSIS AUGUSTI, ANNIS 1753. 1754. & 1755. IN
LIBERAM REGIAMQUE CIVITATEM CIBINIENSEM
Indictis, ibidemque celebratis conclusi.



OS MARIA THERESIA, DEI GRATIA ROMANORUM IMPERATRIX, Germaniae, Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae, Sclavoniaeque REGINA; Archi-Dux Austriae, Dux Burgundiae, Brabantiae, Mediolani, Styriae, Carinthiae, Carniolae, Mantuae, Parmae, et Placentiae, Limburgiae, Lucemburgiae, Geldriae, Wirtembergae, Superioris et Inferioris Silesiae, Princeps Sveviae, et *Transylvaniae*, Marchio Sacri Romani Imperii, Burgoviae, Moraviae, Superioris et Inferioris Lusatiae, Comes Habsburgi, Flandriae, Tyrolis, Ferretis, Kyburgi, Goritiae, Gradiscae, Arthesiae, et Siculorum, Comes Namurci, Domina Marchiae, Sclavonicae, Portus Naonis, Salinarum, et Mechliniae; Lotharingiac, et Barri Dux, Magna Dux Hetruriae.

Memo-



Emoriæ commendamus tenore Præsentium significantes, quibus expedit Universis: Quod Nos pro jugi, & materna quam chari, & hæreditarii Principatus nostri Transylvaniæ Partiumque eidem incorporatarum continuo gerimus sollicitudine, posteaquam generalem Universis Fidelibus Statibus, et Ordinibus Trium Nationum dicti Principatus, et Partium incorporatarum Diaetam Annis superioribus 1753. 1754. et 1755. pro Die 21. Augusti in Liberam, et Regiam Civitatem nostram in illo Principatu Cibiniensem indictam, Clementer indulsssemus, praelibatique Fideles Status, et Ordines nostri ad Locum, & Terminum ipsis præfixum frequenti numero conveniscent, inter alia rerum momenta servitium Nostrum, et publicam Principatus Salutem tangentia in medio eorum diaetaliter petractata, exhibere fecerunt Nobis per Cancellariam nostram Regiam Transylvanico Aulicam quosdam Articulos, in praedictis generalibus Diætis super Indigenatu infra scripti Comitis a Kewenhuller, Appellabilitate Causarum, et Recursu ad Majestatem, nec non Metallorum Adulteratoribus, et Assessoratu in Judicio ibidem Montanistico ex parte Nationis Saxonicae, ut et Transumptis Literalium Instrumentorum communibus votis, unaniimique ipsorum consensu, et accedente benigna etiam annuentia Nostra conclusos, ac sub authenticis Statuum Præsidentis, Magistrorumque Protonotariorum subscriptionibus, et Sigillis, in consveta legali forma compilatos, Supplicantes Majestati Nostræ debita cum instantia humilime, quatenus eosdem Articulos, omniaque & singula, in iis contenta, ratos, gratos, et accepta habentes, Nostrumque Regium Consensu in iis præbentes, Authoritate Nostra Cæsareo, ac Regio Principali approbare, et corroborare, atque tam Nos Ipsæ observare, quam per alios quoslibet observari facere dignaremur. Quorum quidem Articulorum tenor talis erat.

PRÆ-

P R A E F A T I O.

NO S UNIVERSI STATUS & ORDINES TRIUM NATIONUM, baereditarii Principatus Transylvaniae, Partiumque eidem incorporatarum, laudabilibus majorum nostrorum vestigiis insistentes, nec minus summi servitii, & Administrationis Justitiae, quam Boni publici, Conservationisque & decoris Patriae solliciti, dum ex benigno suae Majestatis ratissime Dominae, Dominae, ac Principis Nostrae Clementissime Indultu Annis superioribus 1753. 1754. & 1755. ad diem 21. Mensis Augusti in Liberam Regiamque Civitatem Cibiniensem diaetaliter conveniessimus, inter alia negotia publica, a Nobis in iussu dem Dicatis pertractata, certos etiam Articulos communibus suffragiis, & de unanimi omnium nostrum Consensu, accedente benigna Suae Majestatis Sacratissimae annuentia conclusimus, & compilavimus. Quapropter altefate Suae Majestati Sacratissimae cosdem in omni submissione exhibentes, humilime suplicamus, ut eos Clementer acceptare. & Autoritate Sua Regio Principali ratificare, & corroborare, ac tam ipsa Benigne observare, quam per alios quoconque observari facere dignetur.

A R T I C V L V S I.

Super Indigenatu Excellentissimi Domini Joannis Josephi Sacri Rom. Imperii Comitis KEWENHÜLLER ab Aichelberg.

DErpetua florere Rempublicam felicitate, in qua summorum Virorum Copia, non fluxam, non levem, sed constantem, exploratamque colit fidem, credimus, dubitari ergo non potest, quin insigni gaudio perfusi Status & Ordines Transylvanicci summopere exultent, cum ad sinceram invitationem Fidelem Augustissimi Principis Ministrum, Excellentissimum JOANNEM Sacri Romani Imperii Comitem KEWENHÜLLER Metsch ab Aichelberg, Comitem in superiori Osztervitz Lib. Baronem de Landscron, et Veberg, Domi-

Dominum Comitatus Hardegg, et Dominorum Reichesberg, Pruczendorff, Laabendorff, Egersdorff, et Nauban, Supremum in Ducatu Sacratissimae suae Majestatis Carinthiæ Hæreditarium Stabuli Præfectum, Aurei Velleris Equitem, Actualem Intimum Consiliarium, Conferentiarum Ministrum, ac supremum Sacrae Cæsareæ, Regiæque Majestatis Camerarium, qui majorum suorum Toga, sagoque a seculis partorum virtutem, reiisque pro Aris, et Focis egregie gestarum magnitudinem, Haereditario quasi Jure in se delatam, magis, magisque illustratam reddidit, sicque non tantum supremæ Majestatis Expectationi satisfecit omnino, sed populorum etiam amorem, ac sui desiderium mirum in modum conciliavit, in Concivitatem Transylvanicam, e Consensu, et Approbatione Cæsareo Regiae Majestatis adopti sunt. In Symbolum ergo eximii nostri gaudii, splendoremque suae Excellentissimæ Familiae, qui in hoc etiam Christianitatis angulo coruscat, hunc specialem condidimus Articulum, seris etiam testificantem Posteris: Quod praelaudatum Excellentissimum Joannem Josephum S: R: Imp: Comitem KEWENHÜLLER ab Aichelberg, ejusque in Linea recta descendentes Universos Haeredes Masculos, in Concivitatem Transylvaniae cooptavimus, ac pro veris, et indubitatis Patriae hujus Transylvaniae Indigenis, posteaquam juxta Formulam Novellaribus Transylvaniae Articulis Anni 1744. expressam, medio Plenipotentiarii legitimi Solenniter deposuisset Juramentum, declaravimus, spe firmissima ducti, Suam Excellentiam, Suosque Haeredes, gratos, & utiles Patriæ nostræ Cives, Legumque, et Praerogativarum quarumlibet Strenuos, Fidelesque Custodes, & Observatores successivis temporibus futuros.

ARTICULUS II.

De modo Appellationis, et Recursus e Dicasteriis, & Tribunalibus Judiciariis in Transylvania Superioribus, ad Thronum Suae Majestatis.

Appellatio est Juridicum remedium, quo Causa post Convictionem per Partem succumbentem a praesentia, & Judicio Judicis inferioris, cum debita reverentia maturioris revisionis gratia ad superiorem Judicem provocatur. Cujus usu in Foris Judiciariis inferioribus ex tenore Benigni Rescripti Regii, Die 14. Mensis Junii, Anni superioris 1754. ad Nos Status, & Ordines trium Nationum Hæreditarii Principatus hujus Transylvaniae emanati, juxta dictamina Legum Patriarum in omnibus salvo permanente, clementer annuente sua Majestate sacratissima, Nobisque omnibus unanimiter consentientibus, pro majori securitate Causantium statuimus: Ut quemadmodum e Foris Judiciariis inferioribus pedaneis, ita etiam e Tabula Regia in Transylvania Judiciaria omnes Causae in merito (demtis Criminalibus in facto delicti deprehensis, & quae Juramento solius Actoris per adversam Partem submittuntur) juxta praescriptum Legis et receptas Patriae Consuetudines, in praesentiam Regii Gubernii vigore ordinationis Regiae Fori Revisorii in Forma Apostolorum cum plenitudine Actorum transmittantur. E superioribus vero dicti Principatus Transylvaniae Dicasteriis, ac Tribunalibus Judiciariis, Regio videlicet Gubernio, e Praesentia Statuum, et Ordinum Trium Nationum, ac Foro Productionali dictum Regium Gubernium, Tabulam Regiam, & Supremos Officiales ad mentem Compilat. Constat. Part. 5. Edicti 27. complectente, in realibus, mobilibus, & immobilibus juxta superiorius citati Regii Rescripti tenorem, & Resolutionis Cæsareo-Regiac de Anno 1693. die 24. Mensis Maji emanatae

tae Articulum 4. in eodem Rescripto Regio allegatum, ter mille aureorum in Capitali Summa adaequantes, vel superantes, ita etiam in Personalibus signanter: Criminis laesæ Majestatis, Perduellionis, Prodictionis, & Statum, ac Tranquillitatem publicam respicientes Causæ absque omni difficultate penes Appellationem pro Altissima Suae Majestatis Determinatione, ac Decisione submittantur.

Reliquæ vero causæ tam reales, quam personales e præmemoratis superioribus Foris Judiciariis per viam Appellationis non transmittuntur; Recursus tamen ad Thronum Suæ Majestatis non ex dictamine Legis, sed ex benigna Regia annuentia omnibus patet; ita tamen: ut convicti Recurrentes intra Decem & quinque Dies a Die latae Sententiae, Judiciariam Deliberationem contra se latam excipere; Actuarius vero finale Deliberatum sub sua manu (velut in inferioribus Foris Judiciariis ad extrahendas Novi Judicii, & similius Literas usus venit) citra moram, & difficultatem extradere fit obligatus, & ex ejus tenore sub trimestri Spatio Regium Mandatum ad inhibendam Executionem, & submittendam Transmissionem exorare, & extrahere obligantur, alias completo Trimestri spatio a 15. die latae Sententiae imputando, Causa transit in rem adjudicatam, exclusis omnibus Juridicis remediis, Executioni demandanda, nisi comprobaverint Regii Rescripti, & Apostolorum extractionem non sua culpa ultra fatales illos terminos prorogatam esse.

In Causis iuxta præmissa, ad mentem citati benigni Regii Rescripti Appellabilibus realibus ter mille aureos in summa capitali adæquantibus, vel superantibus, & Personalibus: Criminis laesæ Majestatis, Perduellionis, Prodictionis ac aliis superius pro Appellabilibus declaratis, si Appellant, a die Appellationis intra Trimestre spatium Apostolos extrahere, vel sollicitare posthabuerit, neque de sua sollicitatione Testimoniales producere valuerit, ad mentem benigni Regii

Rescripti de Anno 1752. die 27. Mensis Julii ad Nos Statutus, & Ordines Trium Nationum Principatus Transsylvaniae dati, pariter transit in rem adjudicatam, exclusis aequis cunctis juridicis remediiis, executioni mancipanda.

In Casibus autem Notam infidelitatis inferentibus, & aliis Criminalibus convictus, seu per Appellationem, sive per Recursum ad Thronum Suæ Majestatis Causam promoveat, ad mentem Approb. Constit. Part. 4. Tit. 1. Art. 25. manebit sub secura custodia detenus, aut sufficientem praefat fidejussoriam Cautionem, donec ad mentem ejusdem Articuli supremam obtineat Causæ decisionem.

Hoc tamen per expressum declarato, quod si convictus tam per Appellationem, quam per Recursum Sententiam contra se latam ad Thronum Suæ Majestatis provocaverit, Fructuum medio tempore perceptorum, expensarum item, & fatigiorum refusioni in Casu succumbentiae obnoxius erit (excepto Fisco Regio, qui ad fructuum saltem medio tempore e Bonis fors per se apprehensis perceptorum restitutionem teneatur) vel si petitorie agat, intelligendo de privatis, & in omnibus Foris succubuerit, a tempore latae in eadem Causa primum Sententiae secundum conscientiosam Ordinarii Judicis limitationem dictae Parti adversae expensas, & fatigia compensabit, absque tamen in utroque Casu Articulari poena ob recursum irroganda, salvisque Legibus Patriae, de Appellationibus editis. Hoc item pariter per expressum declarato, ne in simplicium Exceptionum objectionibus meritales, & Causæ fundamentum constituentes allegationes, praesertim, & signanter, de competentia actionis praepostere, & sine bono ordine locum habeant, verum tales ad Causae meritum rejiciantur, alias tribus de Lege observatis Ordinariis Exceptionibus, ita & Peremptorialibus suo Loco & Ordine salvis permanentibus.

Hic

Hic itaque Articulus tam ratione Appellationis, quam etiam Recursus juxta benignam Anni superioris 1754. Die 14. Mensis Junii Regiam Resolutionem extenditur, et complectitur Causas Fiscales æque ac Privatorum.

A R T I C V L V S III.

Qualiter Literalia Instrumenta tam Originalia, quam vero legitima Transumpta ab interitu vindicari, et toties quoties Conservatio eorundem expostularet, tam in Tabula Regia in Transylvania Judiciaria, quam vero in Archivis Capitulari, & Conventuali semper valitura transumi possint.

NON sine damno, & periculo tam Publici hujus Principatus Status, quam vero Communitatum, Familiarum, ac aliorum Privatorum in eodem contentorum, etiam de praesenti, eo magis ad futura observavimus Literalia Instrumenta Originalia, ac etiam Legitima Transumpta, ob vetustatem, malam Conservationis curam, vel aliter qualitercunque attrita, & successive citius aut tadius in pulveres redigenda; Cui malo occurrere volentes, ex benigna Suæ Majestatis Sacratissimæ annuentia, unanimi voto Conclusimus, ut Universa ejusmodi Literalia Instrumenta, tam in Archivis, quam vero apud manus Communitatum, vel privatorum habita, toties, quoties conservatio eorundem expostularet, transumi possint, semper illam vim, & robur habitura, quam Originalia eorundem habere dignoscuntur, sensu Decret. Trip. Part. 2. Tit. 15. Simplicium Transumptorum Transumpta in Judicio non subsistere, intelligendo ita: ut apud Communities, vel etiam privatos habita, in Tabula Regia, præmissa legitima Proclamatione; In Archivis vero deposita, vel collocata, penes Requisitoria Mandata cum brevi declaratione meriti, & solennitatum transumendorum Literalium Instrumentorum expediendo, per extensum more solito transummantur, præhabita in publicis

Archivis & Conservatoriis per Capitulares, vel Conven-tuales simul constitutos, sincera, & fideliter Literalium In-strumentorum in Conservatoriis eorundem reperibilium re-visione, illa, quæ procul omni dubio, justa, & legitima censeri possunt, modo præmisso transumantur, Illa vero quorum valor, & legalitas in dubio versaretur, Inclitis Statibus, & Ordinibus Trium Nationum hujus Principatus, vel vero Tabulæ Judiciariæ præsententur, determinanda.

ARTICVLVS IV.

De Officio Assessoris in Judicio Montanistico a parte Nationis Saxonicae.

Quemadmodum Articulo primo de Activitate Judicij in hocce Principatu Montanistico, sub Generali pro 23. Mensis Januarii, Anni superioris 1747. pariter in Liberam hanc, Regiamque Civitatem Cibiniensem benigno indulitu Regio indicta, & consveto more celebrata Diæta, concordibus Statuum, ac Ordinum suffragiis compilato, ac die 19. Mensis Junii, Anni ejusdem benigne confirmato, duos ex duabus Nationibus Legum Patriarum peritos praelibato Judicio Montanistico Assessores accensendos clementer indulxit, ita ac pari tertiae etiam, Nationis videlicet Saxonicae, intuitu Assessoris in Judicio hocce Montanistico officium, in seriem Articuli præsentis, referri, & ad conformitatem Articuli præattacti, Legumque Patriarum Munus illud a parte quoque Nationis Saxonicae, per capacia Subjecta adimpleri, gerique cum solito Tercitorum florenorum Rhenensem Salario, præviaque Juramenti legalis depositione statuitur, ac decernitur.

ARTICULUS V.

De Auri, & Argenti Adulteratoribus.

Si quidem Aerario Regio adversum eos, qui Metalla in Ex-teras

teras Regiones educere, aut portionem ex iis Fisco obvenientem denegare præsumerent, publica etiam Lege Majores nostri abunde provisum esse voluissent. Approb. Constit. Part. 2. Tit. 16. dignum erat, ne audacia, & temerarii improborum excessus amplius prorumperent, inque pravis Auri, & Argenti Adulterationibus patrari, exerceri que observarentur, huic quoque malo salutariter occuratur, Summi Principis servitio, bono Ordine & ipso adeo Reipublicæ Statu id ipsum cumprimis requirente. Et quoniam ad fideliorem Rei Metallurgicae cursum, ac promotionem, Officium Montanisticum, Articulis in eum finem nuper Diætaliter conclusis, Stabilitum, & Judicium quoque, modo in illis præscripto exercendi potestate instrumentum reddi placuerit, Hinc si ejusmodi Metallorum, Auri videlicet, & Argenti Adulteratores, ex Urburariis, aliisque Laboratoribus ad idem Officium Montanisticum pertinentibus, vel aliis Rusticis loca eidem officio subjecta inhabitantibus constituerint. Quoad etiam poenam huic delicto pro mensura infigendam subjaceant Judicio Montanistico, ita nempe: ut hi non modo in ipso flagrantí Adulterationis Actu, verum ad suspicionem quoque gravibus indiciis fundata libere captivari, Judicioque sisti possint, ac valeant, et ubi de commissio legitime convicti succubuerint, in amissione auri, vel argenti, cui adulterando, tempore comprehensionis operam dabant, vel defacto adulterassent, & præterea in solutionem alterius tanti condemnentur, præter Exmissionem nullo Juris remedio hac in parte eisdem suffragante. Si altera quoque vice delictum iterare præsumerent, præter dictam Metalli amissionem, restitutionemque alterius tanti, Corporali poena, ad quinquaginta usque baculorum iustum numerum, toties, quoties subjiciantur, imo si solvendo alteri tanto in defectu facultatum, vel causu secuturæ inde enervationis impares essent, quot florenos solvenda quantitas constitueret, summam eam opere
distr.

diurno in Metalli, vel Salis Fodinis, pro ratione mercedis ibidem Operariis pendi solitae, habita nihilominus ad intentionem quoque reflexione, deducere toties, quoties obnoxii habeantur; si vero ejusmodi delinquentes ad Dominia, vel Fodinas Privatorum pertinuerint, & non sint Urburarii, coram Domino Terrestri in Foro ejusdem Dominali, si vero Urburarii coram Montanistico conveniantur, poenaque, et Ordine præmisso æque indispensabili ter puniantur. Si Nobilis Residentiatus hoc delicti genus committerit, et in flagranti deprehendatur, arestetur, sub jaceatque vel Judicio Montanistico, vel Dominali, prout nempe locus delicti Forum indigitabit, & postquam de patrato penes Certificationem ex aresto præmissam, legitime convictus fuerit, amittat massam Metalli, et insuper damnetur in alterum tantum, et hoc pro primo attentato; si et secundo, et tertio malitiose porro deliquerit, toties, quoties præter amissionem Rei adulteratae, restitutionemque tanti, poena Articulari Ducentos Florenos Hungaricales faciente puniatur. Si vero extra delicti locum factum illius innotescat, per Directorem Fiscalem in Foro, et coram Judice competente penes Citationem conveniantur, ibidemque præter solam exmissionem, omnibus aliis ad Causæ condescensionem proponendis Exceptionibus remotis, nullo etiam Juris remedio admisso Causa ipsa discutiatur, et terminetur, cum poena præmissa, salva nihilominus in Casum succumbentiae ad Tabulam Regiam, vel a Judicio Montanistico ad Thesauriatum appellandi facultate. In casu quo Aurum, vel argentum quodpiam adulteratum apud Nobilem reperiretur, non Nobilis, verum ipsum ejusmodi Metallum per Officiale Loci veniet Arrestandum, Argumento Approb. Constitut partis 3. Tit. II. Art 1. tenebiturque idem Nobilis, vel Authorem adulterationis nominare, vel alio modo se exculpare, Rusticus tamen in simili etiam Casu una cum Re Arrestandus, et si

& si justam excusationem pro se afferre non valebit modo præmisso puniendus erit. Nobiles irresidentiati cautio nem de veniendo ad Judicium, et respondendo præstabunt, & si legitime convicti, Bonis ad satisfaciendum destituantur, Arrestum patientur tam diu, donec satisfactio vel solvendo, vel patiendo impendatur; ita nimirum: ut tempus Arresti, juxta quantitatem delicti, habita ad Personarum etiam qualitatem reflexione; Judicis arbitrio definiantur, eoque modo summa, quam alias delinquentes numerare debuissent, in rationem satisfactionis detrahatur, de Ecclesiasticis in eodem genere delinquentibus observanda erunt Jura, & Leges Canonicæ, itaque Director Fiscalis secundum illas procedat contra tales in Foro competente; Popis tamen Valachorum non Unitis, cum ipsi ab hoc Fori, & Canonis Privilegio exclusi habeantur, huc non intellectis, quia vero maxime conveniat, ut qui aliis ad dirigendum præficiuntur, exemplo quoque ad omnem honestatem, Legumque observantiam præluceant, Subjectis; Hinc si officiales Montanistici huic se delicto immiscere attarent, convenientur, a Judicio Montanistico, aut si Res, ita postulat, a Thesaurariatu, ibique penes brevem Processum conventi, ubi legitime succubuerint, præter amissionem Metalli adulterati, et ejus valoris in duplo refusio nem, ulteriori etiam poenæ, pro supremo arbitrio Summi Principis dictandæ, sint obnoxii.

CONCLUSIO.

NOIS itaque antelatorum Fidelium Statuum, & Ordinum dicti Principatus Nostri, Partiumque incorporatarum humillima Supplicatione Benigne admissa, et faver ter

ter exaudita, eosdem Articulos Nobis prævia ratione exhibitos, hisce Literis nostris de verbo ad verbum inferi, & inscribi fecimus, eosdemque ac omnia & singula in illis contenta ratos, gratos, & accepta habentes eisdem Regium Consensum nostrum benevolum, pariter, & assensum præbuimus, Authoritateque Nostra Regio-Principali approbabimus roboravimus, & confirmavimus, securos reddentes præfatos Status, & Ordines Universos, quod omnia, in præinseritis Atticulis contenta tam Nos ipsae observabimus, quam per alios quoscunque observari faciemus. Quemadmodum approbamus, ratificamus, & confirmamus harum nostrarum vigore, & testimonio Literarum mediante. Datum in Civitate Nostra Wienna Austriae, Die Nona Mensis Augusti, Anno Domini Millesimo Septingentesimo Quinquagesimo Septimo. Regnum vero nostrorum Decimo Septimo.



A R T I C V L I
DIÆTALES

A N N I

M. DCC. XCI.

NOS FRANCISCUS SECUNDUS DIVINA
FAVENTE CLEMENTIA ELECTUS Ro-
manorum Imperator Semper Augustus, Germaniæ,
Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Slavo-
niæ, Galiciæ, Lodomeriæ, Ramæ, Serviæ, Cu-
maniæ, & Bulgariæ, Rex Apostolicus, Archi-Dux
Austriæ, Dux Burgundiæ, Lotharingiæ, Styriæ,
Carinthiæ, & Carnioliae; Magnus Dux Hetruriæ,
Magnus Princeps Transylvaniæ, Marchio Mora-
viæ, Dux Brabantia, Limburgi, Lucemburgi, &
Geldriæ, Würtembergæ, Superioris & Inferioris
Silesiæ, Mediolani, Mantuæ, Parmæ, Placentiæ,
& Guaftaliæ, Osveciniæ, & Zatoriæ, Calabriæ,
Barri, Montisferrati, & Teschinæ, Princeps Sve-
viæ, & Carolopolis, Comes Habsburgi, Flandriæ,
Tyrolis, Hannoniæ, Kiburgi, Goritiæ, Gradiscæ,
N &

& Siculorum, Marchio Sacri Romani Imperii, Burgoviæ, Superioris & Inferioris Lufatiæ, Mus-soponti, & Nomenei, Comes Namurci, Provin-ciæ, Valdemontis, Albimontis, Zutphaniæ, Sar-verdæ, Salmæ, & Falkensteinii, Dominus Mar-chiæ Sclavonicæ, & Mechliniæ.

Memoriæ commendamus tenore præsentium significan-tes, quibus expedit universis: Quod NOS, postea-quam Sacratissimus Princeps, Electus Romanorum Imperator, Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Cro-a-tiae, & Slavoniae Rex Apostolicus; Transylvaniae-que Princeps Hæreditarius, & Siculorum Comes LEO-POLDUS SECUNDUS, Genitor Noster piæ Reminiscen-tiae desideratissimus, post obitum Augustissimi Imperatoris JOSEPHI quondam Secundi Fratris sui Germani, & Uteri-ni absque Solatio Liberorum decedentis, juxta Ordinem Successionis in Sanctione pragmatica per Status & Ordines Transylvaniæ etiam sponte, & libere tenore Artic-u-lorum Novellarium 3-tii, & 4-ti Anni 1744. a acceptata stabilitum, universorum Augustæ Domus Nostræ Hæredi-tariorum Regnorum, & Provinciarum, interque illas Ma-gni quoque Transylvaniæ Principatus Gubernacula Jure Hæreditario suscepisset, ac pro Paterna sua erga præfa-tum charum Transylvaniae Principatum cura, & soliciitu-dine generalem universorum Statuum, & Ordinum trium Nationum ejusdem Principatus, & Partium eidem incor-poratarum Diætam in duodecimum Mensis Decembris An-ni Millesimi Septingentesimi Nonagesimi diem, in Libe-ram, Regiamque Civitatem Claudipolim indixisset; fideles-que

que Nostri Status, et Ordines ibidem simul congregati Comitia ad Diem usque nonum Augusti Anni Millesimi Septingentesimi nonagesimi Primi continuative celebrantes post præstitum cum alacritate, et devotione Altefatæ Suæ Majestati Genitori Nostro desideratissimo, in Præsentia Regii ejusdem Commissarii, ad prædicta Comitia delegati Magnifici Joannis Nepomuceni Liberi Baronis Christiani de Rall, Insignis Ordinis S. Ruperti Magnæ Crucis Equitis, et Generalis Campi Marschalli Locumtenantis, Homagium Fidelitatis, inter reliqua publica dicti Principatus Nostri Negotia certos etiam Articulos communibus Votis, et Suffragiis conclusos condidissent; illosque penes demissam suam Relationem medio præfati Regii Commissarii plenipotentiarii Altefato piæ Reminiscentiæ Genitori Nostro pro Altissima Approbatione, & Confirmatione submisissent; priusquam tamen exhibitorum præscripto modo Articulorum Confirmatio subsequi potuisset, ex Arcano, et inscrutabili Divini Numinis Consilio sæpefatus Sacratissimus Princeps, et Genitor Noster desideratissimus, die prima mensis Martii Anni currentis insperata morte ex hac vita ad æternam Beatitudinem translatus exstitisset, Regimque Hungariæ, Bohemiæ, et aliorum Regnorum, Provinciarumque Regiæ Domus Nostræ Hæreditiarum, interque illas Magni etiam Transylvaniæ Principatus et Partium eidem adnexarum Jure pariter Hæreditario, et immediatæ Successionis in Nos devolutum fuisse; Deputati denique memoratorum Statuum, et Ordinum, per piæ Reminiscentiæ Genitorem Nostrum pro desiderio eorundem ad Regium Thronum admitti, et in Archiducali Civitate Nostra Viennensi præsentes in tristissimo, et lugubri hocce casu dictos Articulos pro Altissima Ratificatione Nobis substernentes, benignam eorundem Confirmationem a nobis demisse petiissent, Nosque precibus eorundem Deputatorum eatenus fusi, pro Paterno Nostro, quo in Fideles Nostros Status et Ordines, totumque charum Nobis Transylvaniæ

vaniæ Principatum ducimur Affectu annuentes, dictos Articulos Nobis suo modo relatos, maturo Consilio pro rei gravitate perpendentes, ac ad amissim Legum fundamentalium ruminantes (nonnullis eorundem pro penitiori discussione, et ulteriori Deliberatione ad Regnicolares Deputationes relegatis) iisdem Statibus et Ordinibus sub vige-sima sexta Maji Anni currentis per Nos clementer rati-habitos, eo fine remissemus, ut illos in generali sua Congregatione perfectos, et publicatos, tandem in solita Forma pro Authenticatione, et Altissima Nostra Subscriptione submitterent; Antelati Status et Ordines eosdem Articulos in generali sua Congregatione ad Festum S. Stephani Regis Apostolici in præfatam Liberam Regiamque Civitatem Claudiopolim indicta reassumptos, acceptatos, et publicatos sub decima tertia Octobris Anni currentis, Præsidentis Statuum, et trium Magistrorum Protonotariorum Subscriptionibus, et Sigillis munitos demisse Nobis exhibuerunt, suplicantे humilime, ut Nos eosdem Articulos, omniaque, et singula in illis contenta gratos, ratos et accepta habere, Regiaque Nostra Authoritate ratificare, roborare, & in Codicem aliarum ejusdem Principatus Nostrí Partiumque eidem incorporatarum publicarum Legum, et Constitutionum relata, tam Nos ipsi observare, quam per alios quoscunque observari facere dignaremur.

Quorum quidem Articulorum tenor talis est:

A R T I C U L I.

Universorum Statuum & Ordinum trium Nationum Magni Principatus Transsylvaniae, Partiumque Regni Hungariæ eidem incorporatarum, in Generali eorundem Diæta pro duodecima Mensis Decembris Anni Millesimi Septingentesimi Nonagesimi, in Liberam, Regiamque Civitatem Claudiopolim indicta, & usque ad nonam Mensis Augusti Anni Millesimi Septingentesimi Nonagesimi primi continuative celebrata, conclusi.

P R A E F A T I O.

Post longam expectationeam singulari Divini Numinis Providentia, tum Pietate, & Clementia Augustissimorum Principum suorum illuxit tandem huic Principatui Anno Millesimo septingentesimi Nonagesimo auspicarissimum, ardentibusque saepe votis expetitum tempus illud, quo pro veteri in Legibus Fundamentalibus, ac Diplomaticis Sanctionibus fundato Instituto Statibus & Ordinibus Generalia Comitia legali cum libertate celebrare, in iisque de Summa rerum

rerum publicarum Consultare, decernereque liceret. Namque primum Augustissimus quondam Imperator, & Rex gloriose reminisciæ Divus JOSEPHUS SECUNDUS vigore benigni Rescripti sui de vigesima octava Januarii Anni Millesimi Septingentesimi Nonagesimi, ad Regium Magni Principatus Gubernium exarati, & per illud circulariter publicati, in vim Promissionis sue Anno Millesimo Septingentesimo Octuagesimo primo Statibus & Ordinibus super Generalium Comitiorum, quamprimum tempus & Circumstantiæ id secum tulerint, celebratione factæ, Anno insequente Millesimo Septingentesimo Nonagesimo primo Generalia Comitia celebranda esse decrevit. Sed antequam idem Augustissimus Imperator, & Rex huic suæ sponsioni satisfacere potuisset, præmaturo fato vigesima quippe Februarii Anni mox dicti mortali huic vite ereptus est, cui sine Liberorum solatio decadenti, postquam Sacratissimus quondam Princeps Transylvaniæ Dominus Dominus LEOPOLDUS SECUNDUS Gloriosissimæ Recordationis, velut Altefati Augustissimi Imperatoris, ac Regis JOSEPHI SECUNDI Germanus, ac Uterinus Frater, juxta Ordinem Successionis in Sanctione Pragmatica per Statutus & Ordines Transylvaniæ etiam sponte, ac libere juxta Articulos Novellares 3-tium, & 4-tum Anni 1744. accepit & stabilitum, in Universorum Augustæ Domus Regiæ Hæreditariorum Regnorum, ac Provinciarum, interque illas Magni quoque hujus Principatus Regimine fauissime successisset, eo statim paterni Animali sui sollicitudinem convertit, ut Populis sibi subiectis, quin Orbi universo testatum redderet, se opes Regiæ Domus suæ in Cordibus Subditorum, Regiminisque unicum, & firmissimum robur in Legum præsidio collocare. Et idcirco in ipso Gloriosissimi Regiminis sui aditu non modo Nos universos, & singulos, super Jurium, Pri-

vile-

vilegiorum, ac Libertatum Nostrarum inviolabili obseruantia, Literis Regiis Affecratoriis quietos, ac securos esse jussit, verum ut id facto etiam testatum redderet, virtute Benigni Rescripti sui de quinta Mensis Novembris Anni Millesimi Sepringentesimi Nonagesimi exarati, Generalia Comitia in Liberam, Rigiamque Civitatem Claudiopolim, tam pro deponendo eidem Altefato debitæ Fidelitatis Homagio, quam pro pertractandis publicis Principatus bujus Negotiis indixit, Statusque & Ordines ad pangendum secum perpetui Amoris, mutuæque fiduciae durabile Fædus non sine tenerrimae Regie Propensionis significatione provocavit. Ad que Generalia Comitia, velut ad jucundissima renascentis Transylvaniæ solemnia Nos frequenti numero confluentes, post præstitutum cum alacritate, & devotione Altefatae Suæ Majestati Domino Domino LEOPOLDO SECUNDO in præsentia Regii ejusdem Commissarii Plenipotentiarii, ad predicta Comitia delegati, Excellentissimi Domini Joannis Nepomuceni Liberi Baronis Christiani de Rall, Insignis Ordinis S. Ruperti Magnæ Crucis Equitis, & Generalis Campi Marechalli Locumententis Fidelitatis Homagium, depositumque parte ex altera medio prælaudati Domini Commissarii Plenipotentiarii Nomine, & in Animam Altefatae Sacratissime Suæ Majestatis, super inviolabili Legum, Jurium, & Libertatum Nostrarum observantia, Juramentum Regium, benignis Propositionibus Regiis, Postulatisque, & Gravaminibus Magni hujus Principatus Publicis &que, ac Particularibus in deliberationem assumpcis, matureque ruminatis, ac perpenfis, ea, que ad tollenda gravamina, restabiliendaque Jura Nostra, nec non promovenda hujus Principatus Emolumenta facere videbantur, in certos Articulos communibus votis, & suffragiis conclusos redigimus, eosdemque Articulos penes demissam Relationem nostram, medio prælau- dati

dati Excellentissimi Domini Commissarii Regii Plenipotentiarii, Altefato Augustissimo Imperatori, ac Regi Nostro Hæreditario glorioſæ Reminſcentiæ, pro impertienda Regia Confirmatione submisiimus, una vero ſolemnem Deputationem e Corpore Nostro deleſtam, cum Altissimo Annutu Regio ad Augustam Aulam eo fine expedientam eſſe duxiimus, ut eoruadē Articulorum Confirmationem exoperari, neceſſari isque circa illos Informationes, ac difficultatum nefors occurren- tium dilucidationes Auguftæ Aulæ ſuppeditare teneatur.

Priusquam tamen Altissima eorumdem Articulorum Confirmatione ſubſequi potuifſet ex Arcano, & inſcrutabili Divini Numinis Consilio Altefarum Auguftiſſimum Domirum Die prima Mensis Martii Anni recurrentis ex mortali hac vita ad æternam Beatitudinem ingenti apud Populos ſibi Subjectos relicto ſui desiderio transferri contigit, conſequenter regimine universorum Regnorum, ac Provinciarum Hæreditariarum, interque illas Magni etiam bujus Principatus in modo fauifſime Regnantem Auguftiſſimum Dominum Dominum FRANCI- SCUM SECUNDUM Elec̄tum Romanorum Imperatorem, Hungariae Regem Apostolicum, & Hæreditarium Principem Transylvaniæ, ac Siculorum Comitem Jure Hæreditario, & immediatae Successionis feliciter devoluto, Eadem Altefata Sacratiſſima Sua Majestas precibus, Informationibusque Deputatorum Noſtrorum Clemenriſſime admissis, & receptis, Articulisque per Nos ſubmiſſis, Altissimo Trutinio Subjectis, nonnullos ex iis, medio Benigri Rescripti ſui de vi- gesima ſexta Maii anni currentis ad Nos exarati confirmatos, pro ſolita inarticulatione clementer remiſit: Quo benigno Rescripto Regio in praefenti Generali Congregatione Noſtra ad Festum S. Stephani Regis Apostolici iudicta, ſumma cum reverentia recepto, & in matu- ram Deliberationem ſumpto, ex benigne Confirmationis, ſubius. r:os Ar- ticulos ad amuſiſim Legum Fundamentalium exaclos, . & ad Jura ſunni Principiis aequi, ac Patriae bujus ſtabilienda, commodaque publica provekenda, uiles, & proficiens magna alacritate, et Homagiali devotione acceptavimus humillime ſupplicantes, ut eosdem Articulos, omniaque et singula in illis contenta, gratos, ratos, & accepta b. bere, Regiaque ſua Authoritate ratificare, roborare, in Codicem Le- gum Noſtrarum referri, atque tam ipſa Regia Majestas obſervare quam per alios quoscunque obſervari facere dignetur.

AR-

ARTICVLVS I.

De Hereditaria Sacratissimæ Suæ Majestatis in Magno Transylvanice Principatu Successione, & Solemnitate receptionis Homagii a Statibus Transylvanicis.

Augustissimo quondam Imperatore JOSEPHO SECUNDO Hæreditario Hungariæ Rege, et Transylvaniæ Principe, mortali huic vitæ absque Solatio Liberatorum crepto, perque mortem, et decessum Ejusdem, cum aliorum Hæreditariorum Regnorum, et Provinciarum, tum hujus quoque M. Principatus Transylvaniæ, Partiumque eidem incorporatarum Regimine, juxta Successionis Ordinem in Sanctione Pragmatica, libero Statuum et Ordinum hujus quoque Principatus voto, et Arbitrio, in conformitate Articuli 2-di Regni Hungariæ de Anno 1723. emanati, acceptata, et tenore Articulorum 3-tii et 4-ti Anno 1744. perpetua etiam Lege roborata stabilitum, in Sacratissimum Principem Dominum Dominum LEOPOLDUM Secundum, tanquam Altefati sui Prædecessoris Fratrem immediate sequentem Germanum, et Uterinum legitime devoluto, postquam Eadem Sacratissima Majestas, qua legitimus Rex Hungariæ, sui in Regem Hungariæ Coronationem ritu solenni suscepisset, Statusque et Ordines Principatus Transylvaniæ, partim benignis suis Literis Affidatoriis, prævie cum Aditu sui Regiminis ad Regium hujus Principatus Gubernium exaratis, partim in serie Propositionum Regiarum, per denominatum ad hæc Comitia suum Commissarium, et Plenipotentiarium Baronem Joannem Nepomuceum Christiani de Rall, Insignis Ordinis Sancti Ruperti Magnæ Crucis Equitem, et Generalem Campi Marschalli Locumtenentem exhibitarum, et intimatarum consolari,

O

cer-

certosque, ac securos reddere dignata fuisset, quod Eadem
 Altesata Legum Sanctionem observare, Populosque Cu-
 ræ suæ concreditos Amoris Vinculo sibi adstringere cupiat,
 et circa ea omnia, quæ in commoda, et Incrementum, sta-
 bilemque conservationem hujus Principatus necessaria, et
 proficua fore videbuntur, manifestanda per Status Desi-
 deria benigne exauditura, et pro Principali Animi sui ad
 promovendam publicam Salutem promptissimi Indole, ni-
 hil eorum prætermissa sit, quae ad Incrementum hujus
 Principatus, ejusdemque Statuum et Ordinum, majus De-
 cus et Ornamentum pertinere cognoverit, super eo deni-
 que, quod nullum Boni Principis Munus intermissura, ve-
 rum omnes, et singulos in communi, et particulari in om-
 nibus Juribus, Legibus, Privilegiis, et Indultis, quae vi-
 delicet Sacro Diplomate Leopoldino, hocque sequutis Re-
 solutionibus, et Sanctionibus Magno huic Principatui con-
 cessa fuere, illibate conservatura, cunctaque et singula be-
 nigne promissa effectui mancipatura sit, tenore benigni
 sui Rescripti Asssecutorii, de 3-tia Mensis Decembris An-
 no 1790. emanati, Status et Ordines non solum in Verbo
 Regio asscurare, verum clementissimam Suam Asscuratio-
 nem fidei quoque Sacramento, post receptum a Statibus
 Fidelitatis Homagium, per præfatum Commissarium, et
 Plenipotentiarium suum, Nomine, et ad Animam Suæ
 Majestatis, deposito, firmare dignata fuisset, ab alia au-
 tem parte Status quoque, et Ordines, penes humilimam
 tam per solemnem Deputationem, memorato Commissario
 Regio prævie insinuatam, quam in publico Confessu co-
 ram Eodem iteratam promptitudinis suæ Declarationem,
 solitum Fidelitatis Homagium, juxta Formulam Art. 4-to
 Anni 1744. insertam, magna cum alacritate, et devote-
 ne deposuerint, Instrumentumque superinde singulorum
 Subscriptionibus, Sigillisque tam Gubernii Regii, quam
 Trium Nationum, et singulorum Subscribentium Usuali-
 bus

bus munitum, ac penes demissam Statuum Relationem medio Regii Commissarii submissum, Sua Majestas Sacratissima ea cum clementissima Resolutione de 28-va Mensis Februarii Anni præteriti exarata acceptare dignata fuisset, quod cuncta Statuum postulata in Conformatitate submissæ Relationis Altissimo Conspectui substernenda benigne exauditura, et desuper Resolutiones suas pro Paterno in hunc Principatum Affectu elargitura sit; Demum humilimo Statuum petito penes submissionem præfati Homagialis Instrumenti exposito in eo quoque benigne annuere dignata fuisset, ut imposterum similia Instrumenta Homagialia, Solemnitate in aliis Expeditionibus Diætalibus observari solita, absque specifica Gubernii Regii, et aliorum constitutivorum Statuum in exordio Litterarum enumeratione, et absque Appressione Sigilli Gubernialis expediantur, pro perenni horum peculiarisque Suæ Majestatis in hunc Principatum testatæ Benignitatis memoria, prælaudatum benignum Suæ Majestatis Sacratissimæ Rescriptum Assuratorium, simul cum Juramento Regio in Conformatitate ejusdem deposito, nec non Instrumentum super Homagio Fidelitatis a Statibus præstito confectum, præsenti Articulo solemniter inferuntur.

Rescriptum Suæ Majestatis Sacratissimæ Assuratorium, Instrumentum item Homagiale sequuntur hunc in modum.

Leopoldus Secundus Dei Gratia Electus Romanorum Imperator semper Augustus, Germaniæ Hungariæ, & Bohemiæ Rex, Archi Dux Austriae, Dux

Burgundiæ, & Lotharingiæ, Magnus Princeps Transylvaniæ, & Comes Siculorum &c. &c.

Illustres, Reverendi, Spectabiles, Magnifici, Generosi, Honorabiles, Egregii, Nobiles et Agiles, Prudentes item ac Circumspecti Fideles Nostri, sincere Nobis, et respective Dilecti ! Placuit Divinæ Providentiæ Sacratisimum Principem Romanorum Imperatorem, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ &c. Regem Apostolicum, Archiducem Austriæ, Magnum Principem Transylvaniæ, & Siculorum Comitem Dominum JOSEPHUM SECUNDUM bonæ Reminiscentiæ Fratrem Nostrum desideratissimum die 20-ma elapsi Mensis Februarii Anno hoc currente, mortali huic vitæ eripere. . .

In tristissimo hoc casu, qui Nos justissimo dolore affecit Divina Providentia, ad capessenda omnium Augustæ Domus Nostræ Hæreditariorum Regnum, & Provincia rum Jure pariter hæreditario ad Nos devolutorum, ac inter hæc etiam Magni hujus Principatus Transylvaniæ Gubernacula, nec non procurandam Populis Nobis jam subiectis Salutem Nos vocavit; Quod ipsum quemadmodum Gubernio Nostro Regio sub 14-ta Martii Anni currentis sub iis, quibus eousque obstringebatur Fide, Obligatione, & Instructionibus per Nos benigne confirmato, annunciamus, unaque commisimus, ut universos Status et Ordines trium receptarum Nationum, Comitatus item, ac Sedes de eo, quod eosdem in Juribus, Privilegiis, Libertatibus, et Immunitatibus suis illibate inviolabiliterque conservare, nec iisdem quaqua ratione derogare velimus, in antecessum securos reddat; ita Vobis universis Fidelibus Nostris, prælibati Magni Principatus Nostri Transylvaniæ Statibus et Ordinibus jam una simulque constitutis, etiam benigne significandum esse duximus, assecurantes Vos in verbo Nostro Re-

Regio, non secus et alios quosvis cujuscunque Gradus et conditionis subditos Nostros Nos nullum Principis boni Munus intermissuros, quin imo omnes et singulos in communi, et particulari in eorum Juribus, Legibus, Privilegiis, Immunitatibus, et Indultis, quæ videlicet a Sacratissimo quondam Principe Domino LEOPOLDO I. Romanorum Imperatore, et Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæque Rege, Magno Principe Transylvaniæ, & Siculorum Comite, seu diplomatice, seu aliis Sacrum hoc Diploma sequutis Benignis Resolutionibus & Santcionibus eidem Nostro Magno Transylvaniæ Principatui concessa, et indulta, ac etiam per ejusdem Successores gloriose Reminiscientiae Praedecessores Nostros confirmata fuere, pro eo, quo in Vos Fideles Status & Ordines, totumque charum Nobis Principatum ferimur affectu, non modo clementer confirmaturos, verum & illibate conservaturos, cunctaque, & singula benigne promissa effectui mancipaturos. In reliquo. &c. Datum in Archiducali Civitate Nostra Wienna Austriæ, die Tertia Mensis Decembris Anno DOMINI Millesimo Septingentesimo Nonagesimo; Imperii Nostri Romani, Regnum item Nostrorum hæreditariorum Anno Primo. LEOPOLDUS imp. Comes Josephus Majlath mp. Ad Mandatum Sacrae Cæsareo & Regio Apostolicæ Majestatis proprium. Andreas Semsey mp.

Formula vero depositi Juramenti Regii sequentis est tenoris:

EGO JOANNES NEPOMUCENUS L. B. CHRISTIANI de RALL, qua ad praesentia Comitia Transylvanica benigne denominatus Plenipotentiarius Commissarius Regius, ex speciali Mandato Suæ Majestatis Sacratissimæ Augustissimi, ac Potentissimi Domini LEOPOLDI SECUN-

CUNDI, Electi Romanorum Imperatoris, Germaniae, Hungariae, Bohemiaeque Regis Apostolici, Archiducis Austriæ, Magni Principis Transilvaniæ, et Siculorum Comitis &c. &c. Juro in Animam Altefatae Majestatis Sacratissimæ per DEUM vivum, Ejusque Sanctissimam Genitricem Virginem MARIAM, et omnes Santos, quod Eadem Altefata Majestas Sacratissima, juxta elargitum universis Magni hujus Principatus Transylvaniae omnium trium receptarum Nationum Statibus et Ordinibus benignum suum Asssecutorium Rescriptum Regium, Eosdem cujuscunque conditionis omnes, et singulos in communi, vel particulari, in eorum Juribus, et Privilegiis, Immunitatibus, et Indultis, rite, sancte, et illibate conservatura, nec iisdem quaqua ratione derogatura, nullumque insuper Principis boni Munus intermissura sit. Ita me DEUS adjuvet, et omnes Sancti.

NOs Universi trium Nationum Magni Principatus Transylvaniæ, Partiumque Hungariae eidem adnexarum Status et Ordines, Regium videlicet Gubernium, Tabula Regia Judicaria, Supremi Officiales, Regalistae, et Deputati Comitatuum, Sedium Siculicalium, et Districtuum, nec non Deputati Sedium, et Districtuum Saxonicalium, Locorum item Taxalium, totum Principatum repræsentantes, ad praesentia Generalia Comitia, Jussu Caefareo Regiae Majestatis Suæ ad Homagii Receptionem, publicorumque Negotiorum pertractionem, in Liberam Regiamque Civitatem Claudiopolim, prius quidem in Diem 30-mam Mensis Augusti, subseque vero in 12-mam Mensis Decembris Anni 1790. indicta convocati, et praesentes, ad perpetuam rei Memoriam significant Universis, præsentibus, et futuris.

Quod posteaquam Divino Numini visum fuisset, Sacratissimum Principem Dominum Dominum JOSEPHUM Se-

cun-

Secundum, Romanorum Imperatorem, ac Germaniae, Hungariae, Bohemiae Dalmatiae, Croatiae, Slavoniae, Galliciae item & Lodonieriae Regem Apostolicum, Magnum Principem Transylvaniae, et Siculorum Comitem Die 20-ma Februarii Anni currentis mortali huic Vitae fine Liberorum Solatio eripere, eidemque Altefata Sua Majestas Sacratissima Cæsareo Regia Dominus Dominus LEOPOLDUS Secundus tanquam Ætate immediate sequens, Germanus, et Utterinus Frater juxta Successionis Ordinem libero Principis et Statuum Arbitrio in Sanctione Pragmatica per Magnum quoque Transylvaniae Principatum in Generalibus Comitiis Anno 1722. celebratis, acceptata stabilitum, et subseque perpetua etiam Lege, quippe per Art. 3-tum et 4-tum Anni 1744. in Conformatitate Articuli 2-di Regni Hungariae Anni 1723. confirmatum, quem admodum in aliis omnibus haereditariis Regnis, et Provinciis, ita in hoc quoque Transylvaniae Principatu, et Partibus eidem reincorporatis, qua legitimus Rex Hungariae, legitimate successisset, eodemque debito sibi, et competenti Jure, eorundem Hæreditariorum Regnorum suorum, et Provinciarum, Magnique hujus Principatus, et Partium eidem reincorporatarum Regimen in se devolutum, ad procurandam subjectis sibi Populis Salutem, et Felicitatem suscepisset, atque pro deponendo Fidelitatis Homagio, per tractandisque aliis publicis Negotiis Generalia Regni Comitia in Liberam, Regiamque Civitatem Claudiopolim, prius quidem in Diem 30-mum Mensis Augusti, ex post vero dilato priore termino in Diem 12-mum Mensis Decembris Anni currentis indixisset, ac tenore benigni alterius Rescripti Regii Die 5-ta Mensis Novembris Anni currentis emanati, clementer jussisset, ut in robur, et firmitatem hujus realis, & Actualis Devolutionis, et Successionis, in præsentia Excellentissimi Domini Joannis Nepomuceni L. B. Christiani de Rall, Insignis Ordinis S. Ruperti Magnae

gnae Crucis Equitis, Generalis Campi Marschalli Locum-
tenantis, velut ad haec Generalia Comitia Nostra Deputa-
ti Commissarii Regii Plenipotentiarii, debitum Eidem Al-
tefatae Suae Majestati Caesareo Regiae Domino Domino,
et Principi Nostro Clementissimo, Augustaeque Domui Suæ
Fidelitatis Nostræ præstaremus Homagium, ut ut ardentis-
simis Votis anhelaverimus homagiale Nostram Devotio-
nem, erga Sacratissimum Principem, quo citius contestari,
et Sanctiori hoc Födere cum Eodem Altefato arctius con-
jungi, antequam tamen eo procederemus, tristissimas Legum
Nostrarum Convulsiones, quæ tum alias, tum vero præ-
primis sub posteriori Regimine acciderunt, Nostramque,
ac charæ Posteritatis securitatem præ Oculis habentibus No-
bis Necessarium visum sit, ante solemnem Homagii Depo-
sitionem Excellentissimo Domino Commissario Regio, me-
dio Deputationis condecenti cultu declarare: Nos quidem
ad dicendum Augustissimo Principi Fidelitatis Sacramen-
tum pro ea, quam a Majoribus accepimus Fide promtos,
ac paratos esse, ea nihilominus indubia spe, ac fiducia e-
rectos, quod Sacratissima Sua Majestas omnes Leges, Con-
stitutiones hujus Principatus, Municipales, Sanctionesque
Diplomaticas, Jura item, et Libertates, tam in commu-
ni hunc Principatum, tresque in eodem Nationes, et qua-
tuor Religiones receptas, quam in particulari quosvis con-
cernentes, non solum confirmare, et observare, observa-
rique facere, verum de præjudiciis quoque, et Gravami-
nibus benignum Diploma LEOPOLDINUM subsecutis,
stante adhuc moderno Diaetali Confluxu medendis, Con-
stitutioneque hujus Principatus in pristinum Statum lega-
lem reponenda, Status et Ordines in antecessum clementer
securos reddere dignabitur; Nos quoque non defuturos
Postulata Nostra publica, juxta seriem Punctorum Diplo-
matis Leopoldini, illis, quæ post emanationem hujus Di-
plomatis cum Statuum Consensu intervenerunt, mutatio-
nibus

nibus conformiter elaboranda, Altissimae Confirmationi quantocytus substernere, et juxta hæc Renovationem benigni Diplomatis Leopoldini eo modo sollicitare, ut illud imposterum quoque per Successores ex Augusta Domo Principes, toties, quoties ante eorum in Regem Hungariae Coronationem, de novo extradetur, deponendoque Regio Juramento pro futuro Transylvania, ratione conservationis Legum suarum Municipalium, Juriumque, et Libertatum, tres in hoc Principatu Nationes, & quatuor Religiones receptas concernentium, specialiter, et per expressum insecuratur, tam primaevò hujus Principatus, tanquam ad Coronam Hungaricam pertinentis Statu, quam tractatibus publicis sub Statu separationis a Regno Hungariae cum eodem Regno initis, signanter Tractatus Pragensis, inter Rudolphum Hungariæ Regem, et Sigismundum Báthori, Transylvaniae Principem, celebrati de Anno 1595. Art. 2. §. 8. nec non Declarationibus, Pactisque Conventis, signanter Tractatu Charaffiano Anni 1688. Nona Maji; acceptatione Divi Leopoldi I-mi Die 17-ma Junii mox dicti Anni, Praeambulo item tam Diplomatis Leopoldini, quam Instructionis, Gubernatori Anno 1693. Die 29-na Aprilis praescriptae, comprehensis, quibus Principatus hicce ad Coronam Hungariæ postliminio rediit, hæreditariamque Augustae Domus Austriacae Successionem acceptavit, nec non Decretorum Regni Hungariae Anni 1741. Artuli 18. id ipsum exigentibus, atque hoc sensu, & desiderio promptitudinem nostram ad deponendum Fidelitatis Homagium obtulimus, medio alterius Deputationis id insuper petentes, ut cum Populus reciproco cum Principe Securitatis vinculo colligari debeat, hujus autem vinculi intuitu legale Statuum desiderium, per Comitatus, et Sedes particulariter congregatos, coram Statibus Regni Hungariæ in eo propositum, ut Transylvania ratione desideratae Suæ Securitatis, inaugurali Diplomati, & Juramento Regio specia-

cialiter inseratur, effectum suum fortiri non potuerit, hanc ob causam pro praesenti singulari casu Sacratissima Sua Majestas benignas suas Assecrationes Regias, Fidei quoquo Sacramento per Excellentissimum Dominum Commissarium Regium deponendo, roborare dignaretur, pro futuro autem Transylvania super eo: Quod in Legibus, Juribus, et Libertatibus suis, juxta benignum Diploma Leopoldinum, subsecutasque Sanctiones, et Affidationes Regias conservabitur, speciali Mentione inaugurali Juramento Regio inferenda, præfatique Diplomatis Leopoldini, juxta legalia Statuum Postulata renovandi, nova semper ante Coronationem per Successores fienda Confirmatione, et extraditione, secura reddatur.

Ad quam quidem Nostram Declarationem, postquam Excellentissimus Dominus Regius Commissarius, medio scriptæ Suæ Responsonis Nobis transmissæ significasset, eam esse Sacratissimæ Suæ Majestatis benignam Mentem, ut omnia Statuum legalia Desideria exaudiat, nihilque eorum, quæ ad Decus, et Incrementum Magni hujus Principatus pertinere cognoverit, prætermittat, Assecratorias porro Suæ Majestatis Litteras ante Homagii depositionem perlegendas, expectationem Nostram non implere tantum, sed et superare, ac demum medio posterioris Deputationis Idem Excellentissimus Dominus Regius Commissarius, se in Persona Sacratissimæ Suæ Majestatis, postquam Nos Homagium Fidelitatis præstiterimus, super illibata Legum Observatione Sacrementum Fidei depositum declarasset, (prout etiam post depositum per Nos Homagium, Idem Excellentissimus Dominus Commissarius Regius Nomine, et ad Animam Altefatae Suæ Majestatis, juxta Formulam speciali Articulo præsentium Comitiorum insertam, publice coram Nobis depositus) Postremo exhibito Nobis per praelaudatum Dominum Regium Commissarium benigno Rescripto Regio Assecratorio de 3-tia Mensis Decembris,

bris, Anni currentis emanato, eoque publice perlecto, vi-
gore cujus Sacratissima Sua Majestas Nos in verbo Regio
securos reddere dignatur, Eandem Altefatam nullum boni
Principis Munus intermissuram, Nosque omnes et singulos
in communi, et particulari in omnibus Juribus, Legibus,
Privilegiis, & Indultis, quæ videlicet Sacro Diplomate
Leopoldino, hocque subsecutis benignis Resolutionibus,
et Sanctionibus, Magno huic Principatui concessa fuere,
illibate conservaturam, cunctaque et singula benigne pro-
missa effectui mancipaturam.

Nos quoque tam benignis Sponsionibus Regiis, quam
vero præviis nostris Declarationibus firmiter innixi, juxta
Formulam Novellari Articulo 4-to Anni 1744. præscri-
ptam, et per Excellentissimum Dominum Regium Com-
missarium Plenipotentiarium Nobis exhibitam, solitum Fide-
litatis Homagium maxima Alacritate, et Animorum Ex-
ultatione, Solemniisque ritu, et devote deposuimus, sub-
scripsimusque Universi.



- (L.S.) Georgius Comes Bánffy mp. Inclyt. Ordinis Sancti Stephani Commendator, Sacrae Cæsareo Regiae Majestatis Camerarius, Consiliarius Status Actualis Intimus, & per Magnum Transylvanie Principatum, Partesque eidem reapplicatas Gubernator Regius.
- (L.S.) Ignatius Comes de Battyán mp. perpetuus in Németh Ujvár, Comitatus Castriferrei perpetuus Comes, Sacrae Cæsareo Regiae & Apostolice Majestatis Consiliarius Status Actualis, & Regii per Transylvaniam Gubernii Utrobique Intimus, Episcopus Transylvanus.
- (L.S.) Liber Baro Wolfgangus Bánffy de Losontz mp. Inclyt. Ordinis S. Stephani Commendator, Sacrae Cæsareo Regie Apostolice Majestatis Camerarius - Consiliarius Status, & Regii in Transylvanie Gubernii utrobique Actualis Intimus, & per Magnum Transylvanie Principatum, Partesque eidem reapplicatas Supremus Agazonum Regalium Magister, & Thesaurarius Regius.
- (L.S.) Wolfgangus Comes Kemény L. B. de Magyar Gyerő Monstor mp. Sacrae Cæsareo Regiae & Apostolice Majestatis Camerarius, Consiliarius Gubernialis, & Status Actualis Utrobique Intimus, Statuum Praes, & per M. Transylvanie Principatum, Partesque eidem reapplicatas Supremus Pincernarum Regalium Magister.
- (L.S.) Adamus S. R. I. Comes Teleki de Szék, Sacrae Cæsareo & Apostolico Regiae Majestatis Camerarius, Consiliarius Gubernialis, & Status utrobique Actualis Intimus. mp.
- (L.S.) Michael de Bruckenthal, Sacrae Cæsareo Regiae Majestatis Status & Gubernii Regii Actualis Intimus Consiliarius, Comes Nationis Saxonice, & Jūdex Regius Cibinensis. mp.

(LS.)

- (L.S.) Comes Joannes Nepomucenus Eszterházi, de Galantha S. C. R. A. Majestatis Camerarius, & Gubernii Regii Actualis Intimus Consiliarius mp.
- (L.S.) Comes Ludovicus Kálnoki L. B. de Köröspatak S. C. R. Apost. Majestatis Camerarius, & Gubernii Regii Consillarius Intimus mp.
- (L.S.) Alexander Comes Bethlen, S. C. R. & Apost. Majestatis Camerarius Consiliarius Gubernialis Actualis Intimus, & per M. Principatum Transylvaniae, Partesque reapplicatas Supremus-Commissarius Provincialis mp.
- (L.S.) David Székely de Killyén S. C. R. & Apostolicæ Majestatis Consiliarius Gubernialis Actualis Intimus, & per M. Transylvaniae Principatum Partesque eidem reapplicatas Cancellarius Provincialis mp.
- (L.S.) Joannes Gál de Hilib mp. S. C. R. & Apost. Majestatis Consiliarius Gubernialis Actualis Intimus.
- (L.S.) Michael de Ablefeld mp. S. C. R. & Apost. Majestatis Consiliarius Gubernialis Actualis Intimus.
- (L.S.) Daniel Zejk de Zejkfalva S. C. R. & Apost. Majestatis Consiliarius Gubernialis Actualis Intimus, & per M. Transylvaniae Principatum, Partesque eidem reapplicatas Cubiculariorum Regalium Vice Magister mp,
- (L.S.) Josephus Mártonffy S. C. R. Apost. Majestatis Consiliarius Actualis Intimus Gubernialis, & Cathedralis Ecclesie Albo Carolinensis Canonicus mp,
- (L.S.) Joannes Michael Soterius S. C. R. & Apost. Majestatis Consiliarius Gubernialis Transylvanicus Actualis Intimus mp.
- (L.S.) Stephanus Kofza de Belényes S. C. R. & Apost. Majestatis Consiliarius Gubernialis Transylvanicus Actualis Intimus mp,
- (L.S.)

- (L.S.) Comes Joannes Mikes de Zabola Intimus Gubernialis Secretarius mp.
- (L.S.) Dominicus S. R. I. Comes Teleki de Szék Intimus Gubernialis Secretarius mp.
- (L.S.) David Vajna de Páva Intimus Gubernialis Secretarius mp.
- (L.S.) Daniel Theophilus Klein de Straussenburg Intimus Gubernialis Secretarius mp.
- (L.S.) Joannes Michael de Waida, Intimus Gubernialis Secretarius, & Registraturæ Director mp.
- (L.S.) Stephanus Hann de Hennenheim Intimus Gubernialis Secretarius mp.
- (L.S.) Wolfgangus Cserei de N. Ajta Intimus Gubernialis Secretarius mp.
- (L.S.) Joannes Síndor de sz. Domokos, Intimus Gubernialis Secretarius mp.
- (L.S.) Joach. Bedeus de Scharberg Intimus Gubernialis Secretarius mp.
- (L.S.) Gregorius Comes Bethlen de Bethlen, Intimus Gubernialis Secretarius mp.
- (L.S.) Comes Ladislaus Teleki de Szék Intimus Gubernialis Secretarius & Camerarius mp.
- (L.S.) Paulus Comes de Bethlen S. C. R. Apost. Majestatis Camerarius, Status Actualis Intimus, & Excessi in Magno Principatu Transylvaniae Regii Gubernii Consiliarius utroque Intimus Inclytæ Tabulae Judicariae Praeses Ordinarius, Supremus Janitorum Regalium Magister mp.
- (L.S.) Franciscus Csernatoni de A. Csernatoni, Magister Protonecarius mp.

(L.S.)

- (L.S.) *Joannes Csereti de Nagy Ajta Magister Protonotarius mp.*
- (L.S.) *Ladislauus Türi de Sarkad, Magister Protonotarius mp.*
- (L.S.) *Sigismundus Comes Haller de Hallerkö S. C. R. Apost. Majestatis Camerarius, I. Tabulae Regiae Iudicariæ Transylvanica Actualis Juratus Assessor mp.*
- (L.S.) *Wolfgangus Comes de Bethlen S. C. R. Apost. Majestatis Camerarius, I. Tabulae Regiae Judicariæ Actualis Assessor mp.*
- (L.S.) *L. B. Ladislauus Bánffy de Losoncz, I. Tabulae Regiae in Transylvania Iudicariæ Actualis Assessor mp.*
- (L.S.) *Michael S. R. Imperii Comes Teleki de Szék I. Tabulae Regiae in Transylvania Iudicariae Actualis Assessor mp.*
- (L.S.) *B. Josephus Miske S. C. R. & Apost. Majestatis I. Tabulae Regiae Judicariæ Assessor mp.*
- (L.S.) *Franciscus Comes Nemes de Hidvég, I Tabulae Regiae Iudicariæ Actualis Assessor mp.*
- (L.S.) *Emericus Dániel de Vargyas, I. Tabulae Regiae Judicariæ Actualis Assessor mp.*
- (L.S.) *Antoniüs Donáth de Pálos, I. Tabulae Regiae Judicariæ Actualis Assessor mp.*
- (L.S.) *Samuel I. Bália de F. Szilvás, I. Tab. Regiae Judicariæ Actualis Assessor mp.*
- (L.S.) *Josephus Gál de Hilib, Causarum Publicarum, & Fiscalium in Transylvania Director Ordinarius mp.*
- (L.S.) *Georgius Aranka de Zágon, I. Tabulae Regiae Assessor Supernumerarius mp.*
- (L.S.) *Josephus Thuri de Tamásfalva, I. Tabulae Regiae Supernumerarius Assessor mp.*

(L.S.)

- (L.S.) *Joannes Comes Nemes de Hdvég S. C. R. Apostolicæ Majestatis Camerarius, Consiliarius Status Actualis Intimus. & I. Sedis Hâromszek Supremus Jūdex Regius mp.*
- (L.S.) *L. B. Simon Kemény S. C. R. & Apostolicæ Majestatis Camerarius, Status Consiliarius Actualis Intimus, Comitatus Kolosensis Administrator, & Comitatus Albensis Inferioris resolutus Supremus Comes mp.*
- (L.S.) *B. Paulus Kemény Comitatus Albae Inferioris Administrator mp.*
- (L.S.) *Sigismundus Comes Kornis L. B. de Gönrz - Ruszka S. C. R. & Apost. M. Camerarius Comitatus Szolnok Interioris Supremus Comes mp.*
- (L.S.) *B. Antonius Josika de Branyitska . Comitatus Hunyad Administrator, & resolutus Supremus Comes Comitatus Kolos mp.*
- (L.S.) *L. B. Georgius Bánffy de Losontz, S. C.R.A. M. V. Coronellus, Administrator Comitatus Krasznensis, & resolutus Supremus Comes Comitatus Dobocensis mp.*
- (L.S.) *Comes Gabriel Haller de Hallerkő Administrator Comitatus de Küküllő, & resolutus Supremus Comes ejatis Comitatus mp.*
- (L.S.) *Josephus Comes Nemes de Hidvég Sedis Siculicalis Aranyos Supremus Jūdex Regius mp.*
- (L.S.) *Franciscus Comes Toldalagi de N. Ertse, Sedis Siculicalis Marus resolutus Supremus Jūdex Regius mp.*
- (L.S.) *Josephus B. Nalátszi de Nalátz, Comitatus Zaránd resolutus Supremus Comes mp.*
- (L.S.) *Jo nnes Comes de Berhén Sedis Siculicalis Udvarhelly Supremus Jūdex Regius mp.*
- (L.S.) *Ladislaus Comes de Bethlen, I. Comitatus Dobocensis Supremus Administrator mp.*
- (L.S.)

- (L.S.) *Samuel L. B. Kemény I. Comitatus Thordensis resolutus Supremus Comes mp.*
- (L.S.) *Sigismundus Comes Tholdi de Eadem, N. Szalonta, & Fekete Bátor S. C. R. A. Majestatis Camerarius, I. Comitatus Szolnok Mediocris resolutus Supremus Comes mp.*
- (L.S.) *Andreas Türi de Sarkad I. Comitatus Albae Superioris resolutus Supremus Comes mp.*
- (L.S.) *Michael Katona de S. Berkesz I. Districtus Kőváriensis resolutus Supremus Capitaneus mp.*
- (L.S.) *Gabriel Biró de H. sz. Márton. Sedium Csik, Gyergyó & Kászon resolutus Supremus Judex Regius mp.*
- (L.S.) *Josephus Beldi de Uzon, Districtus Fagaras emeritus Supremus Capitaneus mp.*
- (L.S.) *Paulus Comes Haller S. C. R. A. M. Camerarius, Statutus Actualis Intimus Confiliarius mp.*
- (L.S.) *Samuel Comes Gyulai senior; Camerarius S. C. R. A. M. Ordinis Militaris Mariae Thereseiae Minoris Crucis Eques, Generalis Campi Marischalli Locumtenens, unius Legionis Pedestrarum Proprietarius Actualis Colonellus mp.*
- (L.S.) *Gregorius senior Comes Bethlen de Bethlen Regalista mp.*
- (L.S.) *Alexander L. B. Josintzi de Eadem Regalista mp.*
- (L.S.) *Josephus C. Gyulai de M. Némethi mp.*
- (L.S.) *Josephus C. Bethlen mp.*
- (L.S.) *Emericus S. R. I. C. Teleki de Szék mp.*
- (S.S.) *Stephanus Fangh Capituli Albensis Transylvaniæ Custos Canonicus, & Ablegatus mp.*
- (L.S.) *Comes Josephus Haller de Hallerstein mp.*
- (L.C.) *B. Simon Kemény de M. Gy. Monostor Regalista mp.*
- (L.S.) *B. Georgius Kemény de M. Gy. Monostor Regalista mp.*

- (L.S.) *Comes Franciscus Gyulai Regalista mp.*
 (L.S.) *B. Josephus junior Bánffy de Losonc Regalista mp.*
 (L.S.) *Samuel Szent Iványi de sepsi Szent Ivány Regalista mp.*
 (L.S.) *Alexius Nopcsa de F. Szilvás Regalista, & ex Parte I.
Comitatus Hunyad Deputatus mp.*
 (L.S.) *Comes Samuel Bethlen de Iktár S. C. R. & A. Majestatis Camerarius & Regalista mp.*
 (L.S.) *Alexander Thuri de Tamásfalva I. Sedis Siculicalis Miklós-
vár Vice Jūdex Regius, & Regalista mp.*
 (L.S.) *Paulus Bartsai de N. Bartsa Regalista mp.*
 (L.S.) *Paulus Matskási de Tinkova Regalista mp.*
 (L.S.) *Matskási Emericus de Tinkova Regalista mp.*
 (L.S.) *Georgius Matskási de Tinkova Regalista mp.*
 (L.S.) *Stephanus Henter de Sepsi sz. Iván Regalista mp.*
 (L.S.) *Joannes Bartsai de N. Bartsa Regalista mp.*
 (L.S.) *Stephanus Boér'de N. Berivoj Regalista mp.*
 (L.S.) *Gregorius Mara de F. Szálás Pataka Regalista mp.*
 (L.S.) *Wolfgangus Wass de Mind Szent, Registrator Gubernialis
& Regalista mp.*
 (L.S.) *Josephus Dantzkai Concipista Aulicus & Regalista mp.*
 (L.S.) *B. Michael Inzédi de N. Várad Regalista mp.*
 (L.S.) *Comes Henricus Kálnoki Concipista Gubernialis, & Re-
galista mp.*
 (L.S.) *Samuel Sárosi de Poka Regalista, & Sedis Siculicalis Ma-
rus vice Jūdex Regius mp.*
 (L.S.) *B. Ignatius Kemény Regalista mp.*
 (L.S.) *Antonius Vajna de Páva Regalista mp.*
 (L.S.) *B. Josephus Torozkai de eadem Regalista mp.*
 (L.S.) *Alexius Daniel de Vargyas Regalista mp.*

- (L.S.) Joannes Petrityevich Horváth de Széplak Regalista, ♂ I.
Comitatus Szólnoch Interioris Deputatus mp.
- (L.S.) Alexius Simény de Sárd Regalista, ♂ I. Comitatus de
Küküllő Vice Comes mp.
- (L.S.) Thomas Comes Teleki Regalista, ♂ Capitaneus mp.
- (L.S.) Ladislaus Véér Regalista mp.
- (L.S.) Michael Comes Tholdalagi de N. Erste Regalista mp.
- (L.S.) Samuel Comes Wass Regalista mp.
- (L.S.) Samuel Comes Gyulai Regalista mp.
- (L.S.) Daniel Comes Bethlen Regalista mp.
- (L.S.) Comes Franciscus Teleki Regalista mp.
- (L.S.) Ladislaus Comes Kun Regalista mp.
- (L.S.) Comes Nicolaus Wass Regalista mp.
- (L.S.) Comes Stephanus Haller Regalista mp.
- (L.S.) B. Georgius Bálintitt Regalista mp.
- (L.S.) Josephus junior Comes Teleki Regalista mp.
- (L.S.) Senior Wolfgangus Kabos de M. Gycrō Monostor Rega-
lista mp.
- (L.S.) Sz. Domokos Sándor Mihály Regalista mp.
- (L.S.) Franciscus Comes Miko Regalista mp.
- (L.S.) Daniel Comes Wass de Czege Regalista mp.
- (L.S.) Stephanus Comes Tholdalagi de N. Erse Regalista mp.
- (L.S.) Josephus Eperiesi Regalista mp.
- (L.S.) Nicolaus Petrityevich Horváth de Széplak Regalista mp,
- (L.S.) Stephanus Hollaki de Kis Halmagy Regalista, ♂ I. Co-
mitatus de Zaránd Deputatus mp.
- (L.S.) Gregorius de Sombor Regalista pp.
- (L.S.) Josephus B. Nalártzi Comitatus Zarándiensis resolutus su-
premus Comes Víduæ Josephi B. Nalártzi quondam in Tran-
sylvania Gub. Consiliar. ad præsentia Comitia Mandatarius mp.

- (L.S.) Alexander Pekri de Pekrovina Regalista mp.
- (L.S.) Comes Antonius Lázár de Szárhegy Regalista mp.
- [L.S.] Ludislaus Szentpdli de H. Sz. Pál Regalisista, & I. Comitatus Szolnok Interioris Deputatus mp.
- (L.S.) B. Adamus Radák de M. Bénye Regalisista mp.
- (L.S.) B. Antonius Diozegi Regalisista mp.
- (L.S.) B. Kemény Farkas Regalisista mp.
- (L.S.) Ajtai András M. G. Generalis Gyulai Ferentzne, és G. Kornis Antal Személlyessé mp.
- (L.S.) Samuel Pál Archivi Conventus Beatae Mariae Virginis de Kolosmonostra Deputatus, & Regalisista mp.
- (L.S.) Joannes Bertalan pralibati Conventus Requisitor, & Deputatus mp.
- (L.S.) Alexius de Sombor Regalisista mp.
- (L.S.) Samuel Domokos de Also Cserndton Regalisista mp.
- (L.S.) Franciscus Petrityevich Horváth Regalisista mp.
- (L.S.) Antonius Hollaki de kis-Halmágy Regalisista mp.
- (L.S.) Stephanus Ugron de Abrabámfalva Regalisista mp.
- (L.S.) Ignatius Szeredai de sz. Hámomság Regalisista & Comitatus Hunyad Deputatus mp.
- (L.S.) Paulus Ugron de Abrabámfalva Regalisista mp.
- (L.S.) B. Joannes Bánffy de Losontz Regalisista mp.
- (L.S.) Laurentius Mara de Felsö szálldspataka Regalisista mp.
- (L.S.) Michael Berzentzei de Görgény szent Imreb Regalisista mp.
- (L.S.) Samuel Tornya Regalisista mp.
- (L.S.) B. Huszár Iosephus Regalisista mp.
- (L.S.) B. Stephanus Josika Regalisista mp.
- (L.S.) C. Ignatius Kornis Regalisista mp.
- (L.S.) C. Michael Rhedei Regalisista mp.

- (L.S.) C. Teleki Michael Regalista mp.
 (L.S.) C. Paulus de Bethlen Regalista mp.
 (L.S.) Petrus Bartsai Regalista mp.
 (L.S.) B. Gregorius Intzédi Regalista mp.
 (L.S.) C. Samuel de Bethlen Regalista mp.
 (L.S.) Franciscus Apor de Al-Torja Regalista mp.
 (L.S.) C. Josephus Lázár Regalista mp.
 (L.S.) C. Stephanus Gyulai Regalista mp.
 (L.S.) Joannes Szilvási de Cseszelitske Regalista, & Supremus Vigiliarum Magister mp.
 (L.S.) Joannes B. Bornemisza Regalista mp.
 (L.S.) Alexius Cserei de N. Ajta Vice Registrator Gubernialis Regalista n.p.
 (L.S.) Joannes Babb Episcopus Fogarasiensis Regalista mp.
 (L.S.) Joannes Balog Regalista mp.
 (L.S.) Ladislaus Tökés de Aiagyarus Gubernialis Secretarius, in Munere Provincialis Commissarii Regalista mp.
 (L.S.) Josephus Sándor Regalista mp.
 (L.S.) Joannes Sándor Regalista M. aliena propter Malevalentiam.
 (L.S.) C. Sigismundus Kunn Senior de Osdola Regalista mp.
 (L.S.) C. Antonius Haller jun. de Hallerstein Regalista mp.
 (L.S.) Wolfgangus Hollaki Regalista mp.
 (L.S.) Daniel Fdbán de Borbereki Regalista mp.
 (L.S.) B. Nicolaus Wesselényi Regalista & Camerarius mp.
 (L.S.) Ladislaus C. Tholdalagi de N. Ertsc Regalista Camerarius n.p.

Jóse-

- (L.S.) *Josephus Torma de Csitsó Keresztsur Regalisista mp.*
- (L.S.) *Gabriel Miksa de Diód Várallya Regalisista mp.*
- (L.S.) *B. Nicolaus Josika de Branyitska Regalisista, & Mandatarius Excellentissimæ D. Viduae Comitissæ Nicolao Betblenianae mp.*
- (L.S.) *C. Stephanus Lázár de Szárhegy Regalisista mp.*
- (L.S.) *Alexius Szentpáli de Homord Szentpál Regalisista mp.*
- (L.S.) *Samuel Türi de Sarkad I. Tabulae Regiae Judicariæ in M. Transylvaniæ Principatu Assessor mp.*
- (L.S.) *Ladislaus Türi Protonotarius, tanquam Josephi Pelsner Supremi in Ditionibus Germanicis Iustitiae Consilii Actualis Consiliarii Plenipotentiarius mp.*
- (L.S.) *B. Martinus Vanckbelly de Seeberg Regalisista mp.*
- (L.S.) *B. Stephanus Apor de Al-Torja Regalisista.*
- (L.S.) *Samuel Horváth de N. Várad Regalisista mp.*
- (L.S.) *C. Dominicus Betblen de Iktár Regalisista m.*
- (L.S.) *B. Georgius Sz. Kereszti Regalisista mp.*
- (L.S.) *Antenius Beldi Regalisista mp.*
- (L.S.) *Andreas Kökösi tanquam Illustr. Domini L. B. Ignatii Forrai de Soborsin Regalisiae Mandatarius mp.*
- (L.S.) *C. Nicolaus Betblen Regalisista mp.*
- (L.S.) *B. Josephus Borneniiszta Regalisista mp.*
- (L.S.) *B. Orbán Paulus Regalisista mp.*
- (L.S.) *C. Stephanus Mikes de Zubota mp. S. C. R. A. Majestatis Camerarius.*
- (L.S.) *B. Antonius Orbán de Lengyelfalva Regalisista mp.*
- (L.S.) *Michael Markos de Csik Somlyó Cancellarie Regiae Provincialis Transylvanica Registrator & Regalisista mp.*
- (L.S.) *Samuel. L. B. Inczédi de N. Várad Regalisista, propter Aegritudinem m. a.*

- (L.S.) *Ludovicus S. R. I. C. Teleki de Szek S. C. R. Majestatis Camerarius & Regalisista mp.*
- (L.S.) *L. B. Alexius Bánffy de Losonc S. C. R. A. M. Camerarius, & Regalisista mp.*
- (L.S.) *Wolfgangus Wesselényi de Hadad S. C. R. Apost. Majestatis Camerarius mp.*
- (L.S.) *Michael Torotzkai de Terotzko Szent György Regalisista mp.*
- (L.S.) *Josephus Biro de H. Sz. Márton Regalisista mp.*
- (L.S.) *B. Josephus Györrfi de Losád Regalisista mp.*
- (L.S.) *Franciscus Fekete de Frits Regalisista mp.*
- (L.S.) *B. Ladislaus Kemény de M. Gy. Monoifor Regalisista mp.*
- (L.S.) *Michael Földvari de Tants Regalisista mp.*
- (L.S.) *Sigismundus Mikes Regalisista mp.*
- (L.S.) *Josephus Imets de Imetsfalva Regalisista mp.*
- (L.S.) *Ladislaus Turi de Tamásfalva Regalisista.*
- (L.S.) *Stepbanus Gál de Hilis Regalisista mp.*
- (L.S.) *Paulus Kendeffi de Malomvizi Regalisista mp.*
- (L.S.) *Josephus Kendeffi nomine Comitissae Alexio Kendeffianae mp.*
- (L.S.) *Gabriel Fábrotzki de Fábrod Regalisista mp.*
- (L.S.) *Stepbanus Túri de Tamásfalva Protocollista Gubernialis, Regalisista mp.*
- (L.S.) *Nicolaus Csizár de Borbereki Regalisista mp.*
- (L.S.) *Adamus Bardotz de N. Batzon I. Comitatus Albæ Inferioris Transylvanæ Ordinarius Notarius & Deputatus mp.*
- (L.S.) *Josephus Boér de N. Berivoj I. Comitatus Albæ Inferioris Deputatus mp.*
- (L.S.) *Josephus Gedő de H. Sz. Márton I. Comitatus Albæ Inferioris Tansylv. Deputatus mp.*
- (L.S.) *Sigismundus Mobai de Eadem I. Comitatus Albæ Superioris Deputatus mp.*

- (L.S.) *Iosephus Czobel de Balogfalka I. Comitatus Albae superioris Deputatus mp.*
- (L.S.) *Ioannes Horváth de Paloz I. Comitatus de Küküllö Deputatus mp.*
- (L.S.) *Franciscus Kozma de K. sz. Lélek I. Comitatus de Kükiüllö Deputatus mp.*
- (L.S.) *Georgius Simény de Sárd I. Comitatus de Kükiüllö Deputatus mp.*
- (L.S.) *Georgius Jósa de Mind-szent I. Comitatus Thorda Supremus Iudex Nobilium qua Deputatus mp.*
- (L.S.) *Stephanus Pápai de A. Zára I. Comitatus Thordenensis Deputatus, & ejusdem Circuli Inferioris V. Comes mp.*
- (L.S.) *Andreas Kafza de F. Torja, dicti Comitatus Thordenensis Deputatus mp.*
- (L.S.) *Gregorius Horváth de Felsö - Bükk I. Comitatus Kolostensis Deputatus, ejusdemque Supremus Iudex Nobilium mp.*
- (L.S.) *Ioannes Nobai de Marus Gese I. Comitatus Kolos Deputatus, & Circuli Inferioris Supremus Iudex Nobilium mp.*
- (L.S.) *Josephus Sz. Királyi de Kis Sáros I. Comitatus Kolos Deputatus mp.*
- (L.S.) *Stephanus Szeplaki de Eadem I. Comitatus Doboka Deputatus mp.*
- (L.S.) *Josephus Ketheli de Ketbel I. Comitatus Doboka Ordinarius Notarius ac simul Deputatus m.*
- (L.S.) *Georgius Orbok de Kökös I. Comitatus Dobocensis Deputatus. mp.*
- (L.S.) *Antonius Nemes de Csitsó Mihályfalva I. Comitatus Szolnok Inter. Deputatus reliquis Deputatis, utpote Joanne Horváth, & Ladislao Szentpáli in serie Regalistarum adscriptis mp.*
- (L.S.) *Joannes Berivoi de Pestelly I. Comitatus Hunyad Deputatus mp.*

- (L.S.) Michael Kenderesi de F. Szállás - Pataka I. Comitatus Hunyad Deputatus, & Ordinarius Notarius mp.
- (L.S.) Franciscus Hatfaludi I. Comitatus Szolnok Mediocris Deputatus mp.
- (L.S.) Samuel Laskai de Zilah ejusdem Comitatus Deputatus mp.
- [L.S.] Alexander Isák Comitatus Krasznensis Deputatus mp.
- (L.S.) Stephanus Kállai I. Comitatus, Krasznensis Deputatus mp.
- (L.S.) Emericus Pelei de Mind-szent I. Districtus Kövér Ordinarius V. Capitaneus, & Deputatus mp.
- (L.S.) Ladislaus Pechy de Pétfüjalu I. Districtus Kövár & Deputatus, & V. Notarius mp.
- (L.S.) Clemens Kozma de K. sz. I. Comitatus de Zárdán Deputatus mp.
- (L.S.) Ladislaus Sombori I. Comitatus Zaránd Deputatus, & Ord. Notarius mp.
- (L.S.) Michael Kando Dallyai de Eadem I. Sedis Siculicalis Udvarbelly V. Iudex Regius, & Deputatus mp.
- (L.S.) Franciscus Török de Kaditsfalva I. Sedis Siculicalis Udvarbelly V. Iudex Regius, & Deputatus mp.
- (L.S.) Stephanus Mátéfi I. S. S. Udvarbelly Iuratus Notarius & Deputatus mp.
- (L.S.) Georgius Ferentzi de Patakfalva I. S. S. Udvarbelly; Pub. & Ord. Notarius ac Deputatus mp.
- (L.S.) Michael Fekete V. Iudex Regius Sedis Filialis Bardotz, & Deputatus mp.
- (L.S.) Michael Mátis I. S. S. Háromszék Deputatus mp.
- (L.S.) Alexius Gyárfás de Létzalva, ejusdem Sed. Deput. mp.
- (L.S.) Georgius Donáth de N. Ajta I. S. S. Háromszék Deput. mp.
- (L.S.) Franciscus Balog I. S. S. Háromszék Deputatus mp.

- (L.S.) Gabriel Czikó de Csik Mind szent I. S. S. Csik utriusque Gyergyó & Kászon Deputatus in p.
- (L.S.) Daniel Kováts de Kászon Jakabfalva I. S. S. Csik utriusque Gyergyó, & Kászon Deputatus mp.
- (L.S.) Josephus Szilágyi de Akossalva Sedis Iudicariæ I. S. S. Marus primarius Assessor, ejusdem Sedis Deputatus mp.
- (L.S.) Josephus sen. Nagy de Kádl Sedis I. S. S. Marus Assessor, & ejusdem Sedis Deputatus mp.
- (L.S.) Carolus Abel de Székesfejérvar, emeritus adjunctus V. Comes & I. S. S. Marus Deputatus mp.
- (L.S.) David Alexius Dindár S. R. I. Nobbilis I. S. S. Aranyos Deputatus mp.
- (L.S.) Ioannes Wdró de Bágyon I. S. S. Aranyas V. Iudex Regius & Deputatus mp.
- (L.S.) Andreas Pálffy de Várfalva I. S. S. Aranyos Deput. mp.
- (L.S.) Joannes Fridericus de Rojenfeld Cosl. Gublis, & Consul Cibinieſis Provincialis mp.
- (L.S.) Michael Gott. de Huttern Cibiniensis Liberae Regiaeque Civitatis Senator, & Quæſtor p. t. Deputatus mp.
- (L.S.) Andreas Georgius ab Hannenbeim, Civitatis Cibiniensis Senator, ejusdem Civitatis & Sedis Deputatus mp.
- (L.S.) Michael Theophilus de Rejnfels L. Regiaeque Cittis & Sedis Cibinieſis, Universitatis item Nationis Saxonice Notarius Provincialis, & Deputatus mp.
- (L.S.) M. G. Schech Reg. Civitatis, Sedisque Saxonice Schæfburg Regius Iudex, & Deputatus mp.
- (L.S.) G. Fridericus Polder mp. ejusdem Civitatis Juratas Senator, Villicus & Deputatus
- (L.S.) Michael Fronius R. L. Civitatis & Districtus Coronensis Iudex Primarius, & Consiliarius Gubernialis mp.
- (L.S.) Josephus August. de Drauth Coronensis L. R. Civitatis & Districtus Saxonicalis Senator mp.

Ioan-

- (L.S.) *Ioannes Tariler Deputatus Coronensis mp.*
- (L.S.) *Ioannes Lüngling Secretarius L. Regiaeque Civitatis Coronensis mp.*
- (L.S.) *Michael Conrad de Heydendorf, Cofiliarius Regius, L. Regiaeque Civitatis Sedisque Mediensis Consul & Deputatus mp.*
- (L.S.) *Michael de Hanrienheim mp. L. Reg. C. Sedisque Mediensis Senator. & Deputatus mp.*
- (L.S.) *Ioannes Hann L. Reg. C. & Sedis Mediensis Secretarius Iudicialis & Deputatus mp.*
- (L.S.) *Daniel Ciegler L. Reg. C. & Districtus Saxon. Bistriciensis Judex Primarius & Deputatus mp.*
- (L.S.) *Ioannes Frank L. Reg. Civ. & District. Bistriciensis Ord. Notarius & Deputatus mp.*
- (L.S.) *Ioannes Seiverth L. Reg. Civ. ac Sedis Saxonicalis Subefensis Iudex Regius & Deputatus mp.*
- (L.S.) *Ioannes Marlin prædictæ Civ. & Sedis Sabefensis Iur. Assessor, & Deputatus mp.*
- (L.S.) *Iosephus Szelli Sedis Saxonicalis Nagy Sink Regius Iudex, & Deputatus mp.*
- (L.S.) *Stephanus Meltzer Amanuenfis Sedis Sax. N. Sink & Deputatus mp.*
- (L.S.) *Carolus sen. de Steinburg Oppidi & Sedis Sax. Rupensis Consul & Deputatus. mp.*
- (L.S.) *Ioannes Gott Kräus I. Sedis Sax. Rupensis & Iudicialis Secretarius mp.*
- (L.S.) *Michael Roth Oppidi & Sedis Sax. Mercuriensis Regius Iudex mp.*
- (L.S.) *Simon Löv Regiæ Sedis Sax. Mercuriensis Notarius & Deputatus mp.*
- (L.S.) *Ioannes Georg. Hirling Oppidi ac Sedis Sax. Ujegyháziensis Iudex Regius & Deputatus mp.*
- (L.S.) *Samuel Gutt. Conrad, Oppidi ac Sedis Sax. Ujegyház Notarius & Deputatus mp.*
- (L.S.) *Ladislau Kálzoni de Kertsed, Sedis ac Oppidi Szász - Város Sedis Iudex & Deputatus mp.*

- (L.S.) *Emericus Somogyi de Hollos Senator Ord. & Deputatus Szászvárofensis mp.*
- (L.S.) *Ioannes Borsos de Mono Ord. Senator Sedis & Oppidi Szászváros & Deputatus mp.*
- (L.S.) *Paulus Moné Ord. Not. I. Distr. Fogaras. & Deputat. mp.*
- (L.S.) *Paulus Matocsi I. ejusdem Distr. Actualis Assessor, & Deputatus mp.*
- (L.S.) *Sigismundus Pap de Szathmár L. Reg. C. Claudiopolis Index Primarius & Deputatus mp.*
- (L.S.) *Iosephus Lukáts L. Reg. C. Claudiopolis Senator, & Deputatus mp.*
- (L.S.) *Tobias Maucks L. R. C. Claudiolis Senat. & Deputatus mp.*
- (L.S.) *Mojses Bartha L. Reg. C. Claudiopolis Senat. & Deputat. mp.*
- (L.S.) *Samuel Filep L. Regiae, ut C. M. Vásárhelly Senator & Deputatus mp.*
- (L.S.) *Iosephus Gyöngyösi L. Reg. C. M. Vásárhelly Iur. Senator & Deputatus mp.*
- (L.S.) *Alexander Jesentzki L. Reg. C. Alba-Carolinensis Senator, & Deputatus mp.*
- (L.S.) *Demetrius Vidrai prædictæ Civ. Senator, & Deputatus ob Valetudinem m. a.*
- (L.S.) *Iosephus Nagy de N. Ajta Lib. Priv. Op. Montan. Abrudbánya Index Primarius & Deputatus mp.*
- (L.S.) *Laurentius Miko L. Priv. Opp. Montani Abrudbánya Senator & Deputatus mp.*
- (L.S.) *Ladislaus Gullya L. ac Priv. Opp. Mont. Abrudbánya Senator, & Deputatus mp.*
- (L.S.) *Iosephus Bogáthi de M. Bogáthi Opp. Priv. Vizakua Index Regius, & Deputatus mp.*
- (L.S.) *Michael Hoprik ejusdem Opp. Senator, & Deputatus mp.*
- (L.S.) *Abrahamus Csoka de Osztanitza Primar. Index & Deputatus Opp. Priv. Vajda Hunyad mp.*
- (L.S.) *Michael Pap Iurat. Senator Priv. Opp. Kézdi Vásárhelly Regius Perceptor, & Deputatus mp.*

- (L.S.) *Andreas Jantsó Senator Priv. Opp. Kézdi Vásárhelly, & Deputatus mp.*
- (L.S.) *Franciscus Kenderefi Oppidi Háttzeg Deputatus mp.*
- (L.S.) *Nicolaus Apostol Opp. Priv. Háttzeg Deputatus ob illiteram m. a.*
- (L.S.) *Philippus Pap Notarius, & Regius Perceptor Oppidi Priv. Háttzeg Deputatus mp.*
- (L.S.) *Daniel Andrádi Iudex Opp. Priv. Sepsi sz. György Dep. mp.*
- (L.S.) *Antonius Orbán Iudex Opp. Priv. Nobl. & Siculicalis Udvarhelly Deputatus mp.*
- (L.S.) *Ardreas Simon Senator Opp. Priv. Székely-Udvarhelly, et Deputatus.*
- (L.S.) *Ioannes Gál Iur. Assessor Opp. Priv. Illyesalva R. Perceptor, & Deputatus mp.*
- (L.S.) *Ioannes Pemecz Iudex Opp. Priv. Beretzk & Deputatus mp.*
- (L.S.) *Ioannes Lörintz, Iur. Assessor. R. Perceptor & Deputatus Oppidi Beretzk mp.*
- (L.S.) *Iosephus Mihály de Déés Opp. Priv. Szék, Senator, & Deputatus mp.*
- (L.S.) *Franciscus Máthé m. a. Opp. Priv. Szék Sen. & Deputatus.*
- (L.S.) *Gabriel Deák Iudex R. Opp. Priv. Kolos, & Deputatus mp.*
- (L.S.) *Iacobus Aerizer Iudex Opp. Priv. Kolos, & Deputatus mp.*
- (L.S.) *Ioannes Bodor Priv. Possessionis utriusque Oláhfalu Primarius Assessor Magistrat. & Deputatus mp.*
- (L.S.) *Abrahamus Bálintfi Priv. utriusque Possessionis Oláhfalu Ord. Notarius, & Deputatus mp.*
- (L.S.) *Nicolaus Birú Priv. Possessionis Zetelaka Deputatus mp.*
- (L.S.) *Paulus Szegedi Iudex R. Priv. Possessionis Zetelaka, & Deputatus mp.*
- (L.S.) *Michael Bartha Iudex Primariys Oppidi Priv. Zilah Deputatus mp.*
- (L.S.) *Stephanus Barothi ejusdem Opp. Zilah Deputatus mp.*
- (L.S.) *Mojses Dávid Oppidi Csik Szereda Deputatus mp.*

Super

Super qua quidem Fidelitatis Nostræ Sacramenti depositione præsens Instrumentum Gubernialis, Nationaliumque Principatus hujus trium Sigillorum apressione , propriis Manu- um Nostrarum Subscriptionibus, & Sigillorum singulorum appressionibus roboratum , & Communitum , Sacræ Cæsareo Regiæ Majestati, Domino Domino Nostro Clementissimo præsentandum , in Tesseram, et Testimonium perpetuæ Devotionis , et subjectionis Nostre exhibemus. In Libera Regia que Civitate Claudiopoli Die vigesima tertia Mensis Decembris Anno Millesimo Septingentesimo Nonagesimo. Die Generalis Nostræ Congregationis tertia. Georgius Comes Bánffy *mp.* Gubernator. Wolfgangus C. Kemény *mp.* Statuum Presidens Franciscus Csernátoni Magister Protonotarius *mp.* Joannes Cserei de N. Ajta *mp.* Magister Protonotarius. Ladislaus Turi de Sarkad *mp.* Magister Protonotarius.

A R T I C U L U S II.

*De Confirmatione Sacri Diplomatis Leopoldini , per Successores
Sue Majestatis toties renovanda.*

BENIGNUM Diploma Leopoldinum Anni 1691. tanquam radicale Conventionis inter Divum quondam LEOPOLDUM I: et Principatum Transylvaniæ sponte initæ Instrumentum , nec non quævis Jura , Induita , Privilegia & Consuetudines approbatæ Statuta Legesque Municipales , eodem Diplomate confirmatæ, Articulique hujus Principatus postea conditi , aut in futurum condendi , in omnibus punctis inviolabiliter conserventur , neque ex eo , quod Traesylvania sub Divo LEOPOLDO I. ad Coronam Regni Hungariæ redierit , eadem cum læsione Iurium, & Constitutionum suarum municipalium ad Statum pristinum , qui sub Vajvodis fuit , reducendum , aut reincorporationem cogi possit , verum prælaudato Benigno Diplomate Leo-

Leopoldino , hic per extensum inserto , Juribusque , Privelegiis , Libertatibus , & indultis in illo contentis , quæ per contrarias Novellares Constitutiones sublatae , vel alteratæ non essent , per Suam Majestatem Sacratissimam benigne confirmatis , illa per Successores quoque Suæ Majestatis Sacratissimæ toties quoties ante Hoinagii Depositionem confirmen-
tur , et ita confirmata Transilvaniæ extradentur .

*Confirmatio vero Diplomatis Leopoldini Anni 1691
sequitur hunc in modum.*

Nos Franciscus Divina favente Clementia Hungariæ , Bohemiæ , Dalmatiæ , Croatiae , Slavoniæ , Galiciæ , Lodomeriæ , Ramæ , Sveviæ , Cumaniæ , & Bulgariæ Rex Apostolicus , Archidux Austriæ , Dux Burgundiæ , Lotharingiæ , Styriæ , Carinthiæ , et Carnioliae , Magnus Dux Hetruriæ , Magnus Princeps Transylvaniæ , Marchio Moraviæ , Dux Brabantia , Limburgi , Lucemburgi , et Geldriæ , Wurtembergæ , Superiors et Inferioris Silesiæ , Mediolani , Mantua , Parmæ , Placentiæ , et Guastallæ , Osveciniæ , & Zatoriæ , Calabriæ , Barri , Montisferrati , & Teschinæ , Princeps Sveviæ , et Carolepolis , Comes Habsburgi , Flandriae , Tyrolis , Hannoniæ , Kiburgi , Goritiæ , Gradiscæ , et Siculorum , Marchio Sacri Romani Imperii Burgoviæ , superioris et inferioris Lusatiae , Musopoti , & Nomenei , Comes Namurci , Provinciæ , Valdemontis , Albitmontis , Zuphaniæ , Sarverdae , Salmae , et Falkensteinii , Dominus Marchiae Sclavoniae , et Mechliniae . Notum facimus , et Memoriæ commendamus , tenore præsentium significantes , quibus expedit Universis ; Quod posteaquam ex inscrutabili Divini Numinis Consilio serenissimum et Potentissimum dum vixisset Principem , Dominum JOSEPHUM hujus No-
minis

minis SECUNDUM, Electum Romanorum Imperatorem, Hæreditariumque Hungariae Regem, et Tranfylvaniæ Principem, Patrium Nostrum desideratissimum Anno Milleſimo Septingentesimo Nonagesimo, Die vigesima Februarii absque solatio Liberorum de hac mortali vita, et temporaneo Regimine ad Immortalitatem, ac æternae Gloriae Coronam evocari contigisset, atque per mortem, et deceſſum ejusdem tam aliorum Regnorum, et Provinciarum Haereditariarum, quām etiam magni Principatus Transylvaniae, Partiumque Regni Hungariae eidem incorporatarum Regimen, juxta Successionis Ordinem in Sanctione Pragmatica per Status et Ordines Transylvaniae etiam ſponte ac libere in Conformatitate Articulorum Anni Millesimi Septingentesimi Vigesimi tertii, Regni Hungariae acceptata ſtabilitum, et per Articulos Novellares Transylvaniae 3 um et 4-tum Anni 1744. perpetua Lege roboratum, in Sacratissimum Principem Dominum LEOPOLDUM SECUNDUM Electum aequem Romanorum Imperatorem, Hæreditariumque Hungariae Regem Apostolicum, et Transylvaniae Principem piae Reminifcentiae Genitorem Noſtrum, mox vero Alteſato Genitore etiam Noſtro desideratissio, Die prima Mensis Martii Anni currentis ex hac vita ad beatiores Sedes, aeternamque Gloriam evocato, in Nos legitime, Jureque haereditario, et immediatae Successionis devolutum fuſſet, Fideles Status et Ordines Magni Noſtri Transylvaniae Principatus in serie Articulorum ex Generalibus Comitiis ejusdem Principatus per Alteſatum Genitorem Noſtrum desideratissimum pro excipiendo a Fidelibus Universis dicti Principatus Statibus et Ordinibus, debito Fidelitatis Sacramento, ac aliorum etiam publicorum Negotiorum pertractatione, in Liberam Regiamque Civitatem Claudiopolim qro duodecima Mensis Decembris Anni Millesimo Septingentesimo Nonagesimo indictis, et ad nonam usque Diem Mensis Augufti, Anno Mil-

Millesimo Septingentesimo Nonagesimo primo continuative celebratis, Gloriosae Recordatiois Genitori Nostro fine Confirmatiois Regiae substratorum, tandem vero post trimestrum, ac insperatum ejusdem ex hac vita decesum, et suscepta per Nos Regnorum et Provinciarum Nostrarum Hæreditariarum, interque illas Magni etiam Transylvaniae Principatus Gubernacula, medio Deputatorum suorum ex benigno induitu altefati Genitoris Nostri ad Regium Thronum admissorum, Nobis pro impertienda Regia Confirmatione propositorum, et per Cancellariam Nostram Regiam Transylvanicu Aulicam suo modo relatorum, demisse supplicaverunt: Ut pro majori Constitutionum suarum firmitate, ac securitate loco benignarum super Observatione Sacri Diplomatls Leopoldini ante Homagii ptaestationem elargiri solitarum Litterarum Regiarum Assessoriarum ipsum benignum Diploma Regium LEOPOLDI PRIMI gloriosæ Reminiscentiae Anno 1691. Die 4-ta Mensis Decembbris emanatum, clementer confirmare dignaremur, per Successores etiam Nostros toties quoties ante Depositionem Homagii confirmandum, Novoque Diplomati per extensum inferendum, et extradandum.

Cujus quidem Diplomaticis tenor sequens est:

Nos Leopoldus Divina favente Clementia Ele-
ctus Romanorum Imperator semper Augustus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiae, Croatiae &c. Rex; Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Brabantia, Styria, Carnthia, Carnioliae, Lucemburgi, ac suprioris et inferioris Silesiae, Vürtembergæ, et Teckæ, Princeps Sveviae, Marchio Sacri Romani Imperii, Burgoviae, Moraviæ,
Supe-

superioris et inferioris Lusatiae, Comes Habsburgi, Tyrolis, Feretis, Kiburgi, et Goritiae, Langravius Alsatiae, Dominus Marchiae Sclavoniae, Portus Naonis, & Salinorum &c. Magnificis, Egregiis, Strenuis et Nobilibus, Prudentibus ac Circumspectis, Fidelibus sincere Nobis dilectis N. Universis Statibus Provinciae Transylvaniae, et reliquis tam Ecclesiasticis, quam Sæcularibus quorum interest, Gratiam Nostram Cæsaream, Regiamque, et omne Bonum! Illis benigne perspectis, quae Transylvaniae Ablegatus Egregius Fidelis Dilectus Nicolaus de Bethlen uberrime exposuit, quidnam a Nobis, quoad Confirmationem Diplomaticis de 28-va Junii 1686. desiderati, quoad Religiones ibi Locorum usitatas: quoad Patriae Leges, et Consuetudines; quoad Privilegia, Dignitates, et Officia; quoad sublevanda Portionum, et hybernorum Onera; quoad Provinciam in pristinum florem redintegrarendam, aliave saluti publicae multum servientia, debita erga Nos veneratione, et Fidelitate efflagitet. Supremi Nostrri Regii Muneris, a quo si Dominus Exercituum adminiculetur, pro temporum vicissitudine felicia scaturire solent Incrementa, esse dignovimus, Charissimam hanc Transylvaniae Regionem, jam a Saeculis Inclyto Nostro Hungariae Regno assertam, magis magisque veluti Animam Nostram amplecti: Posthabitatis enim aliis contra communem Christiani nominis hostem, destinatis Belli Operationibus Ludovici Marchionis Badensis dilectionem, ad sistendas iniquissimi Tököly, eidemque adhærentium Rebellium, nec non Turcarum, et Tartarorum Incursiones, illuc cum exercitu expeditivimus, hac firma spe freti, illum, per quem Reges regnant, et justa decernunt, in firmitudine Brachii sui Justitiae Causa Armis nostris Cæsareis, et Militiae Transylvanicæ Benedictione Divina adfuturum, ac secundos Regiae Intentionis Successus largiturum. Sacramentum Fidelitatis jam antea Nobis [transmissum], nihil ambigendum

dum, quin Immortalitatis studium, non minus totam Patriam, quam illos, qui sub Nostra Regia Protectione, Consilio, et curae commissam habent, Provinciae Administrationem, cum numquam intermoritura laude praestitam, et opere ipso, in quibusvis emergentiis pro viribus comprobatam fidelitatem (quam ex aequo aestimamus) ad Posteros transmittere, eoque omni conatu generose ad laborare animabit; ne Hostes Regionem Montibus, Coronae ad instar circumseptam rapinis, et praedis, Igne, et ferro misceant, jam tum ab omni aevo in unam mentem coalitas Nationes, pessimis stratagematum Technis, et irritamentis dissipando graviori Barbaris serviendi Iugo, mancipent; Gentemque toti hactenus Christianitati antemuralem evitant.

Confirmationem desiderati Diplomatis pro Successione Michaelis Apaffi in Principatum quod attinet:

Cum Is utpote Adolescens quatuordecim Annorum per Leges (quarum sanctam Generosi Status ducunt Observantiam) ante vigesimum Ætatis Annum ad Regimen non sit adultus, his a perfidia Tököly turbatis temporibus, neque in rem Transylvaniae, neque in Patriae Bonum vergere perbenigne judicavimus, si quidquam ad memoratarum Legum transgressionem innovari contingeret, proinde Minorenxis in timore Domini condignis apud Cosiliarios Intimos, qui commissam habent Provinciae Administrationem, Virtutibus in spem Successionis usque ad Annos Pubertatis Imbuendus, maturescentium in eo, atque emicantium Animi Dotum Specimina expectanda, Gratia demum Cæsarea, Regiaque in Patriae emolumentum benignissime complectenda. Ne vero interea temporis universi

Transylvaniae Ordines suspensis Animis hærendi, aut vel minimum præter Paternam nostram intentionem ominandi Ansum habeant, de sequentibus Articulis Fideles Status, et Ordines in Universum, eorumque Posteros, quos in omni erga Regiam Coronam nostram Fidelitate persticturos confidimus, sub Verbo Regio, et integerrima Fide duximus esse assecrandos.

Primo: In Causa receptarum ibidem Religionum, Temporum, Scholarum, Parochiarum, aut Introductionis cuiuscunque alterius Cleri, et Personarum Ecclesiasticarum, quam ibi nunc extant, nihil alterabitur; Contradictionibus quibuscunque, sive sacri, sive Profani Ordinis, nihil unquam in contrarium valentibus, ita tamen, ut Catholici propriis suis Sumptibus, adeoque citra omne aliarum Religionum Gravamen, Claudiopoli in praesenti Devotionis suæ Loco sibi Ecclesiam, nec non AlbæJuliae Templum minus, olim a Christophoro Báthori erectum, nunc desolatum reædificant, iidemque Catholici ubique Locorum, si pauci, et peregrini sint privatim, si vero eorum multi, tum publici Religionis suæ Exercitii, et condendarum Ecclesiatarum Jure gaudeant, æque ac aliae in Transylvania receptae Religiones tali Casu, ubi nimirum in aliquo Loco Numero prævalent gaudere consvererunt.

Secundo: Confirmamus Fidelibus Statibus omnes Hungariae Regum. similiter omnium a tempore separatae ab Hungaria Transylvaniae ejusdem Principum Donationes, Collationes, Privilegia, Armales, Titulos, Officia, Dignitates, Decimas et denique quaevis Beneficia, ac Bona, sive privatis, sive Civitatibus, ac Communitatibus, & Coetibus, siue cuicunque ex receptis Religionibus addictæ Ecclesiae, Parochiae, vel Scholæ tam in Transylvania, quam Partibus Hungariae, in Sicilia, et Debrecino praedictis factas, et data,

ta, etiamsi aliquando ad aliquam Ecclesiam, Couventum vel Capitulum pertinuerit, ita, ut nemo omnino hac occasione in suis Bonis nec per Nos, nec per quemcunpue Sacri aut Profani ordinis Virum impetendo, aut actionando, turbetur, sed unus quisque ea, quae nunc habet, & possidet, impostorum etiam teneat, & possideat, secundum dictas Regum, vel Principum Donationes; exceptis iis, si quorum Principum Donationes ipsi per suas Constitutiones abrogassent.

Tertio: Aprobatas, et Compilatas Patriae illius Leges, Decreta, Tripartitum Verböczii, expuncto tamen ibidem Articulo Nono, Decreti Andreæ Regis, qui in ultima Poniesi Diæta, abolitus fuit, Constitutiones, Jus Municipale Nationis Saxonicae in Vigore inviolabili permafurā declaramus quidem, cum autem ipsimet Status, tum ratione Religionis, tum etiam Constitutionum Suarum, ac Privilegiorum inter se discrepant, et Catholici in præfatis 1. & 2. Articulis gravatos se existiment, Saxones vero Privilegiis suis antiquis, et eorum Usui, et Consuetudini in Articulo Tertio magis cautum esse eflagitent, e re ipsorumet Statuum duximus, ut difficultates inter illos circa dictos tres Articulos vertentes, amicabili compositione, et Concordia sub Ratificatione Nostra Caesareo Regia complanare studeant, hac vero non succedente, auditis partibus, Opinioneque Cosiliariorum Nostrorum Transylvanorum desuper intellecta, reliquum Nobis erit, id denique pro Munere Nostro Caesareo Regio decernere, quod justum & æquum compertum fuerit.

Quarto: Morem usitatum, utpote quem Supremæ potestati non derogare invenimus in Gubernii Consiliarii Intimi, Comitiorum, Suffragiorum, Politia, ac Libertate, in Tabulae Iudiciaiae, Magistrorum Protonotariorum, & Assessorum, item & inferiorum Tribunalium Auctoritate, in

in administranda Justitiae solito Ordine, et usu (omnia tamen salvo in gravioribus Recursu ad Regem) illæsa praecipimus conservanda. In Æconomicis quoque quoad Regalia, & Fiscalia prævia fidelissimorum Statuum sincera Informatione, eam habituri Rationem, & modum, ut per Commissiones Camerales, aut alia via nemo Nobilium, Civium, aut Privatorum gravari possit, aut debeat.

Quinto: In omnibus sive ad Policiam sive Justitiam, vel Æconomiam administrandam necessariis Officiis, ute-
mur indigenis Transylvanis, Hungaris nempe, Siculis, &
Saxonibus, nullo habito Religionis respectu, neque exteræ
Nationes, aut quae Nobiscum ab illis inter exteræ, & in-
habiles dignoscuntur, ad Honores, & Munera, quotiescum-
que ea vocare contigerit, prævalebunt, Salva tamen No-
stra cum illorum Consensu ad recipiendum, aut non recipien-
dum in Matriculam Commendatione

Sexto: Bonis ob defectum Prolium, aut Notam Infidelitatis ad Fiscum Regium devolvendis, benemeritos Tran-
sylvanos, Hungaros nempe, Siculos, & Saxones Indige-
nas, non attento Religionum discrimine propensi erimus
dignari. Illa vero privatorum Bona, quæ Armis nostris
occupata sunt ab Hostibus, antiquis Possessoribus, aut eo-
rum Posteritati, ex mera Benignitate Regia restituentur,
ad quem finem alicui Tribunali in Transylvania, aut No-
stro Belliduci, ut visis Instrumentis, quod justum videbitur,
decernat, in hoc speciali Casu, ex Commissione Regia
benigna committemus.

Septimo: Supremum Status Directorem nostrum pri-
stini temporibus Vajvodam dictum, vel ejus Vices geren-
tem ex Indigenarum Transylvaniae Nobilium ac Procerum
Nostrorum Numero sive Catholicae, sive alterius ibi re-
ceptae

ceptae Religionis fuerit, si Fidelitate & Meritis præpolleat, sumemus; Idem quoque de Munere Generalis Militiae Transylvanicae, Cancellarii Supremi, Consiliariorum Intimorum, Comitum Supremorum, et Capitaneorum inter Siculos Magistrorum protonotariorum, aliisque Dignitatibus antea solitis, observabitur. Et hæc

Ostavo: Cum tali modificatione clementissime largimur, ut Gubernatoris Summi, Militiae Transylvanicæ Generalis, Cancellarii, Intimi Consiliariatus, & Protonotariatus candidatos, si quando similia Munia resarcienda venerint, Nobis ad confirmandum præsentent; ut tanto tranquillior diversarum Nationum Status persistat, periculose Machinationes, aut Ambitus exulent, atque omnium Animis Concordi desiderio Salus publica pro optimo Regiminis Fine, in quem colliment, universi hæreat radicata. Quod autem ad alios Officiales attinet, nempe Judices Regios inter Saxones, et Siculos, Judices Nobilium, Vice Comites in Comitatibus, Judices, Consules, et similia Officia in Civitatibus, et Oppidis, quae per liberam Communitatum Electionem apud ipsos constitui solent, in eadem etiani imposterum Libertate, et Consuetudine maneant, Confirmatione tamen pariter Nostra sicut in praecedentibus in quolibet ex dictis Casibus impetranda.

Nono: Magnum inde Salutis publicæ Incrementum redundare posse clementer existimavimus, si in Consilio Intimo Duodecim Virali saltem tres sint Catholici, et in Tabula Judicaria Duodecim Virali etiam tres Catholici, cæteris ex aliis Religionibus ipsorum recipiendis. Et quidem inter illos in Consilio Intimo etiam Judex Regius Cibiniensis juxta Leges receptas ex Natione Saxonica. Inter Magistros Protonotarios vero unus sit Catholicus, ex modernis tamen quilibet in suo Officio persistat.

Decimo: Annua Comitia ad Negotia publica tractanda, Justitiam administrandam, et Propositiones Regias, si quae fuerint, intelligendas necessaria, nec non Terminorum octavalium Celebrationem, Nostro Gubernatori, & Intimo Consilio promulganda committimus, reservando Nobis eorum omnium, quæ sic geruntur Regiam Confirmationem.

Undecimo: Supremo Status Directori Nostro sua sit Auctoritas, Condicio, et Praerogativa alias debita, semper ille in Provincia praesens, Legibus Patriis, tam quoad Sacra, quam Profana, solenni Juramento obstrictus, congrua etiam stipendia, & illi, et singulis de Consilio Intimo, ac Tabula Iudicaria, ex mediis Ærarii Nostri Regii, et Fiscalibus, benigne decernemus. Quod si utilitas publica, et diversarum ibi degentium Nationum tranquilitas illum quotannis mutare svaderet, liberrima Statuum ad alium, quo citius eligendum fieri poterunt Suffragia, pro Nostra ulteriori Clementissima Resolutione transmittenda.

Duodecimo: Tempore Pacis (quod DEUS Pacis approximet) Quinquaginta Mille Imperialium Tributo, tempore autem Belli contra Hungariam et Transylvaniam Quadringtonitorum Millium Florenorum Rhenensium Contributione, computatis etiam Naturalibus contenti erimus, Repartitionis et Exactionis Forma penes Fideles Status, et Provinciae Officiales relicta, et ab ipsis sine partium Studio ad justam Proportionem reducenda, cætera, quae ultra prædictas Summas vel Belli vel Pacis tempore, pro defensione Patriae requirentur, Amore Fidelium Statuum, & Universæ Plebis sublevandæ Causa ex Bonis Regiis, et Fiscalibus, nec non Salis, et reliquorum Metallorum Fodinis,

dinis, Tricesimis, Decimis inter Saxones, Arenda Decimorum in Comitatibus aliisque Nostris Proventibus allaturi.

Decimo-tertio: Dacias, & alia apud ipsos inusitata Exactiōnū Genera introduci non curabimus, Vectigalia, aut Tricesimas non augebimus.

Decimo-Quarto: Siculi Genus Hominum Bellicosissimum ab omni^x Hybernorum aut Æstivorum molestia, a Decimis & Præstationibus ratione Bonorum, quæ cum Ónerē insurgendi possident, velut hactenus, ita imposterum sint penitus exempti. E contra pro tuenda Patria propriis impensis Militare obstricti permaneant, non tamen subintellec^{tis} Rusticis vel Jobbagionibus Siculis.

Decimo-quinto: Liberum sicuti sub Principibus fuit, quaestum sive Commercia rerum omnium concedimus, benigne volentes, ut et Nobilium Praerogativa, ac Privilegia hoc in Passu observentur.

Decimo-sesto: Decimas etiam consveta hactenus apud ipsos Arenda redimi solitas, Dominis Terrestribus relinque-
mus, Arenda tamen Fisco reservata.

Decimo-septimo: Magnis et non necessariis Præfidiis partim ex Militia Indigena instituendis, & ex Nostro Ærario alienis Provinciam non onerabimus. Generalem tamen, et Caput Germanum illis præficiemus, qui reciprocā cum Gubernatore, Consilio Status, et Generali Militiæ Transylvanicæ in omnibus Negotiis Bellicis Correspondentiam habi-
turus, aliis ad prædictum Statuum, aut Gubernium perti-
nentibus, se non ingeret.

Decimo-octavo: Tollimus a Saxonicæ Nationis, et totius ubique miseræ Plebis Cervicibus per abusum inveteratam gratuitam Viatorum cuiusvis generis, vel Conditionis Vicitationem, Equorum, ac omnis generis Jumentorum Angariationem, et Quartiriorum, aliosque similes præsertim in dictam Saxonicam Nationem a Viatoribus hactenus exercitos abusus; clementissime svadendo, et jubendo: ut Postæ remissa prius ad Aulam Nostram Informatione, a Consilio Status, Diversoria vero pro benevole recipiendis, justa pecunia, et pretio, cibandis Itinerantibus, a Dominis Terrestribus, et Civitatibus constituantur.

Nos itaque qui pientissimum Regii Muneris Nostri executuri Officium, universorum et singulorum Fidelium Salutem, commune Bonum, Tranquilitatem publicam, Rei Christianae Incrementum, et charissimam Transylvaniam nulla DEO opitulante Minotauri Turcici Labyrintho deinceps implicandam Cordi duximus, visis, et examinatis prædictis Articulis, et Punctis, pensantes eos, Honori, Quieti, et commodo Statuum, Ordinum, et Incolarum omnium, universæque Reipublicæ Christianæ conducere, eosdem in omnibus suis Partibus, et Capitulis approbamus, er in perpetuum valitura Lege sancimus, tenore Praesentium promittendo, in Verbo Regio, ac apud Nos, et nostram Serenissimam Domum, nunquam violabili Fide, quod illos firmiter, et inconcusse servabimus, et servari faciemus, majora et majora semper in fidelissimam Nobis Gentem ponere Beneficia propensi. Datum in Civitate Nostra Vienne, Die Quarta Mensis Decembris Anno post Nativitatem Domini Millesimo Sexagesimo Nonagesimo Primo. Regnorum Nostrorum Romani Trigesimo Quarto, Hungarici Trigesimo Septimo, Bohemici vero Trigesimo Sexto. LEOPOLDUS mp. T. A. Henrichus Comes de Srattmann. Ad Mandatum Sacrae Cæsareæ Regiaeque Majestatis proprium. Stephanus Andreas de Verden-

denburg. Nos itaque praedictis Universorum Statuum, et Ordinum Magni Nostri Transylvaniae Principatus, Partiumque Hungariae eidem incorporatarum Desideriis pro benigna Animi Nostri Propensione, Paternaque iisdem gratificandi Voluntate clementer annuentes, præinsertum Sacrum Diploma, omniaque, et singula in eodem contenta, in quantum subsequenter mutuo Principis, et Statuum Consensu Articulariter alterata non essent, rata, grata, et accepta habentes, eidem Nostrum Consensum benevolum, et assensum praebuimus, eademque ratificavimus, et confirmavimus, promittentes, et assurcantes eosdem Status, et Ordines, Verbo Nostro Regio, et Principali, Fideque apud Nos, et Augustam Domum Nostram nunquam violabili,, quod Nos juxta præinsertum Sacrum Diploma Leopoldinum Legesque abinde Diaetaliter latas, vel in futurum ferendas Universos et singulos M. Principatus Transylvaniae Trium Nationum, et quatuor receptarum Religionum Status, et Ordines in suis Legibus, Juribus, Libertatibus, Immunitatibus, Indultis, Privilegiis, et Approbatis Consuetudinibus sancte et illibate conservabimus conservarique curabimus, uti vigore hujus Diplomatici Nostri per Successores quoque Nostros successivis temporibus toties quoties ante depositionem Homagii confirmandi, approbamus, ratificamus, et confirmamus, atque promittimus.

A R T I C V L V S III.

De modo deponendi per Successores Suae Majestatis Sacratissimæ in Transylvania Juramenti.

Quemadmodum Sua Majestas medio benigni Sui Rescripti Assessoriorii de 3-tia Decembris Anno 1790. emanati Status et Ordines hujus Principatus de Juribus, Legibus, Privilegiis, Indultis, quae Sacro Diplomate Leopoldino,

dino, hocque secutis benignis Resolutionibus , et Sanctionibus concessa fuerunt , illibate conservandis securos esse Jussit , et hanc Clementissimam Asssecurationem Suam fidei quoque Sacramento post receptum a Statibus et Ordinibus fidelitatis Homagium per Commissarium, Plenipotentiarium Suum Regium, Nomine, et in Animam Suae Majestatis deposito firmare dignata est, ita Successores quoque Suae Majestatis Sacratissimae Reges Hungariae in futurum juxta Formulam Juramenti Articulo 1-mo insertam, codem modo, ut nunc factum est, confirmabunt.

A R T I C V L V S IV.

De Homagio per Status Transylvaniae deponendo

Hæredibus , et Successoribus Suae Majestatis Sacratissimæ legitimis , Hungariae Regibus , in hæreditario Transylvaniae Principatu juxta stabilitum Articulo 3-tio Anni 1744. immediatae Successionis Ordinem , Regimen adeuntibus , toties quoties , Status et Ordines Principatus Transylvaniae debitum fidelitatis Homagium , juxta Formulam Articulo 4-to Anni 1745. subnexam more consveto praestabunt , Instrumentaque super Depositione Homagii singulorum subscriptionibus , Sigillisque trium Nationum , & singulorum suscribentium usualibus munita submittent.

A R T I C V L V S V.

De Juramento Unionis trium in hoc Principatu Nationum , & quatuor Religionum receptorum in Conformatitate præexistenter Legum deponendo , & observando.

N Conformatitate Articuli sexti de Anno 1744. conditi, de novo statuitur , ut singuli Nobilium, & Civium Homagialis

gialis suae Fidei Sacramentum Principi dicturi, occasione Depositionis Homagii, juxta Formulam praedeclarato Articulo insertam, Juramentum quoque Unionis depone-re teneantur, insuper vero respectu illorum, quæ ad Offi-cia aliqua publica adplicarentur, Formulis Juramenti clau-sulæ quoque Juramenti Unionis, pro more antea etiam ob-servato inferantur. Non secus illi, qui licet extra Offici-um constituti essent, legitimam tamen ætatem asecuti, vo-to et Sessione in publicis Comitiis, vel aliis Congregatio-nibus, et Communitatibus potirentur, prout, et Indigena-tum inter Status, vel in Civitate aliqua consecuturi, occa-sione receptionis suae ad deponendum Unionis Juramentum obstricti sint, Conditionesque ejusdem Unionis Approbatar: Conſt. Part. 3-tiae Tit. 1-mo Art. 1-mo expressas, in quan-tum per praecitatum Anni 1744. Articulum Novellarem alteratae non fuissent, in Sensu Articuli 6-ti Novellaris 1744 sancte et inviolabiliter sub poena in Legibus statuta obser-vare teneantur.

A R T I C V L V S VI.

*De Transylvanice cum Hungaria nexu, & propria Magni bujus
Principatus, nullique alteri Regno Subjecta Constitutione.*

S Acratissima Sua Majestas in Conformatitate Benigni sui Rescripti de 7-ma Mensis Maji Anni praeteriti ema-nati clementer agnoscere dignata est, quod Transylva-nia vi solemnis suæ Declarationis gloriosae Reminiscentiae Imperatori, & Regi Hungariae Divo LEOPOLDO I. Anno 1688. Die 9-na Maji factae, et per Altefatum Imperatorem, et Regem Die 17-ma Junii Anni 1688. subseque vero Anni 1691. de 4-ta Decembris elargito Diplomate acceptatae, Paternam, et validissimam Protectionem ejusdem Augustis-simi amplexa, eundem Altefatum Imperatorem, et ejusdem Suc-

Successores, qua legitimos Hungariae Reges in Principes suos adoptaverit, & haereditariam Augustae Domus Austriacæ Successionem in Conformatitate Articulorum Regni Hungariae, primo quidem juxta tenorem Declarationis Anno 1688. ad mentem Articuli 2-di & 3-tii Diaetae Posoniensis Anni 1687. ad sexum masculinum, postmodum vero virtute Articuli Novellaris 3-tii de Anno 1744. in Conformatitate Articuli Regni Hungariae de Anno 1723 etiam ad Fœmineum sexum extensam acceptaverit, ac stabiliverit, hinc vi harum Legum, et Tractatum, tam Sua Sacratissima Majestas, quam fecuturi ejusdem ex Augusta Domo Austriaca Successores, qua legitimi Reges Hungariae Transylvaniam tanquam ad Sacram Regni Hungariae Coronam pertinentem, eodem cum Hungaria Imperii & Successionis Jure tenebunt, & velut propriam habentem Constitutionem, nullique alteri Regno subjectam, juxta proprias Leges, & Constitutiones legitime confirmatas, non vero ad Normam aliarum Provinciarum haereditiarum gubernabunt; indivitibili ac inseparabili cum omnibus Regnis, & Provinciis quoad simultaneam duntaxat Possessionem, & mutuam defensionem Unionis nexus, juxta Pragmaticam Sanctionem in Conformatitate. Articuli 3 tii Anni 1744. permanente. Quoad Diploma Regium vero super Titulo Magni Principatus emanatum, benigne declarat Sua Majestas Sacratissima, illud sensu legali Magni hujus Principatus Formae Constitutioni accomodo accipendum esse, neque unquam Juribus per se subsistentis, & ab alio Regno independentis Principatus Transylvaniae derogare, aut praejudicare posse.

A R T I C V L V S VII.

De Poteſtate Legiſlativa cum Princepe, & ſtatibus coſmuni.

Legis ferendi, abrogandi, & authentice interpretandi
Po-

Potestatem in Magno Principatu Transylvaniae Principi, Statibus & Ordinibus ad Comitia legitime confluentibus, communem esse Sua Majestas Sacratissima clementer agnoscit, seque Jus hoc Statuum illibate conservaturam, atque prout illud a Divo LEOPOLDO I. in se devolutum est, ad Augustos quoque suos Successores, inviolatum transmisuram benigne declaravit.

ARTICVLVS VIII.

De Legali Potestatis Executivæ Exercitio.

Sacratissima Sua Majestas Status & Ordines securos reddit, nunquam per Edicta, seu sic dictas Patentales, quæ alioquin in nullis unquam Regni Judiciis acceptari possint, Principatum hunc Transylvaniae, Partesque eidem incorporatas gubernandas fore. Expeditione Patentium ad eum duntaxat casum reservata, ubi in rebus Legi alioquin conformibus publicatio debito cum effectu, hac unica ratione obtineri valeret. Proinde Forma Judiciorum Legi stabilita, aut stabilienda, Auctoritate Regia non immutabitur, nec legitimarum Sententiarum Executiones Mandatis Legi non conformibus impedientur, aut per alios impediri admittentur, nec Sententiae legitimae Fororum Judiciorum per missilia Mandata alterabuntur, aut suspendentur, sed secundum conditas hucusque, aut in futurum condendas Leges, & Diplomaticam Regni Constitutionem, Judicia per competentes Judices legaliter constituendos celebrabuntur. Executiva Potestate per Suam Majestatem, & Successores ejusdem in sensu Legum exercenda.

ARTICULUS IX.

De Negotiis exteris Transylvanianam respicientibus, & de Transylvanis etiam ad Legationes, & qua Negotiorum Gestores in utraque Valachia applicandis.

Sua Majestas Sacratissima Juribus Majestatis circa ineundos Pacis Tractatus, Missionem item, et Instructionem Legatorum ad Exemplum Divorum suorum Praedecessorum porro etiam sibi reservatis, ut Gratiam ac Clementiam, qua Gentem Transylvanam complectitur, eatenus quoque uberioris testamat reddat, clementer declarare dignata est, quod occasione Tractatum cum Exteris suscipiendorum, in Negotiis Transylvanianam respicientibus, aut involventibus, Consilio quoque Gubernatoris Regii, et Consiliariorum Transylvanicorum pro re nata, uti dignabitur, vel in casum Comitiorum desideria, et Reflexiones Statuum & Ordinum Transylvaniae, pro ratione Circumstantiarum clementer exauditura sit, & confecta pace, ejusdem Pacis Conditiones medio Gubernii Regii statibus publicari faciet. In Legatorum porro denominatione sibi soli competente, prout & constituendo in Valachia aut Moldavia Negotiorum Gestore, Transylvanorum etiam sufficientibus ad id qualitatibus instructorum, et quidem relate ad constituendos in utraque Valachia Negotiorum Gestores, Patriae hujus Filiorum caeteris paribus praferentem Reflexionem benigne habitura est.

ARTICULUS X.

De Annuis Comitiorum celebratione.

Publica Regni Comitia, quovis Anno in conformitate Legum Patriarum & Puncti 10-mi Benigni Diplomatici Leo-

Leopoldini in Termine, & Loco pro ratione Circumstan-
tiarum per Suam Majestatem Sacratissimam defigendo cele-
brentur: ad quae Status et Ordines per Regales Litteras
medio Regii Gubernii more solito convocabuntur, et com-
parebunt sub poena in Legibus expressa, ubi praeter Propo-
sitiones Regias alia quoque Negotia Diaetalia debite, et
legali cum Libertate, pertractanda Gravamina etiam Statu-
um ad praescriptum praecurrentium Legum Municipalium,
et benignarum Assecurationum Regiarum, in qualibet Diaeta
assumantur, et pro ferenda medela Suae Majestati re-
praesententur, Legesque in singula Diaeta juxta Art. 9-
num Anni 1744. accidente Benigna Confirmatione Regia
condendae, exakte effectuentur, quorum effectum Sua Ma-
jestas ejusque Successores procurare dignabuntur.

A R T I C V L V S XI.

De Modo et Ordine celebrandorum Comitiorum.

AD benignam Suae Majestatis Sacratissimae Propositi-
onem, Status et Ordines rectum pertractandorum Ne-
gotiorum Diaetalium Ordinem, Dispositioni Legum Fun-
damentalium, et his innixo usui Conformem, et imposte-
rum rite observandum in sequentibus describendum, ac Ar-
ticulariter stabiliendum duxerunt.

Primo: De Constitutivis Diaetarum.

a) Diaetam ordinariam constituunt Gubernium Re-
gium, Tabula Regia, Supremi Comitatuum, Districtuum,
& Sedium Siculicalium Officiales, Regalistae, Deputati Co-
mitatum, & Districtuum Hungaricalium, Sedium item
Siculicalium, & Sedium, ac Districtuum Saxonicalium,
nec non Liberarum Regiarumque Civitatum, et Oppido-
rum

rum Nomine Locorum Taxalium venientium, Status et Ordines trium Nationum totius Principatus repraesentantes.

b) Regalistæ, audito Gubernio Regio per Principem predominantur, Litterisque specialibus convocantur. Quos sequentibus qualitatibus praeditos esse oportet, ut sint Patriæ Filii, e potiori Nobilitate, sufficientique Possessorio et requisitis a Lege qualitatibus provisi, Experientia, Morum integritate, & in rebus agendis dexteritate perspicui, & ad tractanda Principis, ac Regni Negotia omni respectu idonei perfectam ætatem habentes.

c) A Deputatis per Comitatus et Sedes Siculicales eligendis sequentes deliderantur qualitates: ut sint Nobiles possessionati, necessariamque cognitionem in publica administratione habentes. Quoad Numerum vero Deputatorum usus antehac observatus porro quoque retinebitur, ut equilibet Comitatu & Sede Siculicali, Filialibus cum Matre prout una putatis, ut & Sedibus etiam Saxonicalibus pro ratione Capacitatis, & Religionum diversitatis duo eligantur.

d) Comitia, accedente Altissimo Nutu, ad Mandatum Principis, Gubernator cum Contilio ad Festum Sancti Stephani Regis, in quantum illud per temporum, et rerum Circumstantias observari poterit, Materiam saltem præcipuarum Propositionum Regiarum in Literis Convocatoris exprimendo convocat, Locum vero Princeps, audito Gubernio, determinat, & Commissarium Plenipotentiarium, Personam Suam repraesentantem eo mittit, inedio cuius Comitia aperit, & tam Propositiones Regias, prævie cum Gubernio Regio communicandas (a quibus Diætales Tractatus incipere debent) quam Resolutiones Regias ad Status & Ordines in publico Statuum confessu referendas Statibus &

Ordi-

Ordinibus declarat; Comitiaque in Termine per Suam Majestatem præfigendo dissolvit.

e) Diætis ordinarie Statuum Præsidens præsidet, hoc autem absente, vel vacante Regium Gubernium unum e primariis Consiliariis pro Præsidente mittit; qui juxta antiquum usum, priusquam in Confluxum Statuum Praesidium summerent, obstricti erunt in Sessione Guberniali comparere, objectumque Regnicolaris Sessionis ejus Diei Consilio Guberniali notum reddere, & ea, quae fors præfatum Consilium pro ratione occurrentium Circumstantiarum, Praefidentisque inviatione ipsi revelanda, aut Statibus medio illius notificanda haberet, intelligere, ac tandem in confluxu Diætali proponere; Actuarii autem sunt Magistri Protonotarii; cum autem Regium Gubernium in medium Statuum procedit, Gubernator Regius Praesidium gerit.

f) Dum Gubernium inter Status comparet, sequentia ad Partes Muneris sui pertinent.

1-mo: In depromendis quoad objecta Diaetalia Consiliis suis, Principis, ac Statuum Emolumentis consulere.

2-do: Subortis inter Status & Ordines Opinionum & Votorum discrepantiis horum Conciliationi studere.

3-tio: In omnibus arduis, & gravioris momenti negotiis, ut sunt: Articulorum Conclusio, Relationes ad Suam Majestatem Sacratissimam, Deputationes ad Commissarium Regium, aut alia negotia ad publicae, politicæ aequæ, ac Juridicæ Administrationis partes pertinentia consulere, & non tantum tunc, dum per Status & Ordines ad Sessiones invitatur, sed alias etiam, dum rerum negotiorumque Circumstantiæ exigunt, in medium Statuum & Ordinum prodire, & suæ obli-

obligationi satisfacere; cujus tamen assentu, vel dissentu Conclusum Statuum & Ordinum nec alterari, nec impedi-ri potest.

4-to: Multifariis quidem publicae Administrationis Cu-
ris, et Negotiis distentum Regium Gubernium ordinarie
inter Status et Ordines haud confidet, sed dum inter il-
los non comparet, per Deputationes cum iisdem corres-
pondet, quae quidem Deputationes per Status et Ordines
mittendae consistunt, e duobus Supremis Offcialibus, duobus
Regalistis, duobus Comitatensibus, duobus Sculicis, duobus
Saxonicis, et duobus Locorum Taxalium Deputatis, tan- Objec-
tum, quam etiam rationes Differentiae, ut et l'artem Statu-
um dissentientem expositurae, ad quod Regium Gubernium
animi sui sensa, aut per duos Secretarios aut pro re nata-
medio ipsarum Deputationum Statibus et Ordinibus aperit.

*Secundo: De Objectis Diaetalibus, et ratione ferendorum suffra-
giorum.*

Objecta Diaetae in genere sunt omnia illa, quae ad
publica commoda et Legislationem pertinent, penes pro-
positiones Regias, & Postulata Statuum assummenda, Gra-
vaminum item in communi Universos Status vel in parti-
culari Nationem, aut Communitatem aliquam, et respec-
tive privatas etiam Personas, in quantum scilicet in Objec-
ta Diaetalia influunt, tangentium medela, determinatio
quanti Contributionalis, ejusque Repartitionis, & Exactio-
nis modalitas, Electio, et Praesentatio Statuum ad Officia
Diplomatica, Receptio in Indigenatum, Metarum Regni,
& purarum Fiscalitatum Negotium, controversiarumque ea-
tenus subversantium determinatio, & Jus Proprietatis, pe-
rennalisque Dispositionis quoad Bona, Proventus pure Fi-
scales, Processus item Juridici juxta Leges ad cognitionem
et decisionem Statuum pertinentes, quae quidem, aliaque
per

per Leges ad Comitia relegata objecta cæteroquin per votorum pluralitatem ex Individualibus suffragiis per Proto-notarios colligi solitis resultantem juxta Uladislai II. Decr. 2-di Art. 25-tum usumque inde a Seculis vigentem deciduntur, Opinio tamen dissentientis Partis Relationi Statuum et Ordinum ad Augustam Aulam submittendae adnectitur. Quia vero Status et Ordines trium Nationum aucto Unionis vinculo colligati essent, Unio in tractandis Negotiis Diaetalibus sequentia expresse exigit.

1-mo: Ut Status, & Forma Regiminis ab omnibus intacte obseretur.

2-do: Ut una Natio aliam in suis Juribus, Priviliegii, & Approbatis Constitutionibus sine Religionis & Personarum respectu conservet, quin vel unius privati Oppressionem quilibet præpediat.

Tertio: *De modo assummendorum, et pertractandorum in Comitiis Negotiorum.*

a) Post Propositiones Regias promulgatas, et assumptas Statuum Praesidentis, vel in Praesentia Regii Gubernii, Gubernatoris Regii est, Objecta Deliberationum proponere, unde suapte sequitur, neminem alium, nisi cum praevio Praesidio indultu aliquid pro Deliberatione propone, et propositae per Praesidein Deliberationis seriem interrumpere posse.

Præses tamen tenetur in Casu illo, si eidem facta Insinuatio tam urgens, et gravis esset, ut illam ex tempore assummere, vel Boni publici, vel privatae Oppressionis ratio exigat, periculumque in mora subversetur, rem insinuatam statim seposita tantisper susceptac Deliberationis serie

serie proponere, vel proponi permettere, secus in Casibus haud urgentibus, Propositiones ejusmodi Præsidi in scriptis exhibentur, qui illis dein juxta Ordinem objectorum per tractandorum mox recensendum seriem assignat. Si autem praeter omnem spem Praeses quacunque ex ratione Propositionis talis assumptionem, vel negligeret, vel supprime-ret, tali proponenti via patebit, primum ad Gubernato-rem Regium, et nec sic allata medela, ad Commissarium Regium recurrendi.

bb) Donec Consultatio super uno Objecto plene ter-minata non fuerit, aliud Objectum nec assumetur, nec im-miscebatur, excepto Casu in praecedenti §-pho declarato.

cc) Praeses de Sessione ad Sessionem Objecta futurae Deliberationis, atque ejusdem Diem in antecessum defigit, et statibus notificat, majoris momenti res, et scripta ad Dictaturam consignando eum in finem, ut quilibet ejus meritum perspicere, atque sufficiens tempus, quo se ad consultationem præparare valeat, nancisci possit, unde Præ-sidis est, in defigendis ejusmodi Consultationis Diebus rem ita moderari, ut sufficiens temporis intervallum inter as-sumptionem, et rei ad dictaturam Consignationem pro obje-ctorum Natura adesse possit.

dd) Adveniente praestituto Termino, et objecto per Praesidem proposito, ante omnia Status quaestionis clare et distincte defigitur.

ee) Statu quaestionis in apricum posito, cuilibet libera vox et consultatio competit quidem, ita tamen, ut opinionem dicere volens, surgendo et manum elevando, Signum Præ-sidi det, aut femet eatenus insinuet, cuius dein erit eo Ordine, quo quilibet femet prævia ratione insinuaverit nul-lo

lo alio praecedentiae habito respectu, ad sermonem habendum admittere, unde clare perspici potest, quod ad servandum rectum consultationis Ordinem plurimum interfit, ut quælibet Statuum et Ordinum Classis, et in illa quodlibet Individuum in assignato sibi Loco, et Sede permaneat, cum secus Ordo consultationis in illa Hominum frequentia adaequate retineri nullatenus poterit, ut ut illum retinere necessarium omnino sit.

ff) Ut quilibet opinantium brevitati studeat, et moderationi: neque ad alia objecta ad rem non spectantia excurrat, vel aliter sentientes verbis lacesset, secus a Praefide ad servandum Ordinem serio admonebitur, cui modum gerere unus quisque sub poena fractionis Sedis obstrictus erit.

gg) Vetitum est dum unus loquitur, eidem interloqui, sermonem ejusdem interrumpere, vel alia quacunque ratione turbare, aut denique clamorem excitare, quod si fieret, a Praefide Ordo restituendus, et in contrarium agens serio admonendus, et sub poena puncto praecedenti præscripta coercendus est.

bb) Posteaquam præhabitibus præviis adminiculis cuivis sufficiens suppetiisset Occasio, sustramat rem tam in antecessum, quam etiam durante Sessione ipsa sibi propius notam reddendi, Præfidis erit id curare, ne Sermones in uno eodemque objecto superfluis repetitiouibus cum dispendio temporis protrahantur.

ii) Absolutis, exauditisque omnium, qui semet insinuassent Sermonibus, impositoque prævia ratione consultationi fine, Præses Objectum reassumit, adductas in medium pro et contra rationes, & Argumenta denuo enumerat,

merat, & formando juxta pluralitatem votorum Concluso, manum admovet.

kk) Ordo votisationis sequens observabitur: Regalistæ, interquos Tabula Regia & Supremi Officiales reputantur, dein Comitatuum, Sedium Siculicalium, Districtuum, Sedum item et Districtuum Saxonicalium, Civitatum item Regiarum, Locorumque Taxalium Deputati interrogabuntur, votaque sua deproment.

ll) Protocolla juxta Conclusa ejusmodi formata, per Sistematicam Deputationem (cui Actuarius Protonotarius intersit) post quamvis Sessionem in ordinem redacta, cum initio sequentis Sessionis perleguntur, et nacta Approbatione per Statuum Præsidentem, et Actuarium Magistrum Protonotarium authenticantur.

mm.) Expeditionum in conformitate Conclusorum confessio Actuario Magistro Protonotario incumbit, qui illas adornatas in publica Statuum et Ordinum Sessione perlegit, subsecuta approbatione in mundum redigendas, postmodum trium Nationum Sigillis muniendas.

nn) Sigilla trium Nationum, et quidem Hungaricae apud Supremum Comitem Comitatus Albensis Inferioris, Siculicæ apud Supremum Judicem Regium Sedis Siculicalis Udvvarhelly, Saxonice autem Nationis apud Consulem Provincialem asservantur.

Ordo pertractandorum Negotiorum sequens est: ut

1-mo: Propositiones Regiæ cum connexis fors gravaminibus, et Postulatis Statuum

2-do: Gravamina, & Postulata totam Provinciam

3-tio:

3-to: Unam alteramve Nationem

4-to: Singulares Comitatus, Sedes, Districtus, et
Communitates.

5-to: Particularia Individua, si Objectum gravaminis
tale sit, ut Status et Ordines concernat, et non potius ad
Dicasterii aut Jurisdictionis alicujus Agenda pertinet, assu-
mantur, si autem hæc inter aliquod Rescriptum Regium,
vel Insigniatum Commissarii Regii adveniat, illud etiam præ-
ferenter semper juxta superius praescriptam normam as-
sumitur.

6-to: Judicialia, sive Causae Processuales, ad cogni-
tionem Fori Diaetalis spectantes, in distinctis specialiter ad
hoc indicendis Sessionibus Judicialibus tractantur.

7-mo: Cum Regiæ Propositiones, aliaque objecta in
i: Dætis occurrentia majoris sint nonnunquam momenti,
et indaginis, ad hæc vero Gravaminum, et postulatorum
in particularibus singularum Jurisdictionum Instructionibus
contentorum, in Classes distributio, et combinatio ejus sit
naturæ, ut in plena Statuum et Ordinum Sessione Diaetali
assumi, et determinari vix possit, aut saltem ingen-
tem temporis jacturam requirat, hinc ad facilitationem
Comitiorum, tunc statim, dum ejusmodi Objecta semet
offerunt, Sistematicæ Deputationes, aut Comissiones mo-
dum pertractandorum in Regni Comitiis Negotiorum præ-
scriptum in cursu Objectorum ipsis concreditorum obser-
vaturae, per Status et Ordines denominantur; quæ ex
Supremis Offic alibus, Regalistis, trium Nationum, Civitatum item,
et Oppidorum Taxalium Deputatis consistunt,
ubi notari meretur; quod in rebus arduis, et totam Nationem,
aut Jus aliquod fundamentale tangentibus libe-
rum sit Deputatis ad has Comissiones Delegatis Natio-

nem suam consulere, taliterque Operationum cursum faciliorem reddere. Absolutis Sistematicarum Deputationum operationibus, Opus terminatum, in Commissione ipsa prævie perfectum, et stabilitum, atque in purum descriptum, adjectis differentibus nefors Statuum Præsidenti exhibetur, qui illud proposita in praemissis modalitate; Deliberationi Statuum et Ordinum substernit.

Res Ceremoniales subselliorum Ordinem, & ejusmodi non Essentialia Comitiorum requisita attingere, nihil interest, in illis usus continuus, et in Legem quasi adultus observatur, interim Comitiorum Locus Cancellis eum in finem circumscribatur, ut intra illorum recinctum nemo, nisi Membra Diætæ admittantur, reliquis extra illud spatium pro auscultando in silentio admissis.

A R T I C U L U S XII.

*De activitate Universitatum, Comitatuum, Sedium, ac Districtuum
in Gremio Nationum Hungaricæ, & Sicilicæ existentium,
earundemque Congregationibus, modo item & ordine tra-
stantorum in illis publicorum Negotiorum.*

IN effectum Benignarum Sacratissimæ Suæ Majestatis Affiliationum super Constitutione hujus Principatus publica juxta Leges, ac Sacrum Diploma Leopoldinum conservanda factarum, singuli Comitatus, Sedes Siculicales, & Districtus in gremio illarum existentes, horumque Magistratus, ac Universitates, tam quoad celebrationem solitarum Congregationum, quam Administrationem publicam, Electionemque Officialium, & Cassas Domesticas, aliaque Negotia publica tractanda, vigore præsentis Articuli in legali activitate, et Statu Diplomati conformi, conservandi de-

declarantur, simul vero ad benignam Sacratissimæ Suæ Majestatis Propositionem, in publica illorum Administratione sequens modus, et ordo Legibus conformis observandus esse statuitur.

i-mo : Ut in singulis Comitatibus, Districtibus, et Sedibus Siculicalibus Domus Prætoriales erigantur; harum autem stabilia Loca in primitus celebranda Marchali Congregatione figantur, habita tamen reflexione, ut illa in quantum fieri poterit, in ipso meditullio proponantur, et a Postali Statione, si in ipso Loco nullæ essent, remota haud sint, ut denique habita Commoditatis Emporii, præmissarumque, ut & aliarum huc influentium Circumstantiarum ratione, aut Quarteria Militaria, aut vero alia publica ædificia in hunc usum convertantur, stabilitaque hoc modo Domorum Prætorialium Loca, Regio Gubernio fine submissionis pro Altissima Ratihabitione repræsententur; interea vero moderna retineantur. Apud has Domos publicas custodientur captivi, Archivum, cum aliis ad publicam Directionem pertinentibus Instrumentis, ac Requisitis conservabitur, unde Carcerarius cum Hajdonibus continuo hic manere, præterea vero Archivarius quoque, aut unus ex Notariis cum Scribis labores ibidem continuare, & quoad Expeditiones Gubernii, vel alias Officiales correspondentias eo dirigendas Supremi Officiales, vel eorum vices gerentes præsentes esse, in Casu legalis absentiae vero tales Dispositiones facere debebunt, ut præfatæ Expeditiones absque mora ad manus ipsorum deferantur. Quæ quidem Expeditiones, & dispositiones Gubernii Regii nequaquam Officiali, verum Universitati Comitatus, Sedis, aut Districtus inscribentur. Supremus tamen Officialis, vel hujus vices gerens easdem aperiet, & si objectum ejus Naturæ haud sit, ut Generalis Congregationis convocationem exigat, effectum quoque ejus procurandum habebit. Si autem

Objectum tale esset, quod Generalis Congregationis convocationem requireret, tunc in urgenti casu medio Supremi Officialis, aut ejus vices gerentis breviori, quo fieri poterit, sub termino illa indicetur, secus autem in rebus ultraeorem etiam moram absque difficultate, et mala consequentia ferentibus, momentum tale ad Generalem Congregationem ordinariè celebrandam relegabitur.

2-do : Generales Congregationes ordinarie omni anno quatuor, quolibet videlicet trimestri, extraordinarie autem toties, quoties, Circumstantiae , et necessitas requiret, celebribuntur ; quas nemo nisi Supremus Officialis, et in ejus vacantia , aut absentia ejus vices gerens indicere potest, qui tamen ratione Termini, cum aliorum quoque advicinantium Comitatum, et Sedium Supremis Officialibus intelligentiam fovendam, inductionesque Congregationum, pro commodo Possessorum in diversis Comitatibus , & Sedibus Bona, et Lites habentium ita moderandum habebunt, ne illarum celebratio in pluribus Comitatibus , vel Circulis ad idem tempus coincidat. Marchalis hujus Congregationis Præses ordinarius est Supremus Officialis, vel Officio ejus vacante, constituendus per Regium Gubernatorem Administrator: His tamen morbo, vel alio legitimo impedimento detentis, indictæ per eos Generales Congregationes , sub Præsidio etiam primarii Vice Officialis celebrari poterunt ; qui quidem Supremi Officialis vices gerens juxta usum prævigentem ex Supremis Judicibus Nobilium, vel Vice Comitibus, et inter Siculos Vice Judicibus Regiis ille sit, qui in illo Officio ætate Servitii senior est, si autem in illo Officio æquales fuerint, senium servitii generaliter attendatur ; Porro Actuarios in his Congregationibus agunt Notarii; Membra demum illius constituant omnes Nobiles in eodem Comitatu, Districtu, vel Sede possessionati, Homagii , et Unionis Juramento ad promovendum in conformitate Legum Patriarum publicum Bo-

Bonum obstricti ; unde clarum est, eos, qui nullam in eo Comitatu , Districtu , vel Sede Possessionem habent, illuc haud pertinere , minus autem voto ibidem gaudere posse. Cæterum autem quemadmodum Jurati Assessores , ita reliqui etiam Nobiles in suis Circulis secundum Legum præscriptum gratis etiam publico servire , et commissa sibi per Superiores concernentis Comitatus , aut Sedis, & Districtus Officiales , Negotia absque tergiversatione sub poena Legibus stabilita exacte perficere tenebuntur. Ad has Congregationes autem nullæ pecuniariæ fient Impositiones, nec Naturalium præstationes gratis exigentur, sed illa semper Forensi pretio illico bonificabuntur.

3-tio : Objecta Marchalium Congregationum sunt : Præter Candidationem Officialium, Deputatorum ad Comitia denominationem, horumque Instructionem, & Objecta Juridica, de quibus alibi in serie Juridicorum Negotiorum tractabitur, omnia illa sive Politica sive Oeconomica Objecta, quæ juxta Leges Activitatem Universitatum, Comitatuum, Districtuum, & Sedium respiciunt, Consensumque, vel Deliberationem illarum requirunt; in illis Objectis autem, quorum cura, & effectuatio vi Officii; vel ex præscripto Legum , et Concluso, Determinationeque Universitatum Officialibus incumbit, extra Generales Congregationes etiam concernentes Supremi , aut Vice Officialis procedere ; expedienda expedire poterunt, super omnibus tamen ejusmodi Expeditionibus, quae vel ad Dispositiones Gubernii Regii , vel Comitatuum determinationes fierent, exactum Protocollum ducere , et in proxima Congregatione Generali Universitatibus pro necessaria factarum extra illam Dispositionum Notitia , et Approbatione exhibere obligabuntur.

4-to : Ordo et methodus Consultationum instituendarum in Generalibus Congregationibus idem observabitur , qui

qui quoad Generalia Regni Comititia stabilitus est, Objecta-que ordine sequenti assumenta erunt.

a) Ordinationes Regiae, vel Guberniales pro consulta-tione, vel pro publicatione ad Universitates mittendae.

b) Omnia Objecta in communi totum Circulum con-cernentia.

c) Negotia Gremiales Communitates respicientia.

d) Querelae & Petita privatorum, si querelæ et pe-titiones tales sint, quæ Universitatis disquisitionem et Deter-minationem exposcent, quibus in via politica finitis tandem.

e) Objecta pure Judicialia sive in Forma Processus, seu per viam Instantiae eo deducenda.

Conclusa et Expeditiones Nomine Generalis Cogrega-tionis sub Sigillo publico, et sub Extradata Notarii ex-pedientur. De tota autem Congregationum harum serie ex-acta, et separata ducentur Protocolla, tam Politicorum, quam Judicialium Objectorum; neque Congregatio antea dissolvetur, donec Protocollum perlectum, approbatum, & per Præsidem, ac Notarium subscriptum fuerit; super Con-clusis denique necessariae Relationes una cum Protocollis Regio Gubernio submittentur. Omnia porro Exhibita quæ advenerint, numero Chronologico per totum Annum con-tinua serie ducendo signabuntur, et anteriora quoque pu-blicorum Archivorum Acta, si nondum factum fuisset, de-bite regestrabuntur. Quo autem Manipulatio tam in Ex-peditionibus, quam Registratione Actorum stabilis, ac uni-formis reddatur, singuli Comitatus, & Sedes Normae Ma-nipulationis Anno 1772. præscriptae se conformare stude-bu-

bunt, & si quas circa eam Reflexiones haberent, illas via Gubernii Regii Deputationi in Politicis ordinandæ, e proximioribus Marchalibus Congregationibus submittendas habebunt, singuli Comitatuum, & Sedium Officiales autem juxta dandam ipsis Instructionem procedent, publicamque Administrationem juxta Leges, et his conformes Gubernii Ordinationes, Universitatum item in Marchalibus Congregationibus formanda Conclusa, in quantum illa Legibus, et benignis Regiis, Gubernialibusque Ordinationibus conformia erunt, tractabunt.

Quoad Electionem Officialium in Comitatibus, ac Districtibus Hungaricis, Sedibusque Siculicis, Universitates illarum in legali Electionis per libera suffragia usu conservabuntur, et ad singula Officia Confirmationi Regiae reservata tria idonea Individua ex receptis Religionibus pluralitate votorum electa, Suæ Majestati Sacratissimæ medio Gubernii Regii pro Altissima Determinatione, et Confirmatione repræsentabunt; In Comitatibus vero et Districtibus Supremi Officiales obstricti sint tria e singulis receptis Religionibus ibidem existentibus Lege requisitis Qualitatibus provisa, idoneaque Individua occasione Electorum ad quodvis Officium Universitatibus proponere. In casu nihilominus si proposita subjecta minus idonea essent, facultate suffragia sua denegandi, Candidationique illorum contradicendi Universitatibus in salvo reicta; modo quoque Electionis apud Siculos absque Propositione Candidatorum institui solitae, juxta usum prævigentem permanent.

ARTICVLVS XIII.

*De Universitate Nationis Saxonice, aliisque Scidum, Civitarum,
& Oppidorum in Gremio ejusdem Nationis existentium Com-
munitibus in Legali Activitate ac Libertate conservandis.*

Enigne annuente Sua Majestate, Natio quoque Saxonica, ejusdemque Universitas, nec non Sedium & Districtuum Liberarumque ac Regiarum Civitatum, ut & Oppidorum Privilegiatorum Communitates, ac Magistratus, tam quoad Electionem Officialium iisdem de Lege competentem, quam Administrationem Politicam, Oeconomicam, & Juridicam, in Legali, Diplomatique Leopoldino conformi statu conservabuntur,

ARTICULUS XIV.

*De Restitutione, & Conservatione prehabita Legalis Jurisdictionis,
& Libertatis Civitatum, Oppidorum, & Locorum Privilegia-
torum, in Gremiis Nationum Hungaricæ, & Siculicæ exi-
stentium, votoque & Sessione Communitatis Privile-
giatae Oláhfalu in Comitiis concessis.*

ODEM modo Liberarum Regiarumque Civitatum, Oppidorum item tam Liberorum, quam Nobilium, ut & Locorum Privilegiatorum in Gremio Nationum Hungaricæ, & Siculicæ existentium, Legalis Jurisdictio, et Libertates in legali statu, vigore praesentis Articuli confirmantur, specialiter vero inter alia Loca Taxalia, Communitatis Privilegiatae Siculicæ Oláhfalu, Votum, et Sessio in Comitiis, quo eandem antea etiam usam suisce compertum est, restituitur.

ARTICVLVS XV.

De applicatione Patriæ Civium ad Officia publica.

IN Conformatitate Approbat. Const. Part. 3. Tit. 42. 'Art: i. et Puncti 5-ti Sacri Diplomatis Leopoldini; Status & Ordines , praesenti Articulo de novo assecurantur, quod ad omnia Officia publica , tam Politica, quam Cameralia, ut & Justitiæ Administrationem respicientia non alii , quam Patriæ Cives , ad alterutram e tribus Lege receptis Nationibus pertinentes , qualitatibus a Lege requisitis instructi applicabuntur.

ARTICULUS XVI.

De reciproco & æquali Jurium Nobilitarium usu quoad Nobiles , & Indigenas Regni Hungariae , & Principatus Transylvaniæ.

Siquidem Principatus Tansylvaniæ cum Regno Hungariæ unius eiusdemque Regis subsint Potestati, et quoad Nobilitatem iisdem utantur Legibus fundamentalibus , Jusque Nobilitandi ab ejusdem Sacræ Coronæ Jurisdictione promanet, hinc quoad Conditionem, et Libertatem Nobilium, ac indigenarum porro quoque ea reciprocationis ratio observabitur, ut Nobiles Regni Hungariae hic in Transylvania , et vicissim Transylvani Nobiles in Inclyto Regno Hungariæ pro veris Coronæ membris, una eademque nobilitari Prærogativa gaudentibus, sine omni eatenus movenda difficultate reputentur. Constitutionibus , Resoluti- nibus , et Sententiis in obversum emanatis, vigore præsen- tis Articuli pro invigoris declaratis.

ARTICULUS XVII.

De æqualitate Juris. & Prærogativæ Nobilium cum Comitibus, & Baronibus in gerendis quoque Officiis publicis, & præcautio-ne Statum distinctum non constituendi.

Cum juxta Fundamentales Patriæ Leges, signanter Art. II. Anni 1351. Ludovici I. Regis Hungariæ, et Operis Trip. Part. 1-mæ Tit. 2. §. 1. & Tit. 9. §. 7. singuli Magnates, Proceres, et Nobiles una eademque Libertatis prærogativa gaudeant, nec possit habere Dominorum aliquis plus, nec Nobilium minus de Libertate; Hinc pro præcavendis in futurum Abusibus; qui hanc Nobilitaris Prærogativæ æqualitatem lædere possent, Status & Ordines in nexus Punctorum 7 mi et 8-vi Propositionum Regiarum vigore præsentis Atticuli cautum esse voluerunt.

1-mo: Ne Tituli Comitum, & Baronum quoad Jura, & Prærogativas Nobilitares inæqualitatem inducere, et Juri communi præjudicem inter Comites, & Nobiles contra distinctionem parere, vel peculiarem in Magno Principatu Transylvaniæ Statum constitueret possint.

2-do: Quod in consequendis quibuscumque Honori-bus, & Officiis non Titularum, verum Lege requisitarum Qualitatum duntaxat ratio haberi debeat, et ad Officia publica pro ratione Meritorum, et Capacitatis Nobiles, sive Comitum, et Baronum Titulos gerant, sive minus; æqualiter et absque præteritione benemeritorum applican-di sint.

3-tio: Ut in ordine Servitii, et Confessibus publicis Senium Officii in eodem Gradu attendatur. nec Titulus Com.-

Comitis, vel Baronis gradum aliquem tribuere possit, verum ad gerenda quoque Præsidia Nobiles juxta Senium Officii indiscriminatim cum Comitibus, et Baronibus admittantur.

ARTICVLVS XVIII.

De æqualitate Nobilium unius Sessionis & Armalistarum in gerendis Officiis cum aliis Nobilibus Donatariis, & requisito ad altiora Officia Statu possessionato.

AD Benignam Sacratissimæ Suæ Majestatis Propositio nem, tenore præsentis Articuli declaratur ex æqualitate Nobilitaris Libertatis et Prærogativæ Legibus Fundamentalibus, et signanter Decr. Trip. part. 1. Tit. 2. et 9. innixa, Nobilibus unius Sessionis, et Armalistis æquale Jus, et liberum aditum ad omnia munera publica, cum aliis Nobilibus Donatariis competere, dummodo qualitatibus ad ea gerenda Lege requisitis gaudeant. Quia nihilominus tam expresse Leges Patriæ, quam Altissimi, & publici Servitii securitas id exposcant, ut ad primaria, et rationi reddendæ obnoxia Officia nonnisi residentiati, et suffcienter possessionati applicentur, hinc tam Donatarii, quam Armalistæ. et unius Sessionis Nobiles, si impossionati essent, in Statu Politico competentiam nonnisi ad talia Officia habere poterunt, quae reddendæ rationi obnoxia haud sunt, et quae ex praescripto Legum Statutum possessionatum non requirunt.

ARTICVLVS XIX.

De Competentia Civici Status in gerendis publicis Officiis, Civilis Conditionis Personarum, & aliorum Patriæ Filiorum Nobilitatione, reciprocoque Nobilium inter eos Concivilitatis Jure.

Præter competentiam Civici Status ad gerenda in sui gre-

mio quævis Officia publica, et Nationis Saxonicae Consiliariatum etiam Guberniale adipiscendi, Legibus Patriis repugnare haud conferitur, ut omnium in genere Liberorum Regiarumque Civitatum, et Oppidorum Privilegiorum Cives Possessionati, et idonei Patriæ Cives, licet Nobilitari Prærogativa non gaudеant, ad subordinata Officia tam Politica, quam Cameralia, juxta benignam Saceratissimæ Suæ Majestatis Propositionem usque ad Secretariatum admittantur, ut de Patria benemereri, et Merita sibi ad Majora etiam comparare possint, ea tamen Lege, ne Individua Nobilitari Praerogativa non gaudentia cum praejudicio Status Nobilitaris, duarum Nationum Hungaricæ scilicet, & Siculicæ ultra tertialitatem applicentur; et in horum quoque applicatione Religionum Legis praescripta aequalitas observetur. Insuper prout hactenus, ita imposterum etiam salvum manebit Civicae Conditionis Personis, et extra Statum Civicum constitutis Patriæ Filiis, pro ratione meritorum Se.vitiis publicis, cum primis Militaribus comparatorum, at.dito Gubernio Regio Nobilitatem impetrare, et postquam per Matrimonium, vel Collationem Regiam aut alio perennali Titulo, Bona quoque Nobilitaria acquisiverint, hucque in Comitibus, Sedibusque Siculicis Residentiam fixerint, ad alia quoque altiora, et Statui Nobilitari competentia Officia aspirare, quemadmodum reciproce, Nobiles quoque ex praescripto Legis Approb. Const. Part. 3. Tit. 81. Art. 1. Puncto 2. inter Cives mutuo Concivilitatis Jure gaudere possunt, et ad usum ejusdem absque ulla Civici Indigenatus Taxa admitti debent. Quum autem e tenore plurium Literarum Nobilitationum sub praesentibus quoque Comitiis publicatarum compertum fuerit, Stylum hujusmodi Litterarum superioribus annis nonnihil immutatum, et in Expeditionibus ab antiquo legali Curiae Stylo in tantum etiam deviatum fuisse, quod in serie illarum

rum nulla Intercessionis Consiliariorum Mentio occurrat; Sacratissima Sua Majestas desiderio Statuum hac quoque in parte benigne deferendo, antiquum, et legalem Curiae Stylum in ejusmodi Expeditionibus dehinc observandum ordinare dignabitur.

A R T I C V L V S XX.

*De Jure Electionis, & Præsentationis Statuum quoad Diplomatica,
& Cardinalia Regni Officia.*

Sua Majestate Sacratissima Jus liberae Electionis, quod Statibus ad restorationem Cardinalium in Regno Officiorum juxta Diploma Divi Imperatoris Leopoldi I. et subsecutas mutuo Principis, et Statuum Consensu, usque stabilitas Constitutiones competit, benigne recognoscente, clementer annuere dignata est, ut ad ejusmodi Officia Diplomatica quoties vacantia se exeruerit, hac per Regium Gubernium Suæ Majestati ex incumbentia Officii statim relata cum Altissimo Annutu, Status Regni ad Electionem sub Comitiis primitus eelebrandis procedere possint. In Electione vero ipsa per libera Statuum Suffragia instituenda, tria e quavis recepta Religione Individua e Numero Patriæ Civium ad gerendum illud, ad quod eliguntur Munus, Sen-su Articulorum præsentis Diætæ Anni 1791. 15. 17. 18. et 19. idoneorum pluralitate votorum electa Augustæ Aulae pro Regia Denominatione præsententur.

Ad quam Electionem Augusta quoque Aula condigne reflectet, clementer habita ratione competentiae, tam Religionum receptarum, quam etiam diversarum Nationum, citra Candidationem præviam autem Sua Majestas Sacratissima ejusmodi Officia Diplomatica non restaurabit, et in-

collationibus Litteris intuitu talium munerum legali, et ab antiquo usitata Forma expediendis, prout et in Formula Juramenti liberae Statuum Electionis semper expressa fiet mentio.

A R T I C V L V S XXI.

De Consiliariis Aulicis e numero Consiliariorum Gubernialium affummendis.

S Acratissima Sua Majestas clementer annuit, ut in constitutuendis ad Cancellariam Transylvanicu Aulicam Consiliariis, percepto Gubernii Regii Senu, peculiaris Consiliariorum Gubernialium Intimorum, et competentiae receptarum Nationum, atque Religionum habeatur ratio.

A R T I C V L V S XXII.

De Officiis, Electione, & Candidatione Regii Gubernii restaurandis

L Egali Regii Gubernii Authoritate Diplomate Divi Imperatoris LEOPOLDI I. roborata, et Instructionibus idem Diploma subsecutis hoc exigentibus, ut praeter officia Electione Statuum restauranda in Constitutionibus Supremorum Comitum, aliorumque eminentiorum, et praecipuorum Officialium Gubernium Regium audiatur, et vota majoris partis Consiliariorum attendantur, Sacratissima Sua Majestas in denominandis ad ejusmodi Officia Individuis, Candidatione, et Repraesentatione Regii Gubernii utetur, habitaque æqualitatis in prioribus Articulis adductae ratione, sine discriminâ inter Comites, Barones, et Nobiles præcipuam rationem meritorum, et pluralitatis votorum habitura est.

Quo-

Quoad Candidationes vero per Regium Gubernium instituendas usus ille vigens stabilitur: Ut nempe subordinatorum quoque Dicasteriorum vel Magistratum Candidatione, in quibus vacantia emerserit, per Regium Gubernium recipienda, et cum adjuncta Regii Gubernii, aut Candidatione, aut Opinione Augustæ Aulæ submittenda, tam in hac, quam vero illa Regii Gubernii Candidatione ex Individuis Religionum, quas restauranda per Electionem Statio concernit, et in quibus idonea ad hanc subjecta reperiuntur, Suæ Majestati Sacratissimae e quavis Religione tria Individua pro Regia denominatione proponantur: In conferendis porro subalternis, et minoribus Officiis, quæ citra Candidationem Augustæ Aulæ submittendam per Gubernatoris, Gubernii, aliorumque Præpositorum Denominationem restaurari convervent, eadem æqualitas observetur.

ARTICVLVS XXIII.

De Dependentia Officiorum Postalium a Directione Gubernii Regii.

¶ N Complementum Puncti 18-vi Sacri Diplomatis Leopoldini, et subsecutarum Regiarum Resolutionum Sacratissima Sua Majestas benigne accedere dignata est, ut Officia Postalia intra ambitum Principatus Transylvaniæ, Partiumque eidem annexarum existentia, tam quoad Constitutionem Postarum e Patriae Filiis, quam quoad Directionem in Officiis a Gubernio Regio dependeant, Proventus vero Thesaurariatui Regio administrantur.

ARTICVLVS XXIV.

De Anonymis & falsis Delationibus.

S Acratissima Sua Majestas clandestinas Delationes, uti & Pro-

Projecta Statui publico perniciosa via Gubernii iis, quorum interest communicare, accusatosque modalitate a Legibus præscripta audire dignabitur, ut indigne gravati se defendere, falsique Delatores via Juris prosequi, et pro demerito puniri queant; Projecta autem et Delationes Anonymae nec apud Augustam Aulam, nec apud alia Dicasteria recipientur.

ARTICULUS XXV.

De Officialibus in Servitiis publicis constitutis, inauditis ipsis ab Officio non amovendis.

IN omni Justitia, et Æquitate fundatum, imo e re proprii sui Servitii esse agnoscit Sua Sacra Regia Majestas, ne quispiam erga simplicem Denunciationem Officio suo privetur, et ideo non prius quispiam de prægesto Servitio dimittatur, quam puncta accusationum delato talismodi Officiali communicentur, ut illi plena se se purgandi præbeatetur occasio.

ARTICULUS XXVI.

De sublata Colonorum perpetua Obligatione Personalis, & indulta illis sub certis Conditionibus libera Migratione.

ET si perpetua Colonorum Obligatio, et Glebae adscriptio in Legibus fundata sit, nihilominus pro uberiori propensionis Dominorum Terrestrium erga illos contestatione, ad benignam Suæ Majestatis Sacrissimæ Propositionem ex libero voto, & arbitrio Statuum et Ordinum Nomenclatio Jobbagionatus, conjunctaque cum eo perpetua Personalis Obligatio, & Glebae adscriptio vigore præsentis Ar-

Articuli benigne annuente Sua Majestate pro sublata declaratur; simul autem ad præcavendas difficultates, quæ ex illimitata, et inordinata Migratione cum detimento fundi publici, et Dominorum Terrestrium damno, imo ipsorum etiam Colonorum ruina subsequi possent, libera eorum Migratione penes sequentes Regulas stabilitur.

1-mo: Libera Migratio restriete circa Diem Sancti Georgii suscipi possit, Colonus tamen migrare volens, magni voluntatem circa Festum Sancti Michaelis anni præcedentis declarare, et Seminaturam Autumnalem erga refectionem Seminis, et mercedis laboris impensi perficere teatur; Quod si neglexerit, emergentia inde damna, et Fundo Contributionali, et Domino Terrestri refundere obstrictus sit.

2-do: Priusquam Colonus migrationi se accingeret, obstrictus erit, alium, et quidem talem sui loco Columnum substituere, qui par sit, præstandis illis, quæ Colonus migrare volens tam Domino Terrestri, quam Publico præsttit; præterea vero Litteras etiam super indulta ipsi ad migrandum Licentia, quas Dominus Terrestris sine iusta Causa denegare non potest, a Domino suo impetrare, et simul pro securitate etiam Fundi Contributionalis Locum, ubi Sedem habitationis suæ figere intenderet, declarare.

3-rio: Vetitus erit discensus Colono eosque, donec migrationem parans Domino suo contracta debita coram concernente Comitatu, vel Sede liquidanda, seu in ære parato, seu vero in Pecoribus, Naturalibus, et Præstatib; restantia depurabit, et si se ad aliam transferre Possessionem intenderet, Contributionem quoque restantem ipsi jam inflictam, et alia huic adnexa onera supplebit.

4-to: Ubi in una Sessione Patres Familias adeo multiplicarentur, ut nec Domus excipiendis, nec Sessio alendis illis sufficeret, extunc Pater familias senet separare, et Secundem habitationis mutare cupiens, expletis prænotatis Conditionibus liberam habebit migrandi facultatem, in his tamen Casibus omnis dolus et fraus, prætextusque per expressum excluditur, quibus forte in loco manentes Patres familias Facultatibus suis ita enervarentur, et in Numero etiam Personarum diminuerentur, ut culturae colendorum, et præstationibus Dominalibus, solutioni item Contributionis, ut et aliis publicis oneribus supportandis impares fierent.

5-to: Si inter Dominum et Colonum migrare volentem, differentiae ob non expletas Migrationis Conditiones per hunc Articulum stabilitas suborirentur, tunc Officialibus Comitatum, Sedium et Districtuum incumbet, de ejusmodi differentiis sine mora cognoscere, illasque juxta præscriptum hujus Articuli pro justo, et æquo dirimere et si migrare volentis Postulata infundata invenerint, eundem ad satisfaciendum, vel ad obedientiam, et quietem compellere, si vero Dominus Terrestris migrandi licentiam Colono expletis præscriptis Conditionibus denegaret, ipsimet Circulorum Officiales tali Colono Literas ad migrandum dare obstricti erunt.

6-to: Sine Litteris Facultatoriis a Domino Terrestri, vel Officialibus Comitatum, Sedium et Districtuum datis, prohibitum erit alicujus Colonum recipere sub poena Ducentorum Florenorum Hungaricalium penes Articularem Processum, præscissa intra Dominum Appellatione de summendorum, qui Processus indiscriminatim ubique in Comitatibus, Districtibus, et Sedibus Siculicalibus taliter observabitur.

Ad

Ad Casum vero, quo Incolae, aut Communitates Locorum Saxonicalium Colonos non impletis Conditionibus migrantes, et Litteris Facultatoriis minus provisos recipierent, et extradare renuerent, Dominus Terrestris medio concernentium Officialium, prius Officiales ejusmodi Communitatis requirat, nulla tamen obtenta Satisfactione, ad Regium Gubernium recurrat, quod comperta rei veritate, restitutionem Colonorum, et desumptionem etiam pænae Articularis via Politica ordinandas habebit, Sub eadem pæna prohibentur Domini Terrestres admittere, ut Coloni publicorum onerum bajuli, & distinctam œconomiam exercentes, Sedes habitationum suarum mutantes evitandæ Contributionis, vel declinandorum publicorum onerum studio, semet aliis Colonis Titulo Inquilinali (vulgo *Lipitor*) assident, obstricti proinde erunt ejusmodi Colonis distinctas Sessiones cum appertinentiis provisas assignare.

7-mo: Colono cum Consensu Domini Terrestris migranti ædificia, quæ parato ære procurata esse comprobatum fuerit, per Dominum Terrestrem parato ære penes legalem aestimationem bonificanda venient, vel si is bonificare nollet, superaedificata aliis etiam vendi poterunt. Quod autem alias Meliorationes concernit, illae quidem penes conscientiosam aestimationem refundi debent, quoad extirpaturas nihilominus in Pratis vel Agris factas, Merces laboris tunc tantum bonificanda veniet, si Colonus extirpaturas cum præscitu et indultu Domini Terrestris fecisset, earumque usum, et fructum per Septennium non collegisset; hoc enim in Casu per Usufructuationem septennalem impensi laboris merces satis superque compensata esse comperitur. Perinde si Extirpature in Sylvis absque indultu Domini Terrestris factæ fuissent, cum succisio Sylvarum in Domini Terrestris damnum sit, Extirpatori Bonificatio non competit, quin potius damna

per extirpationem Sylvarum citra indultum Domini Terrestris suscepitam illata, resarcire tenetur. Quemadmodum autem Dominus Terrestris modo praescripto Industrialia Colono migranti bonificare obstrictus erit, pariter e contra obligatur Colonus Ædificiorum, & omnium meliorationum tales habere curam, ne deterioratio ex negligencia illius subsequatur, secus eam occasione suscipienda migrationis penes præviam aestimationem Domino Terrestri bonificare tenebitur. Hinc.

8-vo: Occasione suscipiendarum Migrationum æstimatione omnium meliorationum, vel Deteriorationum absque omni discrimine necessaria erit eum in finem, ut exinde eo tum, dum Colonus migrare voluerit, Status Meliorationis, aut Deteriorationis constare queat. Quemadmodum autem Colonus nullam Bonificationem Deteriorationum per temporum injuriam, et non per incuriam caufatarum præstare tenebitur, ita ab adverso competens Bonificatio per Dominum Terrestrem solum secundum æstimationem eotum, et relate ad illum Statum, dum Colonus migrare intendit, instituendam de iis, quæ parata fuerunt, præstabitur.

9-vo: Cum nec Politicae Directionis rigore, nec Dominorum Terrestrium Sedulitate effici adhuc potuerit, ut Zingari ad fixa Domicilia revocentur, quin plurimi hominum vagabundi oberrent, furtaque & rapinas exerceant, statuitur: Zingaros qui hactenus sine Indultu Dominorum Terrestrium migrassent, vel dehinc migrarent, per Officiales Comitatuum, et Sedium antiquis Dominis restituendos esse, qui obstricti sint eorum mores corrigere, sensimque ad ruralis œconomiae, Opificiorumque Culturam eos adstringere, et domiciliare, generali emancipatione

ne ac libera migratione ad Zingaros nonnisi domiciliatos, ruraleisque oeconomiam exercentes, extensa.

10-mo: Porro ad prævertenda servorum profugia, evitandasque hinc emergentes difficultates concluditur: eum, qui servum alterius Litteris super impetrato discessu minus provisum recipere attentaret, nec ad legalem repetitionem Domino priori restitueret, penes Articularem Processum, rescissaque intra Dominium Appellatione, poena Ducentorum Florenorum Hungaricalium multandum esse.

11-mo: Quemadmodum a parte Colonorum tempus migrationis fixe ad Festum S. Georgii restrictum est, ita ex parte etiam Dominorum Terrestrium Colonos e Fundis colonialibus amovere, illosque ad se recipere non alio tempore, nec aliter licebit, nisi Colonus prævie in Festo S. Michaelis anni præcedentis super sui amotione præmonitus fuerit, Quodsi vero Domini Terrestres Colonos suos sine juxta, et sufficienti Causa amoverent; in causibus hujusmodi delata ad Officiales Comitatuum, Sedium, et Districtuum querela, hi de causis, et motivis amotionis cognoscant, et si injustam esse amotionis Causam agnoverint ejusmodi Colono assistentiam præbere ex Officio obstricti sint.

A R T I C V L V S XXVII.

De Plano Urbarialis Regulationis per Deputationem usque ad futura Comitia elaborando, Mensuraque Præstationum, & Servitorum Colonialium, modique in puniendis Colonis interea observandis.

AD benignam Suae Majestatis Sacratissimae Propositio-nem de certo, stabilique Urbario cum consensu Statuum

tuum figendo, arbitrariisque Corporis pœnis afflictivis tollendis, Negotium elaborandi, et ad sequentia Comitia reportandi Plani, super hac Urbariali Regulatione Servitorum, et Præstationum Colonialium, speciali eo fine ordinatae Deputationi concreditum, interea vero statutum est, ut quoad mensuram Servitorum, et Præstationum Colonialium usus modernus juxta puncta regulativa Anni 1769. specialiter vero quoad Præstationem Decimaruim præscriptum Art. 2. Approb. Const. Part. 3. Tit. 5. observetur; denique ut nullæ arbitrariæ pœnæ Colonis infligi possint, sed quævis pœna vel in Judicio Sedis Dominalis, vel excessu Urbariali interveniente Colono prius semper audito, juxta regulativa Puncta Anni 1769. decernatur, salvo ad Regium Gubernium partium recursu.

ARTICVLVS XXVIII.

Pœnæ Bursales ratione Plebis Rusticæ in Corporales commutantur.

AD præcavenda Plebis Rusticæ e pœnis Bursalibus sequi posibilem enervationem voto Statuum Anno quoque 1741 Augustae Aulæ repræsentato statuitur: Ut tam in Comitatibus, Sedibusque Siculicis, ac Districtibus Hungaricis quam in gremio Nationis Saxonice, aliisque Civitatibus, ac Oppidis pœnæ Bursales ratione Plebis, quæ in eam seu in Casibus Delictorum Criminalium, seu propter transgressionem Politicarum Ordinationum, ex præscripto prævigentium Legum dictari possent, in corporales, ad quas Aresta etiam reseruntur, & Jejunia in Pane, & Aqua, nec non aetati, sexuique & conditioni Delinquentium, gravitati delicti, & Personis delinquentium attemperandas commutentur - neque complanationes pecuniariæ in præscriptis casibus admittantur; huc non intellectis

Ie^tis Communitatibus, damnique & Expensarum refusⁱonibus, aut aliis pœnaltatibus in Causis privatorum Ci-vilibus legitime dictatis.

A R T I C U L U S XXIX.

De Exactionibus Teloniorum, aliisque Taxationibus quoad Nobiles in Civitatibus, ac Oppidis quibusdam sisplendis: Abusibus item, qui ratione Fororum Hebdomadalium, & Nundinarum contra sensum Compil. Part. 5. Edict. 14. & 15. irre-pserint coercendis.

Cum Injuria Nobilitatis in quibusdam Civitatibus, ac Oppidis ab aliquo tempore invaluisse observatum est, quod Nobiles tam Telonii, quam aliarum Taxarum solutionibus subjiciantur, praeterea variis querelis, quoad Restrictiones liberae Emptionis, et venditionis aliasque abusus in Foris Civitatum Hebdomadalibus, et Nundinis contra mentem Compil. Part. 5. Edicti 14. et 15 vigentes, ad Status perlatis, benigne annuente Sua Majestate sanctum est, ut Magistratus, et Officiales talium Locorum præscripto citatæ Legis se stricte conformare teneantur, & ab illicitis Telonio-rum, aliarumque Taxarum Exactionibus a Nobilibus abstineant sub pœna articulari in uno quoque casu toties quoties ad Actionem Fiscalis Directoris irroganda.

A R T I C V L V S XXX.

De Conservatione Sylvarum.

Antequam de Conservatione Sylvarum Regnotenus ul-teriora constitui possent, in punto devastationis illarum decretum est, quod si qui Compositorum vel Com-mu-

munitatum Sylvas , eo sub prætextu , quod eæ sub Processu Litis , aut intuitu metarum sub controversia essent , vel ex eo , quod per plures Compositores indivisae possiderentur , devastare præsummerent , extunc comperta rei veritate , communes quidem Sylvæ ad requisitionem , aut actionem alterutrius Compositorum , via Legibus præscripta penes Processum Articularem , præclusis quibusvis impedimentis , & procrastinationibus subdividantur , & fors propria cuivis Compositorum , vel Communitatum juxta Leges de facto assignetur , interea autem usque ad effectum quoque subdivisionis Curae Officialium Comitatus incumbet , illas a devastatione Partis alterutrius conservare.

Si vero Devastatio in talibus Sylvis fieret , vel justæ præmetueretur , ubi differentia Territorialis inter Partes vigeret , tunc usque ad Judiciale differentiæ Decisionem Sylvæ per concernentem Jurisdictionem ad requisitionem alterius Partis sequestro subjiciantur , usu tamen Lignationis moderato per eandem Jurisdictionem determinando , tam in hoc , quam in præmisso casu ad necessitates domesticas aut inevitabiles in salvo reliquo. Violatores autem præsentis Articuli toties quoties vigore ejusdem poena Articulari Ducentorum Hungaricalium Florenorum puniantur.

Quoad Rusticos porro : proprietate Sylvarum solis Dominis Terrestribus (qui tamen Lignationis , & Pascuationis usum Colonis suis juxta Puncta Regulativa Annis 1769. Die 12-ma Novembris edita indulgere tenentur) competente ; vigore præsentis articuli decernitur , quod generaliter ubi vis Sylvæ sub Cura , & Dispositione Dominorum Terrestrium conserventur , neque permisum sit cuiquam ex Rusticis , nisi cum præscitu , & venia Domini Ter-

Terrestris lignationem exercere, aut extirpationes facere. Quodsi autem ubivis Locorum Rustici absque venia prævie a Dominis Terrestribus impetranda, Sylvas, Lucos, seu Dumeta per Lignationem vel extirpationem sive Pascuationem aut per Incendia devastare attentarent, contra tales juxta Leges prævigentes inomissibiliter procedatur.

A R T I C V L V S XXXI.

De Negotiis publicis, intra Ambitum Principatus Transylvaniae Lingua Hungarica peractandis.

Sacratissima Sua Majestate benigne annuente, Lingvæ Hungaricae usus antea quoque vigens in Gremio Nationum Hungaricæ, & Siculicæ, atque apud omnia Dicasteria, Officia, & Tribunalia porro etiam obtineat. Latina autem in Expeditionibus Aulicis, Cameralibus, Protocollis Gubernialibus, & Correspondentiis cum Suprema Armorum Praefectura, vel extra Provinciam ducendis adhibeatur.

A R T I C U L U S XXXII.

De Foris Judicialibus in Genere.

BEnigne annuente Sua Majestate Sacratissima, omnia Fora Judiciaria, Civilia videlicet, Ecclesiastica, et Criminalia tam superiora quam inferiora trium in Magno Transylvaniae Principatu Nationum in pristinam legalem, & respective Diplomaticam Formam, et Activitatem restituuntur. Iis, quae futuram tractandorum Objectorum Judicialium Normalm, Fororumque Activitatem, et Judicum Numerum quoad singula Fora in particulari concernunt, ad Deputa-

tionem in Judicialibus ordinatam , futuraque Comitia re-legatis , et interea omnibus Foris , Justitiaeque administran-dae ratione juxta praescriptum Legum , & respective Ar-ticulorum Novellarium permanentibus.

A R T I C V L V S XXXIII.

De Selectione Juratorum Assessorum & Cancellistarum.

Quum ab una Parte in Sedibus tam Inferioribus , quam Superioribus Comitatuum , Sedium Siculicalium , et Districtuum Jurati Assessores promiscue comparere , et in determinandis subversantibus Causis vota sua decisiva de-promere possint ; parte autem ab altera Justitiæ administra-tio , et Litium legalis Determinatio praeter rectam Judi-cum Conscientiam , et impartialitatem ab eorum capacita-te , Legum , Ordinisque Processualis peritia pendeat ; hinc statutum est : Ut imposterum in numerum Assessorum eo-usque nemo adjuretur , donec fide dignis Litteris Testimo-nialibus non docuerit se in Transylvania , aut Regno Hun-gariae in aliquali Cancellaria , aut Patvaria diligenter ver-satum fuisse , & in Expeditionibus Juridicis semet exercuisse , aut diligent Congregationum frequentatione Jurati Asses-soris munere dignum reddidisse ; Non absimiliter in Cœ-tum etiam Cancellistarum eosque nemo recipiatur , donec Locum originis , et habitationis non docuerit , insuper au-tem fide dignum Testimonium exhibuerit super eo , quod Scholam bono cum progressu frequentaverit , bonosque mo-res habeat , et omnes eas qualitates possideat , quae eum ad exhibenda Principi , et Patriae suae Servitia dignum effice-re possunt . Quae determinatio de utraque Cancellaria Pro-vinciali intelligenda venit .

ARTICVLVS XXXIV.

De Causis Matrimonialibus coram Foris Secularibus pertractatis, & legitimo Prolium ex Matrimonio post Divortium per Fora Secularia adjudicatum inito suscepatarum Statu.

Causis & Objectis Matrimonialibus ad concernentia Fora Ecclesiastica receptarum Religionum relegatis super iis, quae juxta ordinationes Augustissimi quondam JOSEPHI II. in praesentiam Fororum Secularium deductae fuissent, Sententiis item per Fora Secularia in ejusmodi Processibus latis, & Prolibus ex matrimonio post Divortium per Fora Secularia adjudicatum, inito susceptis, benigne annuente Sua Majestate Sacratissima, statuitur: Ut Sententiæ Fororum Secularium in Processibus matrimonialibus latae, suum quibusvis temporibus, & sine Religionum discrimine vigorem retineant, & Proles e matrimonio post divortium per Fora Secularia adjudicatum inito progenitæ, pro legitimis habeantur.

ARTICULUS XXXV.

De elargiendis Novis Donationibus bis, qui occasionibus Tumultus Valachici, aut Turcicæ in hanc Patriam irruptionis Litteralia sua amiserunt.

Sua Majestas Sacratissima juxta diversa Regni Statuta, & priscorum Regum Decreta, signanter autem Approb. Constit. Part. 4. Tit. 13. Art. 2. his, qui Occasione Tumultus Valachici de Anno 1784. five Turcarum in hanc Patriam irruptionis Litteralia sua amiserunt, edocta e Libris Regiis, Litteris Processualibus, Capitulis, et Fororum

Judicialium Archivis, imo humanis etiam Testimoniis non solum præexistentia, verum etiam tenore eorunden, pro Regio suo munere, ex clementia Regia novas Donationales tenoribus amissarum Litterarum accomodatas absque omni Taxa clementer elargiri dignabitur.

ARTICULUS XXXVI.

De Foro Graecorum.

Approbatarum Constitutionum Part. 3. Tit. 52. definitum est, qualiter tam Possessionati, quam etiam Impossessionati Graeci Juri stare teneantur; Causæ proinde Graecorum imposterum ad præscriptum hujus Legis pertractabuntur; Salvis illorum Privilegiis in sensu Legum accipiendis.

ARTICVLVS XXXVII.

De Litteris Cambialibus.

Pro Majori, Commercii Incremento Litterae Cambiales Quæstus Causa per quemcunque exaratae, quoad Personalem etiam Obligationem vigorem obtineant, aliae autem Litterae Cambiales quibuscumque aliis de Causis exaratae. nonnisi ordinariarum Litterarum Obligatorialium vim fortiantur, ratione debitorum in Litteris Cambialibus fundatorum vero Prætendentes coram ordinario Magistratu, cuius Jurisdictioni Debitor subest, procedent; et qidem contra illos, qui Quæstus Causa cambiales exararunt, ad tenorem Litterarum Cambialium, contra alios autem ad sensum Legum Patriarum satisfactionem obtinebunt.

ARTICULUS XXXVIII.

De Processibus Criminalibus, & interdicta Membrorum mutilatione.

Statuitur benigne annuente Sua Majestate Sacratissima, ut eousque donec ordinata Deputatio certam quan-dam in Criminalibus Normam elaborabit, & haec Regno-tenus stabilita fuerit, quaevis Fora Judicialia tam in co-gnoscdis, quam in puniendis Delictis, semet Legibus Pa-triis, et antiquo usui conforment, quia nihilominus hac-tenus usitata membrorum mutilatio ad vitæ emendatio-nem nihil proficere, quin potius quaerendorum vitæ me-diorum occasionem adimere cognoscatur, hinc mutilatio-ne membrorum communibus votis interdicta, statuitur: Ut nonnisi stigma, illudque tantum in Casibus majorum Criminum, et iterotorum Furtorum, ubi emendationis vi-tae, & morum nulla spes est & quidem Dorso Delinquen-tium, quod in casu reiteratorum Criminum investiganti Judici appareat, inuri possit.

ARTICVLVS XXXIX.

De Legalitate Actuum Judicialium, qui sub cursu Novi Ordi-nis Judicarii intervenierunt.

Ordine Judiciario Anno 1786. i. Maji introducto, per benignum Rescriptum Regium Die 28-va Januarii 1790 emanatum sublato, ad evitandas graves, quæ circa Proces-sus juxta sublatum novum Ordinem Judicarium per tra-ctatos occurrere possent Quæstiones, benigne annuente Sua Majestate Sacratissima, communi Statuum consensu statui-tur, ut sub decursu Novi Ordinis Judicarii, veteri æque, ac nova forma latae, & intervenientes universæ Sententiæ In-

Inquisitiones, Litterae Testimoniales, Paria, Transactiones, Protestationes, Retractationes, & reliqua, quoad extrinsecum ipsorum solemnitatem in vigore relinquuntur, et in Judiciis pro acceptabilibus habeantur, imo Litis etiam juxta novum Ordinem Judicarium motions ad sistendum præscriptionis Terminum pro efficacibus reputentur.

A R T I C U L U S XL.

De Causis ante Meritalem Partium Responsionem subsistentibus.

FActis per Regium Gubernium desuper Dispositionibus, ut Processus penes Fora cum introductione Novi Ordinis Judicarii erecta, cum fine autem Aprilis Anni 1790. cessantia reperti, ad Fora, quorum Judicatum juxta Patriae Leges concernunt, transmittantur, per Status & Ordines suo loco relictis, pro ulteriori Judicum æque ac Causantium inviatione comuni Statuum Consensu benigne annuente Sua Majestate, determinatum est: Ut in quibus Causis soli Actionales Libelli exhibiti sunt, ulteriores autem scripturae subsecutae non sunt, seu vero subsecutis quamvis ulterioribus etiam scripturis, Processus tamen in simplicibus Exceptionibus substitut, et ad meritum deductus non est, Causae, seu Processus hujusmodi nullentur, et cuivis partium colligantium, propriae scripturae, & Litteralia restituuntur, salva manente Actori facultate Processum suum hac ratione annullatum, juxta veterem Juris cursum coram Foro competente denuo incaminandi; salvo item hujusmodi etiam Litis motionum relate ad sistendum juxta Articulum proxime precedentem præscriptionis Terminum vigore permanente. Huc referuntur Causae etiam ejusmodi, quae penes Sententias per non comparitionem latas, aut penes incidentalium Quæstionum Determinationem præter meritum, vel peremptoriales Exceptions

nes in Foris primæ Instantiae substiterunt , aut ad Fora al-
tiora provocatae sunt , seu ibidem revisae sint , seu minus ;
quæ æque pro sublatis habebuntur , et partibus colligan-
tibus restituentur ; nisi jam in Executionem deductæ essent .

A R T I C V L V S XLI.

*De Causis , quæ in Foris primæ Instantiæ ad Litis usque Contesta-
tionem perductæ sunt ; seu penes Exceptiones Peremptoria-
les substiterunt , seu vero in merito irrotulatæ sunt .*

CAUSÆ , quæ per meritalem Incti Responcionem usque ad
Litis contestationem perductæ sunt , seu in Exceptionib-
us Peremptorialibus substiterunt , ibi , ubi interruptæ
sunt coram Foro competente continentur ; illæ autem ,
quæ in merito , vel Exceptionibus Peremptorialibus irro-
tulatae sunt , coram Foro competente ex Rotulo revidean-
tur ; Remediorum , quibus juxta Leges Patrias Locus esse
posset , post Sententiam adhibitione non exclusa .

A R T I C V L V S XLII.

De Causis coram Foris inferioribus decisis .

IN quibus Causis coram Foro Inferiori Meritales , aut super
Exceptionibus Peremptorialibus Sententiae latae sunt , si
hæ admanuatae nondum essent , per Forum competens coram
Partibus pronuncientur , et tam in his , quam vero illis , in
quibus Sententiae equidem admanuatae sunt , verum ta-
men propter temporis brevitatem Appellatio insinuata non
est , non secus in illis etiam , in quibus Appellatio quidem
insinuata est , sed ob temporis brevitatem , seu Partes col-
litigantes suas scripturas nondum exhibuerunt , seu vero il-
lae

iae equidem exhibitae, Causa nihilominus Foro Appellatorio effective transmissa non est, si secus Judicialibus Remediis juxta Leges Patrias Locus sit, liberum esto Parti succumbenti, sub cursu primæ Periodi Judicialis, seu novum, seu vero Appellationem insinuare, quo quidem Remedio aequa sub eadem Periodo Judiciali Parti adversae insinuato, illud sub Legetenus præscripto Termino fatali prosequi obligatur, secus prioris Sententiae vigor reviviscet.

A R T I C V L V S XLIII.

De Causis coram Tabula Regia penes Appellationem adhærentibus.

CAUSÆ in Foris inferioribus meritaliter dicisæ, & Foro Appellatorio effective transpositæ, coram Foro autem Appellatorio nondum revisæ, si juxta Patriæ Leges in prima Instantia Forum inferius concernunt, et neque Appellationem, neque vero aliud Remedium Judiciale admittunt, per Tabulam Regiam non revideantur, verum ad Forum competens fine Executionis remittantur, illas vero, quæ juxta Patriæ Leges Appellationem admittunt, verum in Foro inferiori Novi etiam Remedium admisissent, salvum fit parti Appellantι sub Cursu primæ Periodi Judicialis a Tabula Regia excipere, & pro adhibendo Novi simplicis Remedio ad Forum inferius reducere, quo facto partem adversam desuper admoneri facere tenebitur. Casu in contrario Causæ hujusmodi in secunda Periodo Judiciali per Tabulam Regiam revideantur, & si Causarum natura admiserit, Appellatio ad Consilium Guberniale non denegetur; etiamfi Fori inferioris Sententia per Tabulam Regiam approbaretur. Illæ autem Causæ, quæ juxta Patriæ Leges in prima Instantia Forum Tabulæ Regiae concernunt, ibidem revideantur, et post Sententiam, Novi intra Dominium usus admittatur.

ARTICVLVS XLIV.

De Causis penes Appellationem coram Tabula Regia revisis, & ad Executioem inviatis.

Causae coram Tabula Regia penes Appellationem revisæ, in quibus ex eo, quod hujus Sententia, Sententiae Fori inferioris conformis fuerit, ulteriore Appellatione non admissa, Sententia ad Executionem inviata, Executio tamen, seu nondum tentata, seu vero Oppositione inviata fuit, si juxta Patriae Leges in prima Instantia Forum inferius concernant, et Appellationem ad Consilium Guberniale admittant, præmissa sub decursu primæ Periodi Judicialis per Partem succumbentem Partis adversæ dæsuper Admonitione, quod Appellatione ad Guberniale Consilium uti velit, ad Tabulam Regiam eum in finem remittantur, ut inde Foro Revisorio transponi possint: In his autem, quae ad Legum sensum in prima Instantia Forum Tabulae Regiae concernunt, liberum esto Parti succumbenti sub prima Periodo Judiciali Novum, aut Appellationem insinuare; Quosuper Parte adversa æque sub eodem Termino admonita, Causa pro ejusdem penes Novi Remedium, quod Pars novizans per decursum secundæ Periodi Judicialis, sub poena præclusi prosequi obligatur, discussione, aut vero fienda ad Forum Revisorium transpositione Tabulae Regiæ remittenda veniet.

ARTICVLVS XLV.

De Causis coram Tabula Regia penes Appellationem revisis, & in Praesentiam Gubernii Regiæ nondum deductis.

Causae coram Tabula Regia penes Appellationem revisæ,

B b

qua

quae ex eo, quod Sententia Partibus nondum extradita, aut vero Appellatio necdum insinuata fuerit, aut vero Appellatione etiam quamvis insinuata, ob temporis nihilominus brevitatem in Praesentiam Gubernii Regii nondum penetraverunt, si juxta Patriae Leges in prima Instantia Forum inferius concernant, et Appellationem non admittant, ad Forum inferius pro Executione remittantur, quae vero illarum ad Sensum Legum Appellationem admittunt, etiamsi Sententiarum intercesserit Uniformitas, facta Appellatione in Praesentiam Regii Gubernii transmittantur, relate autem ad ejusmodi Causas, quæ juxta Leges in prima Instantia Forum Tabulæ Regiae concernunt, et Novi etiam Remedium admittunt, liberum esto Parti succumbenti, etiamsi Appellationem jam interposuisset, seu illa sub Prima Periodo Judiciali remissa, Novum insinuare, seu vero Appellationi inhaerere, quosuper Parte etiam adversa sub eadem Periodo Judiciali admonita, interpositum Remedium, aut Appellationem sub secunda Periodo Judiciali prosequi obligabitur.

A R T I C V L V S XLVI.

De Causis finaliter revisis, & Executione terminatis.

Sententiae in Causis, quae pertransitis omnibus Foris Judicariis, ex Responsionibus Partium in merito, seu vero in Exceptionibus peremptorialibus terminatae sunt, latae, et Executioni mancipatae in vigore relinquuntur, hujusmodi in Causis salva manente parti succumbenti facultate, intra Legetenus definitum Terminum fatalem, Novo Gratioso utendi. Hoc ipsum intelligendum venit etiam de Causis penes Sententiam per non comparitionem latam, in Executionem deductis, in quibus æque Novi Gratiosi duntaxat usus supermanet. In Causis aliis, quæ vide-
licet

licet per Executionem Sententiae. finaliter terminatae non sunt, Appellatione, vel Recursu ad Augustum Thronum juxta Articulum 2. Anni 1754. in salvo permanente. In ejusmodi denique Causis Executione terminatis, in quibus juxta novum Ordinem Judicarium, ex ea solum ratione, quod bina Fora Judiciaria uniformiter judicassent, ulterior Appellatio, cui tamen juxta Leges Patriae Locus erat, denegata fuit, Appellatio extra Dominium admittitur.

A R T I C U L V S XLVII.

De Causis Octavalibus, & Tabularibus cum. Introductione Novi Ordinis Judicarii apud Tabulam Regiam pendentibus.

Causae Octavales veteri forma suscitatae, et aliae in prima Instantia Forum Tabulae Regiae concernentes, quarum ex eo, quod seu Quaestio Actoratus per Sententiam necdum superata, seu vero in merito Judicium necdum pronunciatum fuerit, ulterior coram Tabula Regia prosecutio sensu novi Ordinis Judicarii non admissa, Actoresque eatenus ad concernentes Tabulas Districtuales, aut Fora subalterna relegati fuerunt, in quantum illae juxta novum Ordinem Judicarium noviter suscitatae, et definitae non fuissent, Partibus colligantibus eatenus semet insinuaturis, ex Archivo Tabulari extradentur eo fine, ut easdem ibi, ubi substiterunt; continuare possint.

A R T I C U L U S XLVIII.

De Causis veteri forma pertractatis, & seu ad Tabulam Regiam, seu vero inde ad Gubernium Regium appellatis, & transmissis, in quibus Litteræ Transmissionales nondum exhibitæ essent.

Causas, quae Forma veteri coram diversis primæ Instantiæ

tiae Foris fuscitatae, ac decisae, inde vero ad Tabulam Regiam appellatae, et transmissae, Litterae autem Transmissionales Tabulae Regiae nondum exhibitae fuerunt, Appellantes sub prima Periodo Judiciali fine Revisionis Tabulae Regiae exhibere poterunt, et nisi Pars adversa ex capite non prosecutae intra Lege definitos Terminos Appellationis contradixerit, Causa coram Tabula Regia revertitur debitur. Idem intelligendum etiam de Causis e Foro Tabulari in Praesentiam Fori Revisorii appellatis, in quibus utpote Litterae Transmissionales Gubernio Regio exhibitæ nondum essent.

A R T I C U L V S X L I X .

De Causis Metalibus, quæ juxta Leges Patrias Judicatum Generalium Regni Comitiorum concernunt, ast partim propter non Celebrationem Comitiorum, coram aliis Foris pertractatae, partim vero per Ordinationes ad alia Fora relegatae sunt.

DE ejusmodi Causis Metalibus, quae juxta Patriae Leges ad Forum Generalium Regni Comitiorum pertinuerunt, ast partim propter intermissam a longo tempore Comitiorum celebrationem, partim autem ob nonnullarum Ordinationum, signanter autem novi Ordinis Judicarii interventum, coram aliis Foris pertractatae sunt, benigne annente Sua Majestate Sacratissima communi Statuum voto conclusum est, ut in hujusmodi etiam Causis, Sententiæ, et Executiones Fororum praeter Legum sensum præexistenter, in vigore permaneant, Causæ autem pendentes in iis, quibus substituerunt gradibus, coram Foro competente continentur. Dispositione Articuli 40-mi hujus Diætæ, quoad metales etiam ejusmodi Processus, in quibus Litis contestatio, aut Quæstio super Exceptionibus Peremtorialibus nondum subsecuta fuisset, salva manente. AR-

ARTICVLVS L.

De Serie Causarum.

EX inadæquata Interpretatione Approbat. Constit. Part. 4. Tit. 1. Art. 45. subsecutis abusibus, Causarum ut-pote Classificatione, et particularis seriei confectione sub-latis, annuente Sua Majestate Sacratissima statuitur: ut Litteris super Litis motione Relatoriis post Terminii octa-valis, aut Quindenalis in serie Evocationis, aut Citatio-nis expressi defluxum prioribus tribus Periodi Judicialis Diebus, concernenti Foro exhibitis, praesentatis, & in Generale Protocollum illatis, Causae immediate leventur, & proclamentur, dein vero sine discrimine eousque donec Partes suas Contentiones, & Allegationes concluderint, & Exceptiones Dilatorias superaverint, continentur; Ubi autem juxta diversam Processuum Naturam, a secundo aut quarto Termino, ad quorum Terminorum strictam obser-vationem Partes collitigantes sub poena praeclusi obligan-tur, Causa quaepiam in merito conclusa, & Judicio sub-missa fuerit, juxta ordinem submissionis in seriem inferatur, & hæc series ad sensum praecitati Articuli Approbatalis per Fora Judicialia observerur. Litterae autem Transmissionales seriei tunc inferantur, dum Foris superioribus exhibentur, et juxta seriem exhibitionis revideantur.

ARTICVLVS LI.

De modo Occupationi. Bonorum Liquidatorum Ratiocinantium.

UBi Mobilia Liquidatorum Ratiocinantium bona sum-mam liquidatam non adæquant, ibi ad bona eorum etiam Immobilia, primum quidem si fuerint Acquisita, his vero seu non existentibus, seu vero Summam liquidatam non

non adæquantibus, etiam ad Avitcalia regressus admittatur; Ad praevertendas nihilominus Litium occasiones, & verorum hæredum damnificationes, statutum est: Ut in hujusmodi Casibus Bona Liquidatorum Ratiocinantium acquisititia tantum ad Summam usque inhaerentem, Avitcalia autem non perennaliter, verum pignoris solum titulo occupari, & vendi possint, & seu liquidato Ratiocinante, seu vero ejus Hæredibus Summam inhaerentem deponentibus, Bona occupata de facto eorum Manibus assignentur; si quis autem ejusmodi Bona remittere nolle, in pœna, quae adversus pignoris Detentores Lege definita est, convincatur.

Idem sentiendum etiam de Bonis Liquidatorum Ratiocinantium hactenus perennali quamvis Titulo occupatis & abalienatis.

ARTICVLVS LII.

De Pupilliis eorumque Tutoribus.

UT super Pupillorum aliena Defensione egentium Tuta, speciebus item, Obligationibus, & Ratiocinio Tutorum, Tutelaeque a suspectis, & damnosis Tutoribus ademptione, in serie Legum Patriarum, signanter autem Part, i. Decr. Trip. salutares comperiantur Dispositiones; quia tamen certa & determinata media, quibus sollicita Legum provisio, cum emolumento Pupillorum, & securitate Tutorum in effectum deduci possit, suppeditata haud essent: Hinc Status et Ordines accidente etiam Suæ Majestatis Clementissimo Assensu, habita diversae Pupillorum Nativitatis, & Conditionis reflexione, in supplementum Legum sequentia statuerunt:

1-mo: Quoniam Personalis Residentia, & Bona Pupillorum Nobilium in Comitatibus, Sedibus Siculicalibus, & Districtibus sita sunt; hinc Inspectio in Personas, & Bona illorum per Naturales, legitimos Testamentarios, vel Dativos Tutores, aut Curatores administranda, sub Suprema Gubernii Regii Inspectione principaliter Supremis Circulorum Officialibus ea Lege committitur, quod si propter incuriam, tanto magis conniventiam eorum Pupilli damnificarentur, de eo Supremi Officiales Gubernio Regio respondere, & damnum refundere tenebuntur. Caeterum in rite obeundo ipsorum hac in parte munere Supremi Circulorum Officiales semet Regulis sequentibus accommodabunt, nimirum:

2-do: Inter Vice Officiales ipsis a proximiiori subordinatos, eas facturi sunt Depositiones, ut quam primum in Circulis Administrationi ipsorum concreditis, quorundam Nobilium, & Possessorum Proles ad Statum Pupillarem devenerint, hoc ipsum sine mora ipsis innotescat, quo cognito, de casu in casum ad Regium Gubernium sine mora referant.

3-tio: Si Pupilli utroque Parente orbati, Bonaque eorum uni eidemque Comitatui, Districtui, aut Sedi Siculicali ingremiata fuerint, de Tute idoneo, ex agnatis, aut cognatis, quos Munus hoc Jure sanguinis concernere dignoscetur, nisi legalis obstet Exceptio, constituedo, in defectu autem idoneorum Consangvineorum, de uno numero Extraneorum diligendo providebunt, eumque sine mora denominabunt, nisi fors Pupillorum Parentes tales Prolibus suis Tutorum Testamentaliter constituisserint, in quem nulla legalis Exceptio cadere possit, & huic seu Dativo, seu Testamentario Tutori convenientem, & utilem Pupillorum Educationem, statui ipsorum, & quantitatibus Bo-

Bonorum commensurandam , velut maxime stabilem , & infallibilem eorum hæreditatem committent , et vi Legum injungent.

4-to : Muneris Supremorum Officialium futurum est , follicite cavere , ut universa Pupillorum Bona Mobilia , & Immobilia , Debitaque eorum tam activa ; quam passiva , ut & Literalia Instrumenta post Parentum decessum sine mora per duos cum consensu Confangvineorum eligendos , & tam ad Fidelitatem , quam ad Taciturnitatem Juramento obstringendos idoneos Nobiles , uno alterove e proximis Confangvineis præsente conscribantur , & regestrentur , hoc tamen quoad Litteralia Instrumenta follicite observato , ne illa si fors Regestrum jam antecedenter confectum adjaceret , aut vero in hujus defectu per indorsatam Inscriptionem Materiae designatae essent , inspiciantur , vel perlegantur sed in primo Casu solum par Regestri , in posteriori autem secundum indorsatas Inscriptiones nova , & accurata Registra conficiantur , Mobilia non necessaria , & corruptioni obnoxia , Licitatione etiam mediante distrahantur , & in paratam pecuniam convertantur , reliqua vero , quorum conservatio tam necessaria , vel decora , quam secura visa fuerit , una cum ære parato , & Bonis Immobilibus manibus Tutoris consignentur ; Non absimiliter etiam Litteralia Instrumenta sub Sigillis Regiorum Registrationem peragentium Tutori transponantur , ac si quæ eorum ad persecutionem Litium Pupillarium necessaria fuerint , haec non secus in praesentia duorum per Supremos Officiales denominandorum Hominum Regiorum referatis Sigillis , penesque reversales propria Tutoris manu subscriptas , in Fasciculum concernentem reponendas , Tutori ad manus recipere licebit , quo facto Litteralia Instrumenta denuo obsignabuntur . Postremo unicum tam Conscriptiois Bonorum Mobilium , & Immobilium , quam vero Regestri Litteralium Instrumentorum Exemplar Authenticum

ticum Archivo Comitatus, Sedis Siculicalis, vel Districtus sub Sigillo illocabitur, alterum autem Tutori consignabitur, tertium vero Regio Gubernio submittetur.

5-to: Quodsi Pupillorum Bona se se ad plures Comitatus, Sedes Siculicales, aut Districtus extendant, tum Supremus illius Circuli, in quo Parentes Pupillorum Residentiam habebant, aut in quo mors eorum intercessisset Officialis, sortem Pupillorum Regio Gubernio circumstantialiter, et sine mora referet, eo fine, ut idem suas in tempore Dispositiones adornare, nimirum in casu, quo Tutor Testamentarius vel non adesset, vel vero ad mentem Decr. Trip. Part. I. Tit. 119. fors ad gerendam Tutelam admitti non posset, primum quidem legalem e proximis eorum Consangvineis Tutores constituere, vel vero in defectu Consangvineorum de alio ad id apto, et e numero Extraneorum legendi providere valeat, cui dein tam Personalis Pupillorum Inspectio, quam Bona, & Litteralia eorum Instrumenta, post peractam horum cointelligenter cum Supremis Circulorum, in quibus Bona Pupillorum reperiuntur Officialibus Conscriptionem, & Registrationem juxta inviationem §-phi 4-ti transponi possint.

6-to: Tutores Bonorum Pupillarium administrationem ejusmodi Officialibus, et Oeconomis committent, quorum Industria, quantum possibile cognita, & in quibus Pupillorum Securitati provisum sit. Ab his Rationes quotannis exigent, quas tamen ipsi Tutores in Persona non revidebunt, verum per expetendos eum in finem a concorrente Comitatu, Sede, vel Districtu idoneos Exactores revideri facient.

7-mo: Præter Tutores Naturales, Patrem videlicet, & Matrem, de quibus infra sequitur, reliqui universitatem
C C

tam Testamentarii quam vero e numero consangvineorum, vel extraneorum legendi Dativi Tutores Rationes suae villicationis, si Bona Pupillorum in uno eodemque Comitatu, Sede Siculicali, vel Districtu sita fuerint, coram Personis Fidedignis, & idoneis, per Universitatem Circuli denominandis, si vero Bona diversis Jurisdictionibus subiecta sint, coram Exactoribus per Universitatem ejusdem Circuli, cui Caput Bonorum, aut ampliora pupillorum Bona incorporata fuerint, fota eatenus inter Supremos Officiales cointelligentia, exmittendis, quottannis reddere sub Poena Articulari in medietate Pupillis, in altera autem dimidiate Exactoribus obventura, obligabuntur. Cujusmodi Ratiociniis ipsimet Supremi Officiales, vel si his non vacaret, proximi Officiales, vel saltem Fiscales Comitatuum, Sedium, aut Districtum Procuratores omni tempore assiduebunt, & Juribus Pupillorum invigilabunt, tunc dum ratione Bonorum in alio Circulo existentium invitatione aliqui opus foret, semet cum concernentis Circuli Universitate cointelligenter habituri.

8-vo: Exactores de eventu Ratiocinii, quod cum fine cujusvis anni instituendum est, proximam Generalem Congregationem informabunt, eo fine, ut Status Pupillorum Universitati constare, necessariæ Dispositiones adornari, et interventi nefors defectus & nævi suppleri, emendarique possint, quin imo si Exactorum Operatione, seu Tutor, seu vero a parte Pupillorum Assistens Supremus, aut Vice Officialis, aut vero Fiscalis semet damnificatos esse existimaverint, ad Partis non contentae postulatum universa Ratiocinii series pro uberiori examine concernenti Universitati exhibeatur, ibidemque superrevideatur, omnes autem Pupillares Rationes sine discrimine cum fine cujusvis Anni Regio Gubernio pro finali revisione, et determinatione ex omnibus Circulis submittantur; Tutori autem Ratiocinanti, qualitati Ratio-

tionii adtemperatae Litteræ Absolutionales per Regium Gubernium medio concernentis Jurisdictionis extradentur. atque ut Pupillis post eorum emancipationem de qualitate Villicationis Tutorum constare possit, totum Ratiocinii Opus in Archivo concernentis Comitatus, Sedis Siculicalis, vel Districtus conservetur,

9-no: Quoniam Administratio Bonorum Pupillarium citra fatigia Tutorum, & proprietorum Negotiorum posthabitionem fieri nequeat, et Operarius sua Mercede dignus fit; hinc Sextalitas fructuum annuorum a Bonis Pupillaribus provenientium, Censibus tamen elocatorum Capitalium huc non intellectis, cædet Tutoribus, Tutores autem in augendis Bonorum Pupillarium annuis Proventibus sollicite adlaborabunt.

10-mo: Pupillis, vel aliis Curatelae subjectis Personis Lege definitum emancipationis tempus, & statum, in quibus curandorum in Persona Negotiorum suorum capaces fiunt, attingentibus, Supremorum Officialium muneris erit, proximæ Generali concernentis, Comitaus Sedis Siculicalis, aut Districtus Congregationi idipsum proponere; & quia nec dubitari potest, gremiales hujusmodi Personas Circulorum Universitatibus apprime notas, hasque de illis, æquum, & sensui Legum attemperatum Judicium laturas esse; hinc si Personæ tutelæ gerendorum suorum Negotiorum capaces inventæ fuerint, e Tutela illico emancipandæ et quovis Nominne vocitata eorum Bona reestranda, cumque priori Registro, penes quod Tutori transposita fuerunt, comportanda venient, Tutor autem de toto Tutoratus sui tempore Universale Ratiocinium ponendum, & super deteriorationibus incuria sua, tanto autem magis mala et sinistra Administratio ne causatis, ad sensum Decr. Trip. Part. 1. Tit. 123. respondendum habebit, Litteralia etiam Instrumenta penes prævium Regestrum, et Acta super annuis Ratiociniis emanata,

nata, & prout præmissum est, in Archivo reposita, emancipatis consignanda. Denique super omnibus illis, quæ emancipati ad manus suas recipient, Litteræ Testimoniales expediendæ, & harum unum Exemplar emancipatis, alterum emerito Tutori consignandum, tertium autem Archivo Comitatus Sedis Siculicalis, aut Districtus eum in finem reponendum veniet, ut si fors una alterave Partium consignatum sibi amitteret Exemplar, necessitate exigente, illud habere possit.

11-mo: Siquidem Parentes ad promovendam Prolium suarum Felicitatem instinctu Naturali trahantur; hinc Parentes et Matres, si secus qualitatibus Lege requisitis polellant, nec a Personalí prolium suarum Tutela, neque a Bonorum administratione præcludi, imo citra Naturalis, qui inter Parentes, & Proles intercedit nexus, læsionem, nec ad reddendas strictas Tutoratus Rationes stringi possunt, proinde uno alterove Parentum deficiente, si superites necessarias qualitates possederit, Supremi Officiales Patre aut Matre orbatos Pupillos Tutelae superstitis ipsorum Parentis transponent, observata nihilominus Decr. Trip. Part. I. Tit. 119. & 120. super Tutoribus Testamentariis dispositione. In casu autem, quo hujusmodi Tutor, aut Tutrix Naturalis ad secunda Vota transiret, sensui Tituli 113. itidem Part. I. Decr. Trip. semet accommodabunt; attendant vero Supremi Officiales, & Gubernium Regium, quibus praincipia Pupillorum & Orphanorum Cura, atque defensio incumbit, ut Pupillorum statui conveniens educatio, & Bonorum Pupillarium Administratio etiam sub Tutela Parentum Naturali rite instituatur; in casu vero neglectæ Educationis, Bonorumque deteriorationis, aut abalienationis, vel Preventuum dilapidationis, meliori Pupillorum Educationi, & Bonorum securitati publica authoritate prospiciatur.

12-mo:

12-mo: Civicæ Conditionis Pupillorum cura primariis Locorum Officialibus incumbit; horum igitur munieris, & obligationis est, Bona Pupillorum universa conscribi facere, Tutores sub onere reddendæ Rationis constitutere, Educationi, & studiis Litterariis Pupillorum superattendere, & suo tempore applicationis eorum ad aliquod opificium aut aliam aliquam statui, & inclinationi eorum correspondenter vitæ rationem curam habere, denique in quantum Municipales Locorum Constitutiones, & nefors subversantes Circumstantiae ad miserint, præmissis relate ad Nobilium Pupilos, Legibus se se conformare.

13-tio: Rusticæ demum sortis Pupillorum cura ad Dominos eorundem pertinet, qui Pupillis Tutores sub onere reddendæ Rationis constituent, neve illi in Bonis suis penes fide dignum Inventarium Tutoribus concrederis damnifcentur, super attendant.

A R T I C V L V S LIIL.

Dæqualitate Jurium, ac Libertatum, liberique Exercitii quatuor in Transylvania receptarum Religionum.

Quatuor receptae Religiones vigore Legum Patriarum benigno Diplomate Leopoldino firmatarum (Articulis illis, qui Religioni Romano Catholicæ præjudicassent, per Art. 6. & 7, novellarium Articulorum Anni 1744 jam sublatis) in æqualitate Jurium, ac Libertatum suarum, liberique Exercitii non obstantibus in contrarium editis Ordinationibus, porro etiam conservabuntur.

ARTICULUS LIV.

De Fundationum ad mentem Fundatorum fienda Administratione.

SAcratissima Sua Majestas singulas Religiones securas benigne reddit, quod piæ Fundationes ad mentem, ac Intentionem Fundatorum administrabuntur, & cum Foundationibus aliarum Religionum non commiscebuntur, salvo circa illas superinspectionis Jure Majestati Regiæ competente.

ARTICVLVS LV.

De Templis, Turribus, Campanis, ut & Fundis Parochialibus internis inde ab emanatione Diplomatis Leopoldini ademptis, in statu moderno relinquendis, refundendisque quibusdam Religionibus jam appromissis, & adjudicatis Bonificationibus.

AD conciliandam perpetuam fraterni amoris, et fiduciae Harmoniam, stabiendumque per hoc publicam Patriae Tranquilitatem, benigne annuente Sua Majestate, communis Statuum voto statutum est; Ut Temples, Turres, Campanæ, ac Fundi interni Parochiales præ manibus illarum Religionum relinquantur, in quarum Possesso-rio actu reperiuntur, solutis illis, quæ nonnullis Religionibus jam appromissæ, vel adjudicatae, & necdum exolutae essent, Bonificationibus; ea simul cum declaratio-ne, qnod non obstante Dispositione Articuli 7. Approb. Constat. Part. 1. Tit. 1. nulli abhinc receptarum Religionum alterius Temples, aut Turres, Fundosque Parochiales quocunque sub Titulo adimere, et occupare unquam liceat, liberumque sit singularum quatuor Religionum Ecclesiis, earumque Patronis ubicunque, in Liberis scilicet Regiis

giis Civitatibus, Urbibus, et Oppidis, Villis item & Possessionibus, ac aliis quibuscumque Locis, Sacras ædes, Turres, atque Scholas absque ullo impedimento extrui facere, prout vigore præsentis Articuli singularum Religionum Status assecurantur, quod in moderno per singulas quatuor Religiones actu possessorum, ac in futurum etiam quovis tempore libere extruendorum Templorum, Turrium, Campanarum, Cæmeteriorum, Collegiorum, & Gymnasiorum usu nunquam turbabuntur.

A R T I C V L V S LVI.

De libera Librorum Religiosorum Impressione.

Libros Religiosos tam Symbolicos, quam Theologicos, cuiusvis Religionis receptae, absque influxu unius Religionis in alteram imprimi facere liberum erit, neque hujusmodi Libri Religiosi Revisioni Commissionis Librorum Censoriae obnoxii erunt; verum plenaria super his Inspectio Episcopis, & respective Consistoriis singularum Religionum relinquitur, ea tamen cum expressa cautela, ne Libris scommata, vel Sarcasmi in derogamen alicujus Religionis receptae sub gravi illorum, quorum intererit, Responsabilitate inseri admittantur.

A R T I C V L V S LVII.

De Prolibus e mixtis Matrimoniis progenitis.

Erga communem Statuum et Ordinum Consensum benignè annuente Majestate Sacratissima, determinatum est: Ut Proles e diversarum Religionum Parentibus, sive mixtis Matrimoniis suscipienda, sexum suorum Parentum sequan-

sequantur, & Masculi in Patris, Femellæ vero in Matris suæ Religione edacentur, ac baptizentur. Contratibus quibusvis in contrarium nihil valentibus.

A R T I C V L V S LVIII.

De libero ad quemcunque Locum, vel Ecclesiam Parochorum fine administrandorum suæ Religionis Aegrotis Sacrorum Accessu, liberaque Mortuorum Sepultura.

Singularum quatuor receptarum Religionum Parochis liberum erit ad quæcunque Loca, Civitates videlicet Urbes, Oppida, Villas, Pagos, & Curias Dominorum Terrestrium cujuscunque Religionis, Nosocomia Militaria, Cæreres demum, ac Delinquentes, ad Consolandos, mortique praeparandos Suae Religionis ægrotos, vel Condemnatis administranda suo Ritu Sacra menta, sepeliendos denique mortuos ullo absque impedimento, et influxu unius Religionis Parochi in alterius Ministerium accedere, et penetrare.

A R T I C V L V S LIX.

De Dispensationibus Matrimonialibus.

SAcratissima Sua Majestas in Magno hoc Principatu Reformatae, Augustanae, Unitariae Religioni addictos in Gradibus secundum Principia illorum permisis, utpote in tertio et quarto Gradu a necessitate impetrandarum Dispensationum semel pro semper eximit, Romano Catholice ratione sui in præhabito usu permanentibus.

ARTICVLVS LX..

De libero Religionis Graeci Ritus Dis - Unitorum Exercitio.

REligio Orientalis Græci Ritus - Non Unita, quæ juxta Leges hujus Provinciæ hactenus inter tolleratas Religiones recensita fuit, vigore præsentis Articuli in libero suo Exercitio eo modo confirmatur, ut omnes hujus Religionis Asseclæ ab Episcopo sui Ritus per suam Majestatem Sacratissimam denominando dependeant, et pro sua Conditione, ad instar reliquorum Incolarum tractentur, neque in ferendis publicis Oneribus, aliisque Præstationibus præ aliis aggraventur, Juribus Regiæ Majestatis circa Negotia Cléri, Ecclesiae, Fundationum, et Educationis Juventutis porro quoque in salvo relictis.

ARTICVLVS LXI.

Communitates Szamosujváriensis, & Elisabethopolitana in Numerum Liberarum, Regiarumque Civitatum, & Locorum Taxalium cooptantur.

AD benignam Sacratissimæ Suæ Majestatis Propositio-nem, enixamque petitionem Communitatum Armenorum Szamosujváriensis, et Elisabethopolitanæ, ex consideratione fidelitatis earundem in Augustam Domum, peculiaris item Industriae in promovendo cum Emolumento Publici Commercio testatae, fixæque jam per longam Annorum seriem in hac Patria Domiciliationis, Status & Ordines easdem Communitates Jure Civitatis donandas, & in numerum Liberarum, Regiarumque Civitatum in Gremio Nationis Hungaricae existentium, cum Voto, & Sessione in Comitiis ipfis inter loca Taxalia post Civitatem Albo Carolinensem assignato, cooptandas esse duxerunt,

runt, quin per hanc receptionem distinctum a tribus receptis Nationibus Corpus Politicum constituant, vel formare possint. Verum in omnibus ad instar reliquarum, Libera- rum Regiarumque Civitatum in gremio Nationis Hungaricæ existentium habeantur, et cum illis æqualia onera sup- portent, æqualibusque Juribus gaudeant, et semet publi- cis Constitutionibus, præscriptoque Approb. Const. Part. 3. Tit. 81. conforment, Novasque Litteras Privilegiales sensui hujus Articuli conformes, loco illarum, quas ante adeptam Concivilitatem impetrarunt, a Sua Majestate Sacra- tissima exorent.

A R T I C V L V S LXII.

Liber Baro Joannes Nepomucenus Christiani de Rall; nec non Wenceslaus & Antonius de Thurenfeld in Indigenas recipiuntur.

Status et Ordines praecolla de Magno hoc Transylvaniæ Principatu Liberi Baronis Joannis Nepomuceni de Rall, Generalis Campi Mareschalli Locumtenentis, et Ordinis Magnæ Crucis Sancti Ruperti Equitis Merita, quæ Idem crebris, et diversis Occasionibus, diuturnisque in hoc Principatu Servitiis comparavit, considerantes; in recognitio- nem servitorum ejusdem, et laudabilium Qualitatum, quibus in promovendis publicis commodis Animos Civi- um sibi devinxit, eundem Liberum Baronem Joannem Ne- pomucenum Christiani de Rall, ejusque Hæredes, et Suc- cessores in Linea recta descendentes, atque in uberiorem propensi erga eundem grati Animi significationem, Vences- laum et Antonium utrosque de Thurnfeld, hunc in In- clyta Legione Pedestri Reiskiana Centurionem, alterum ve- ro in Inclyta Legione æque Pedestri ita dicta Siculica se- cunda, Supremum Vigiliarum Præfectum, Affines videlicet ejusdem Liberi Baronis Joannis Nepomuceni Christiani de Rall,

Rall, horumque universos Hæredes, et Successores in Linea recta descendentes, Status et Ordines, accedente Suæ Majestatis Sacratissimæ benignissimo Annutu, in Indigenas Magni hujus Principatus, Numerumque Fratrum, et Concivium suorum erga consuetam Juramenti Depositio-nem sine Taxa recipiunt, spe firma ducti, eosdem gratos, et utiles Patriae Cives, Legumque ejus fideles observato-res futuros esse.

ARTICULUS LXIII.

Josephus de Leithner, Franciscus Kiebling, Nicolaus Winkler, Wilhelmus Vitt, Joannes Galarati, Philippus, Adamus, & Andreas Kern, & alter Andreas Etienne, Cælestinus d' Andoy, & Martinus Bosnydk in Indigenas recipiuntur.

Cum Statibus et Ordinibus Servitia, Merita et Qualitates Josephi de Leithner, Francisci Kiebling, Nicolai Vinkler, Wilhelmi Vitt, Joannis Galarati, Philippi, Adami, et Andreæ Kern et alterius Andreæ Etienne, Cælestini d' Andoy et Martini Bosnyák constarent; ideo in recognitionem Servitiorum eorundem, et laudabilium Qualitatum, quibus in promovendis publico Bono, et privatorum Commodis, reliquis Patriae Civibus bono Exemplo præire studuerunt, Animosque Civium sibi devinxerunt, eosdem Josephum de Leithner, Franciscum Kiebling, Nicolaum Vinkler, Wilhelmum Vitt, Joannem Galaratti, Philippum, Adamum, et Andream Kern, et alterum Andream Eitennam, Cælesti-num d' Andoy, et Martinum Bosnyák, horumque Hæredes, et Successores in recta Linea descendentes, Status et Ordines, accedente Suæ Majestatis Sacratissimæ benignissi-mo Annutu, in Indigenas erga consuetam Juramenti Depositionem sine Taxa recipiunt; sperantes Status et Ordines

nes eosdem gratos, et utiles Patriae Cives, Legumque ejusdem Fideles observatores futuros.

A R T I C V L V S LXIV.

De Deputationibus Systematicis e Gremio Statuum ordinatis.

BEnignæ Propositiones Regiæ, et complura Statuum et Ordinum Magni hujus Principatus Postulata, et respective Gravamina majori in parte talia Deliberationis objecta continent, quæ Systematicum, et nonnisi longiori tempore perficiendum laborem requirunt, ideo Sua Majestas Sacratissima clementer annuit, ut ad pertractationem, et elaborationem Objectorum serie subinferta contentorum, & ad Deputationes Systematicas usque ad futura Comitia re-legatorum, sequentia denominantur Individua, et quidem:

I-mo: *Ad Deputationem Publico Politicam.*

Praefis Comes Georgius Bánffy *Gubernator Regius.*

Comes Ludovicus Teleki.

Stephanus Kofszta.

Michael Fronius.

Comes Ladislaus Tholdalagi.

Comes Samuel Junior Gyulai.

Wolfgangus Cserei.

Alexius Szentpáli.

Michael Sándor.

Stephanus Széplaki.

Adamus Bardotz.

Carolus Ábel.

Joan-

Joannes Frank.

Sigismundus Szathmári.

In qua objecta assumentur sequentia:

Projectum Administrationis Politicæ.

Plani item Conscriptionis Regnicolaris.

2·do: *Ad Deputationem Contributionalem, & Commissionariaticam.*

Præses Comes Alexander de Bethlen.

Joannes Gál.

Comes Gabriel Haller.

Comes Stephanus Mikes.

Comes Joannes Nemes.

Comes Dominicus Teleki.

Comes Ladislaus de Bethlen.

Alexius Cserei.

Daniel de Straussenburg.

Michael Kenderesi,

Franciscus Kozma,

Franciscus Hatfaludi.

Franciscus Török.

Michael Mátis,

Alexius Pálffy.

Josephus Szeli.

Daniel Kováts.

Tobias Mauks.

Ad quam pertinebunt:

Systematis Contributionalis adæquati Elaboratio.

Pro-

Projectum de Numero, dislocatione, et provisio-
ne illocandæ Militiae stipendiariæ.

Planum denique statutionis Tyronum.

3-tio: Ad Deputationem Urbarialem.

Præses Comes Wolffgangus Kemény.

Baro Simon Kemény.

Baro Antonius Josika.

Comes Daniel Wass.

Baro Georgius Szentkereszti.

Joannes Sándor.

Laurentius Mara.

Alexander Türi.

Georgius Josa.

Emerieus Pelei.

Franciscus Gyárfás.

Josephus Drauth.

Abrahamus Csoka.

In qua Planum Urbarialis Regulationis æquitati, et
Statui Magni Principatus Transylvaniæ attemperandæ
elaborabitur.

4-to: Ad Deputationem Cameralem, & Montanisticam.

Præses Baro Wolffgangus Bánffy.

Josephus Szegedi.

Baro Samuel Kemény.

Comes Joannes Mikes.

Comes Gregorius de Bethlen.
 Comes Stephanus Lázár.
 Baro Josephus Thoroczkai.
 Baro Martinus Seeberg.
 Franciscus Kiebling.
 Joachimus Bedæus.
 Ludovicus Mariaffi.
 Andreas Kökösí.
 Franciscus Fekete.
 Franciscus Apor.
 Josephus Gedö.
 Franciscus Ballok.
 Daniel Gombos.
 Joannes Tartler.
 Ladislaus Gullya.

In qua cum interventu Thesaurarialium Individuorum elab-
orabitur.

Projectum Administrationis Cameralis simplificandæ, et In-
stutionis Thesaurariatus, Officialiumque subordinato-
rum.

Negotium Decimarum Fiscalium in Comitatibus Szolnok
Mediocri, et Kraszna.

Regestratio Bonorum pure Fiscalium, pro Militia Limita-
nea cessorum, vel in Cambium datorum.

Qualiter difficultates circa Currules, et Navales Salis Trans-
portus, sine aggravio Ærarii Cameralis cum subleva-
tione Contribuentium tolli, et Salis Vectura promo-
veri possit?

Opinio circa stabilienda in Re Tricesimali, et Teloniali pro
ma-

majori Commercii Emolumento Principia, nec non de removendis Commercii publici impedimentis, erigendis Fabricis, promovenda Industria, excolendis Opificiis, viarumque publicarum, et aquae ductuum in nexu Communicationis cum reliquis hæreditariis Provinciis durabili exstructione, et conservatione, una cum Projecto Fundi ad hæc necessarii. Desiderium denique Statuum circa coordinationem Rerum Montanisticarum, et Objectorum in Montanisticis Judicialium, tollendasque difficultates, et Querelas, quae majori Fodinorum culturae obstare comperirentur.

5-to : Ad Deputationem Juridicam.

- Præses* Comes Paulus de Bethlen.
 Comes Franciscus Tholdalagi.
 Joannes Cserei.
 Ladislaus Türi.
 Baro Ladislaus Bánffy.
 Comes Michael Teleki.
 Samuel Balia.
 Josephus Gál.
 Michael Kando.
 Josephus Thuri.
 Franciscus Horváth.
 Alexius Simény.
 David Dindár.
 Ladislaus Sombori.
 Joannes Endes.
 Michael de Huttern.
 Ladislaus Kászoni.
 Samuel Filep.

. Cujus objecta erunt :

Collectio , et Revisio Articulorum Diætalium inde ab Anno 1669. in Generalibus Comitiis conditorum , et receptorum.

Depromenda circa Instructionem Directoris Causarum publicarum , et Fiscalium Opinio.

Casuum Notæ , et Pœnæ Majoris Potentiæ explanatio.

Reciproca Conjugum in Bonis mobilibus Successio , Bonorumque immobilium deficientibus uxore , et Liberis , in legitimos Hæredes , et Successores devolutio.

Modus celebrandæ inter Fratres , et Sorores indivisos Divisionis.

Planum Conscriptionis , et Regulationis , Manipulationis , & Redintegrationis Articulorum Capituli Albensis , et Conventus Beatae Mariæ Virginis de Kolos-Monostor.

Projectum Sanctionis Criminalis quoad pænas delictis æquas prompte irrogandas , et antevertenda pecorum furta.

Ordinis Processualis pro ocyori , & minus dispendioso Juris Cursu introducendo , Legibus adtemperanda emendatio.

In Causis præsertim Liquidorum Debitorum , Cridalibus , & Pignoratitiis prompta Justitiæ Administratio.

Dilapidationis , et Abalienationis Bonorum Aviticalium coercitio.

Fororum Dominalium Regulatio.

Depromenda denique circa Fora et Processus Salicidarum , et Nautarum Opinio.

6-to : Ad Deputationem Ecclesiasticam.

Præses Comes Joannes Eszterházi.

David Székely.

Michael Soterius.

Baro Josephus Nalátfi.

Baro Nicolaus Vessfélényi.

Comes Josephus Haller.

Canonicus Stephanus Fangh-

Ladislaus Szentpáli.

Samuel Sárosi.

Michael Eöldvári.

Josephus Ketheli.

Andreas Pálffi.

Georgius Simény.

Andreas de Hannenheim.

Carolus Steinburg-

Michael Berthleff.

Moyses Bartha.

In hac assumentur:

Prætensiones ratione ademptionis Templorum, Scholarum,
Typographiarum, Nosocomiorum, Fundorum Paro-
chialium, aliorumque Bonorum Ecclesiasticorum; Quar-
tarum item & Decimarum, aliarumque Fundationum
post emanationem Diplomatis Leopoldini occupata-
rum, inter receptas Religiones subversantes.

Congrua Parochorum cuiusvis Religionis Intertentio.

Projectum denique promovendæ Culturæ rudioris Plebis
Valachicæ.

7-mo : Ad Deputationem Litterariam.

I Præses Comes Adamus Teleki.

Co-

- Comes Joannes Eszterházi.
 Josephus Mártonissi *Canonicus*.
 Baro Antonius Josika,
 Baro Volffgangus Vesselényi.
 Comes Josephus Haller.
 Baro Samuel Kemény.
 Comes Ladislaus Tholdalagi.
 Baro Alexander Josintzi.
 Georgius Aranka.
 Franciscus Fekete.
 Samuel Sárosi.
 Alexius Cserei.
 Fridericus Rosenfeld.
 Joannes Tartler.
 Joannes Bertalan.
 Josephus Cserei.
 Josephus Kováts
 Michael Szathmári.
 Martinus Balla.
 Josephus Pákei.
 Andreas Sontag.

Ad quam referuntur :

Ratio Educationis, Institutionisque Juventutis utriusque Sexus, et mediorum, quæ ad excolendas Artes Liberales, culturamque Lingvarum necessariarum, et erigendam Societatem eruditam pertinere videbuntur, disquisitio.

Quæ quidem Deputationes, excepta Juridica, in Liberam Regiamque Civitatem Maros Vásárhely, Locum videbuntur Residentiæ Tabulæ Regiæ confluxura, Claudiopolis considerabunt.

E benigno Indultu Suæ Majestatis Sacratissimæ Acta etiam quæ ad scopum concreditorum Laborum pertinent, erga intinuationem Gubernatori Regio Magni Principatus faciendam, ex Arhivis Dicasteriorum extradabuntur. Cunctae hæ Deputationes vero ad Numerum Novenarium ex delectis Individuis desigendæ, sub Directione ejusdem Regii Gubernatoris operentur; Et cum nonnulla Objecta ejus etiam Indolis sint, ut ad duarum et trium etiam Deputationum agenda referri valeant, idcirco in hujusmodi Casibus mixtæ etiam Deputationes, præhabita inter respectivos Præsides cointelligentia, celebrari poterunt.

CONCLUSIO.

Nos itaque dictorum Fidelium Nostrorum Statuum, & Ordinum trium Nationum præattacti Hæreditarii Magni Nostri Transylvaniae Principatus, Partiumque eidem incorporatarum demissa Supplicatione benigne exaudiata, & faventer admissa, præscriptos Articulos prævio modo Nobis legali forma submissos, ac præsentatos, hisce Litteris Nostris de Verbo ad Verbum inscrii, et inscribi curavimus, eosdemque Articulos, ac omnia, et singula in illis contenta, ratos, gratos, et accepta habentes, Eisdem Nostrum Cæsareo Regioque Principalem Consensum benevolum, pariter, et Assensum præbuimus, Articulosque eosdem clementer acceptavimus, et Authoritate Nostra Cæsareo Regioque Principali approbavimus, ratificavimus, et roboravimus, ac pro fundamentali ejusdem Principatus, Partiumque incorporatarum Lege, ipsis, eorumque Posteritati benigne confirmavimus, atque in codicem aliarum ejusdem Principatus Nostrí, Partiumque eidem incorporatarum publicarum Legum, & Constitu-

stitutionum relata, tam Nos ipsi observabimus, quam per
 alios quoscunque Fideles Nostros observari curabimus.
 Quemadmodum acceptamus, approbamus, ratificamus,
 roboramusque, et confirmamus, harum Nostrarum vigore,
 et Testimonio Litterarum mediante. Datum in Archidu-
 cali Civitate Nostra Vienna Austriæ, Die Vigesima Octava
 Mensis Novembris Anno DOMINI Millesimo Septingentesi-
 mo Nonagesimo Secundo. Imperii Nostri Romani, Regno-
 rum item Nostrorum Hæreditariorum Anno Primo.

FRANCISCVS mp.



Samuel Comes Teleki mp.

Franciscus Redly mp.

ARTICVL
DIÆTALES
ANNI
M. DCC. XCII.

NOS FRANCISCUS SECUNDUS DIVINA
FAVENTE CLEMENTIA ELECTUS Ro-
manorum Imperator Semper Augustus, Germaniæ,
Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Slavo-
niæ, Galiciæ, Lodomeriæ, Ramæ, Serviæ, Cu-
maniæ, & Bulgariæ, Rex Apostolicus, Archi-Dux
Austriæ, Dux Burgundiæ, Lotharingiæ, Styriæ,
Carinthiæ, & Carniolia; Magnus Dux Heturiæ,
Magnus Princeps Transylvaniæ, Marchio Mora-
viæ, Dux Brabantia, Limburgi, Lucemburgi, &
Geldriæ, Würtembergæ, Superioris & Inferioris
Silesiæ, Mediolani, Mantuæ, Parmæ, Placentiæ,
& Guastallæ, Osveciniæ, & Zatoriæ, Calabriæ,
Barri, Montisferrati, & Teschinæ, Princeps Sve-
viæ, & Carolopolis, Comes Habsburgi, Flandriæ,
Tyrolis, Hannoniæ, Kiburgi, Goritiæ, Gradiscæ,
&

& Sicularum, Marchio Sacri Romani Imperii, Burgoviæ, Superioris, & Inferioris Lusatiaæ, Mus-soponti, & Nomenci, Comes Namurci, Provin-ciæ Valdemontis, Albimontis, Zutphaniæ, Sar-verdæ, Salmæ, & Falkensteinii, Dominus Mar-chiæ Slavonicæ, & Mechliniæ.

Memoriæ commendamus, tenore præsentium si-gnifica tes quibus expedit universis: Quod posteaquam Nos post obitum Sacratissimi Principis Electi Romanorum Im-peratoris, Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiaæ, & Slavoniaæ, Regis Apostolici, Transylvaniæque Prin-cipis Hæreditarii, & Sicularum Comitis, LEOPOLDI SE-CUNDI Genitoris Nostri Piæ reminiscentiae desideratissi-mi, juxta Ordinem Successionis, in Sanctione pragmatica per Status, & Ordines Transylvaniæ etiam sponte, ac li-bere tenore Articulorum Novellarium 3-tii & 4-ti Anni 1744. acceptata, stabilitum, Universorum Augustæ Domus Nostræ Hæreditariorum Regnorum, & Provinciarum, in-terque illas, Magni quoque Transylvaniæ Principatus Gu-bernacula Jure Hæreditario suscepimus, ac pro paterna Nostra, erga præfatum charum Transylvaniæ Principatum, Cura, & Sollicitudine generalem Universorum Statuum, & Ordinum Trium Nationum ejusdem Principatus, & Par-tium eidem incorporatarum Diætam in Vigesimum Mensis Augusti Anni Millesimi Septingentesimi Nonagesimi Secun-di Diem. in liberam, Regiamque Civitatem Claudiopolim indiximus, Fidelesque Nostri Status, et Ordines, ibi-den simul congregati Comitiaque ad diem usque Vige-i-mum

mum Secundum Octobris dicti Anni celebrantes , post præstatum Nobis cum Alacritate , & Devotione in præsentia Regii Nostri Commissarii plenipotentiarii , ad prædicta Comitia delegati, fidelis Nostri , Nobis dilecti , Spectabilis ac Magnifici Josephi Comitis Mitrovszki , Generalis Rei Tormentariae , et Supremi Armorum per Magnum Transylvaniæ Principatum Præfecti , Fidelitatis Homagium , inter reliqua publica dicti Principatus Nostri negotia , certos etiam Articulos , communibus votis , et suffragiis conclusos condidissent , illosque penes demissam Relationem suam de dato 18. Octobris 1792. medio præfati Regii Nostri Commissarii Plenipotentiarii Nobis pro Altissima Approbatione , et Confirmatione submisserunt , Articulos præterea nonnullos ex Comitiis Anni 1791. propositos per Nos Anno 1792. clementer confirmatos , per eosdem Status , et Ordines vero , e serie reliquorum confirmatorum , et pro altissima subscriptione et Authenticatione Nobis submissorum Articulorum emissos , medio alterius demissae Representationis Suæ , de Dato 13. Octobris 1792. modificari petiissent , Nos , præcibus eorundem Statuum , et Ordinum , circa confirmationem , et modificationem dictorum Articulorum Nobis demisse relatis , pro Paterno Nostro , quo in fideles Nostros Status , et Ordines , totumque charum Nobis Transylvaniæ Principatum ducimur affecu benigne annuentes , dictos Articulos , Nobis suo modo relatos , maturo Consilio pro rei gravitate ad amissim Legum Fundamentalium perpendentes , pro Nostro , felicitatem publicam , et Commoda Magni illius Principatus promoven- di Studio , nonnullos ex illis , fine ulterioris deliberationis , ad prædictos Status , et Ordines , Regnicolaresque Deputaciones relegavimus , alios vero per Nos Clementer ratihabitos , iisdem Statibus , et Ordinibus sub nona Octobris Anni 1794. eo fine remisimus , ut illos in generali sua Congregatione perfectos , et stabilitos tandem in solita forma pro Authenticatione , et altissima Nostra subscriptione Submit- tant.

tant. Antelati demum Status et Ordines prædictos Articulos per Nos confirmatos in Generali sua Congregatio-ne ad Diem undecimum Novembbris Anni 1794. in Præ-fatam liberam Regiamque Civitatem Claudiopolim indicta acceptatos, et publicatos sub prima Aprilis Anni labentis 1795. Præsidentis Statuum, et Magistri Protonotarii Subscriptionibus munitos, demisse Nobis exhibuerunt, suppli-cantes humilime, ut Nos eosdem Articulos, omniaque, et singula in illis contenta gratos, ratos, er accepta habe-re, Regiaque Nostra Auctoritate, ratificare, roborare, et in Codicem aliarum ejusdem Principatus Nostri, Partiumque eidem incorporatarum publicarum Legum, et Constitutionum relata, tam Nos ipsis observare; quam per alios quoscun-que observari facere dignaremur. Quorum Quidem Arti-culorum tenor talis est:

A R T I C U L I.

Universorum Statuum & Ordinum trium Nationum Magni Principatus Transylva-niæ, Partiumque Regni Hungariæ eidem incorporatarum, in Generali eorundem Diæta ad Diem vigesimum · primum Mensis Augusti Anni Millesimi Septingentesimi Nonagesimi, Secundi in Liberam, Regiamque Ci-

vitatem Claudiopolim indicta, & usque ad vi-
gesimum Secundum Mensis Octobris An-
ni ejusdem continuative celebrata, conclusi.

P R A E F A T I O.

 *Oste aquam inscrutabili Divinae Majestatis Judicio vijum fu-
isset, Sacratissimum Principem Augustissimum quondam Romanorum
Imperatorem, Germanie, Hungariae, Bohemiaeque Regem, & Hæ-
reditarium Transylvaniae Principem, Divum LEOPOLDUM SE-
CUNDUM ex hac mortali vita ad eternam immortalitatis gloriae
Coronam evocare, Sacratissimusque Princeps Dominus Dominus
FRANCISCUS SECUNDUS Dei gratia Electus Romanorum Im-
perator semper Augustus, ac Germaniae, Hungariae, Bohemiaeque
Rex Apostolicus, Hæreditarius Transylvaniae Princeps, & Siculo-
rum Comes, qua altefati Augustissimi quondam Imperatoris LE-
OPOLDI SECUNDI Primogenitus filius, ex naturali immediatae
Successionis ordine, omnium Regnorum ac Provinciarum Regie
Dominus suae haereditariorum, interque illas Magni hujus quoque Prin-
cipatus Transylvaniae, & Partium Hungariae eidem incorporata-
rum, juxta Sanctionem Pragmaticam per Status quoque & Ordines
hujuscce Magni Principatus Transylvaniae, in Conformatitate Articu-
lorum Regni Hungariae Anni 1723. sponte, ac libere acceptatum,
& successive per Articulos 3-tium & 4-tum Anni 1744. Stabili-
tam, perpetuaque Lege roboratam, Regimen feliciter suscepisset,
quemadmodum in ipso statim fauissime auspiciati Regiminis suæ ex-
ordio, primas Paternæ Suae Sollicitudinis Curas eo convertit, ut
Nos fideles suos Universos Status, & Ordines medio Benigni sui
Rescripti Regii ad Regium in hoc Principatu Gubernium exarati,
de Benigna sua erga Nos propensione, conservandisque Nostris Ju-
ribus, Privilegiis, & Libertatibus, securos, & quietos redderet,
ita pro majori Regiae suæ Clementiae Argumento, Paternique sui
affe-*

affectus Documento, medio Benigni sui Rescripti Regii, die 28-va Mensis Junii Anni 1792. exarati, pro deponendo Suæ Majestati Sacratissimæ debito fidelitatis Homagio, Articulorum item Diaetatum e præcedentibus Comitiis pro altissima Confirmatione Regia substratum, & per altefutam Suam Majestatem Sacratissimam benigne confirmatorum inarticulatione, ac denique pro Systematicarum Deputationum debita Instructione, & Organisatione, aliquisque negotiis publicis Diaetaliter petractandis, generalem quoque Universorum Statuum, & Ordinum Trum Nationum Magni hujus Principatus, partiumque eidem in orporaturum Diaetam, more consueto celebrandam, ad Dicem Vigesimum Mensis Augusti, Anni Millesimi Septingentesimi Nonagesimi Secundi, in Liberam Regiamque Civitatem Claudiopolim indixit. Ad quae Generalia Comitia, Nobis frequenti numero confluentibus, posteaquam Eadem altefata Majestas, in vim, effectumque Articuli eaten is Regiae Confirmationi propositi, & a Sua Majestate Sacratissima Clementissime confirmati, quo testatum etiam redideret, Suam Majestatem Sacratissimam Populos sibi subiectos, non aliter, quam Fide, & Lige moderari velle, pro majori Constitutione nostrarum Securitate ac Firmitate, Benignum Diploma Regium Sacri Diplomatici LEOPOLDI Primi, Hungariae Regis gloriose Reminiscentiae Anno 1691 die quarta Decembribus emanati, Confirmatorum, loco solitarum a securitoriarum Litterarum Regiarum, Nobis fidelibus Suis Statibus, & Ordinibus ante Homagii præstacionem medio Commissarii Sui Regii Plenipotentiarii Comitis Josephi Mitrovszki Generalis Supremi Rei Tormentariae, Armorumque in Transylvanias Praefecti, & unius Legionis Pedestris Colonelli Proprietarii, in publicis Comitiis extradari fecisset, Nosque illud, velut radicale Conventionis inter Principatum Transylvaniae, & Divum olim Leopoldum Primum, qua Hungariae Regem, & Successores ex Augusta Domo Austrica, Hungariae Reges, Instrumentum, cum maxima animorum exultatione suscepimus, post præstitum a Nobis in præsentia antelati Regii Commissarii Plenipotentiarii, Sacratissimæ Suæ Majestati debitum fidelitatis Homagium, depositoque parte ex altera, per prælaudatum Regium Commissarium Plenipotentiarium Nominis,

& in animam altefatae Suae Majestatis Sacratissimae super Juribus, Legibus, Privilegiis, Immunitatibus, & Indultis nostris rite, sancto, & illibate conservandis, Juramento Regio inter reliqua publica Negotia in iisdem Comitiis, pertractata, certos etiam Articulos communibus suffragiis conclusos condidimus illosque penes demissam Relationem nostram de dato 18-va Octobris Anno 1792: medio praefati Regii Commissarii Plenipotentiarii pro Altissima Confirmatione; & Approbatione Regia submisimus, illisque, Articulos etiam nonnullos anni 1791 adjunximus, quos scilicet Sua Majestas Sacratissima ad demissam Statuum, & Ordinum Representationem de dato 13-tiae Octobris anni 1792. tenore Benigni Rescripti Regii die 9-na Octobris anni praeteriti 1794. pro voto Nostro Clementer modificare, & confirmare dignata est, & Nos quoque grata mente acceptavimus, Sacratissimae Suae Majestati humilime Supplicantes, ut eodem Articulos ratos, gratos, & acceptos habere, Regiaque Sua, ac Principalii Auctoritate roborare, & ratificare, & in Codicem Legum nostrarum referre, ac tam Sua Majestas Sacratissima observare, quam per alios quoscunque observari facere dignetur.

ARTICVLVS I.

De Hæreditaria Sacratissimæ Suae Majestatis in principatu Transylvaniæ Successione, receptione Homagii a Statibus, Juramenti per Suam Majestatem Satratissimam, medio Plenipotentiarii sui Regii Comissarii depositi, & benigni Diplomatis Regii Confirmatorii Sacri Diplomatis Leopoldi Primi Hungariæ Regis inarticulatione.

Sacratissimo quondam Imperatore LEOPOLDO SECUNDO hæreditario Hungariæ Rege, & Transylvaniæ Principe, ingenti subjectorum sibi Populorum luctu, ex hac vita decedente, perque mortem, & decepsum Ejus omni-

omnium Regnum, ac Provinciarum, Regiae Domus hæreditiarum, interque illas Magni etiam Transylvaniæ Principatus, et Partium Regni Hungariæ, eidem reaptarum, Regimine, juxta Sanctionem Pragmaticam, per Status, et Ordines Principatus quoque Transylvaniæ in Conformatitate Articulorum Regni Hungariæ Anni 1723. sponte ac libere acceptatam, ac successive per Articulos 3-um et 4-tum Anni 1744. stabilitam, perpetuaque Lege roboratam in gloriose regnantem Augustissimum Principem Dominum Dominum FRANCISCUM Hungariæ Regem hujus Nominis Primum, et altefati desideratissimæ reminiscentiæ LEOPOLDI SECUNDI Imperatoris, et Regis Primo-genitum Filium, naturali immediatæ successionis Ordine, Jureque hæreditario legitime devoluto, posteaquam Eadē Sacratissima Majestas, ritu Solemni, in Regem Hungariae coronatus fuisset, Universosque Status, et Ordines Trium Nationum Principatus Transylvaniæ, non solum virtute Benigni Rescripti Regii prævie cum aditu gloriosi Sui Regiminis ad Gubernium Regium exarati, de benigna erga eos propensione, Conservandisque illorum Juribus, Privilegiis, et Libertatibus in antecessum securos ac quietos reddidisset, verum etiam Benignum Diploma Regium Confirmatorium Sacri Diplomatis Leopoldi Primi Hungariæ Regis gloriosae reminiscentiæ Anno 1691 in Securitatem Jurium, et Constitutionum Principatus Transylvaniæ elargiti loco solitarum Assecratoriarum Litterarum Regiarum Statibus, et Ordinibus ante Homagii præstationem medio Commissarii Regii Plenipotentiarii Comitiis Josephi Mitrovszki Generalis Supremi Rei Tormentariae, Armorumque in Transylvania Præfeti, et unius Regiminis Pedestris Colonelli Proprietarii, in publicis Comitiis extradari fecisset, Statusque, et Ordines illud velut Conventionis inter Principatum Transylvaniæ, et Divum olim Leopol-dum Primum, qua Hungariæ Regem, et Successores ex

Augusta Domo Austriaca Hungariæ Reges, radicale Instrumentum, fidei quoque Regiae Sacramento, post præstitum prius a Statibus, et Ordinibus Homagium, medio antelau- dati Commissarii Regii Plenipotentiarii, in Animam Sacra- tissimæ Suæ Majestatis deposito roboratum, cum maxima Animorum exultatione suscepissent, Paternam hanc Sacratissimæ Suæ Majestatis Clementiam, perpetuo Fidelitatis, et æternæ gratitudinis Testimonio promerituri, solitum fi- delitatis Homagium in Præsentia Praelaudati Commis- sarii Regii Plenipotentiarii, juxta formulam Articulo 4. Anni 1744 insertam, et per eundem Regium Commissari- um Plenipotentiarium exhibitam, summa promptitudine, et exultantibus animis deposuerint, ac toties fatus quo- que Regius Commissarius Plenipotentiarius, nomine et in Animam Sacratissimæ Suae Majestatis super Legum Jurium Libertatum Immunitatumque Principatus hujus Transylva- niae ad mentem et tenorem Sacri Diplomatis LEOPOLDI- NI, per Majestatem Suam Sacratissimam recentius benignis- sime Confirmati illibata observantia, Fidei Regiæ Sacra- mentum dixisset, et Solemne super depositione Homagii authentice confectum Subsciptione singulorum in Comiti- is præsentium, Sigillisque eorum propriis, et præterea Na- tionalibus Trium Nationum roboratum Instrumentum, penes demissam Statuum Relationem Sacratissimæ Suae Ma- jestati submisisset, faustissima hæc Sacratissimæ Suae Maj- estatis in hæreditarii sui magni Principatus Transylvaniae, Partiumque Regni Hungariae eidem replicatarum Regimi- ne, successio, una cum Juramento Regio deposito, nec non Instrumentum, super Homagio Fidelitatis a Statibus, & Ordinibus præstito, confectum, in perennem testatae in hunc Principatum, benignitatis Regiæ memoriam et mutuæ inter Status, ac Sacratissimam Suam Majestatem fiduciae, amorisque contestationem, praesenti Articulo inseruntur, Benigno Diplomate Regio Confirmatorio Sacri Diploma- tis

tis LEOPOLDI Primi Hungariae Regis gloriosae reminiscentiae Anno 1691. in securitatem Jurium, & Constitutionum Principatus Transylvaniae elargiti Articulo Secundo Anni 1791. jam inserto Formula depositi Juramenti Regii, tenoris est sequentis.

Ego Josephus Comes Mitrovszki, qua ad praesentia Comitia Transylvanica, benigne denominatus Plenipotentiarius Commissarius Regius, ex speciali Mandato Suæ Majestatis Sacratissimæ, Augustissimi, ac Potentissimi Domini FRANCISCI SECUNDI, Electi Romanorum Imperatoris, Germaniae, Hungariae, Bohemiaeque Regis Apostolici, Archi-Ducis Austriae, Magni Principis Transylvaniae, et Siculorum Comitis &c. &c, Juro in animam Altefatae Majestatis Sacratissimæ, pr Deum vivum, Ejusque Sanctissimam Genitricem Virginem Mariam et omnes Santos, quod Eadem Altefata Majestas Sacratissima juxta elargitum Universis Magni hujus Principatus Transylvaniae, omnium Trium receptarum Nationum Statibus, et Ordinibus, benignum Suum assecutorium Rescriptum Regium, eosdem, cujuscunque Conditionis, omnes, et singulos, in Communi, vel Particulari, in eorum Juribus, et Privilegiis, Immunitatibus, et Indultis, rite, Sancte et illibate conservatura, nec iisdem qua qua ratione derogatura, nullumque insuper Principis boni munus intermissione sit. Ita me Deus adjuvet, et omnes Sancti.

Instrumentum autem Homagiale sequitur in hæc verba.

NOs Status, & ordines Trium Nationum Magni Principatus Transylvaniae, Partiumque Regni Hungariae eidem

eidem replicatarum Universi, ad præsentia Generalia Comitia Justu Cæfareo Regiae Majestatis Suæ, Domini Domini FRANCISCI SECUNDI, Romanorum Imperatoris, Germaniae, Hungariae hujus Nominis Primi, Apostolici, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae, Slavoniae, Galiciae item et Lodomeriae Regis, Magni Principis Transylvaniae, et Siculorum Comitis, pro Homagii depositione, aliorumque publicorum Negotiorum pertractatione, in Liberam, Regiamque Civitatem Claudiopolim, ad Festum Sancti Stephani Regis Apostolici, diem videlicet Vigesimum Mensis Augusti, Anni Millesimi Septingentesimi Nonagesimi Secundi, indicta convocati, et praesentes, ad perpetuam rei memoriam significamus Universis, praesentibus, et futuris, Quod posteaquam Sacratissimo Principe Augustissimo quondam Romanorum Imperatore, Germaniae, Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae, Slavoniae, Galiciae, item et Lodomeriae Rege Apostolicco, Magno Principe Transylvaniae, et Siculornm Comite, Domino Domino LEOPOLDO II. Patre et Praedecessore Suæ Majestatis Sacratissimæ, piae reminiscentiae desideratissimo, ingenti subjectorum sibi Populorum luctu, ex hac vita, die prima Martii Anno currente, Millesimo Septingentesimo, Nonagesimo Secundo decedente, Eadem Altefata Majestas Caesareo Regia, naturali immediate Successionis ordine, omnium Regnorum, et Provinciarum Regiae Domus Haereditarum, interque illas, Magni etiam Transylvaniae Principatus, et Partium eidem replicatarum Regimen, juxta Sanctionem Pragmaticam, per Status et Ordines Principatus quoque Transylvaniae, in Conformatitate Articulorum Regni Hungariae, Anni Millesimi Septingentesimi Vigesimi Tertii, sponte ac libere acceptatam, et successive per Articulos Tertium, et Quartum, Anni Millesimi Septingentesimi Qadragesimi Quarti stabilitam, perpetuaque Lege roboratam in Sacratissimam Sam Majestatem, qua Hungariae Regem legitime devolutum susce-

suscepisset, tametsi Eadem Majestas Sacratissima, in ipso statim feliciter auspicati Regiminis exordio, medio Benigni Rescripti Regii, ad Gubernium Regium exarati, Nos, Universos fideles Status, & Ordines, Magni Principatus Transylvaniae de benigna erga Nos propensione, Conservandisque Nostris Juribus, Privilegiis, et Libertatibus, in antecessum securos, et quietos reddidisset: nihilominus tamen, pro ampliori benignitatis Regiae, et Paterni erga Nos totumque Transylvaniae Principatum, affectus documento, Nosque Universos actiori mutuae Fiduciae Vinculo sibi devinciendi Studio, vigore Rescripti Regii, Die Vigesima Octava Junii Anni Millesimi Septingentesimi Nonagesimi Secundi emanati, et ad nos directi, Generalia quoque Trium Nationum Magni Principatus Transyvaniæ, Partiumque eidem replicatarum Comitia tam pro Fidelitatis Homagio, in praesentia Excellentissimi Domini Comitis JOSEPHI MITROVSZKI, Generalis Supremi Rei Tormentariae, Armorumque in Transylvania Praefecti, velut delegati Commissarii Regii Plenipotentiarii, deponendo, quam vero pertractandis aliis etiam publicis Negotiis, more consveto celebranda, ad festum Sancti Stephani Regis Apostolici, diem videlicet vigesimum Augusti, Anni Millesimi Septingentesimi Nonagesimi Secundi, in Liberam Regiamque Civitatem Claudiopolim indixisset, atque praelibatus Comissarius Regius Plenipotentiarius, in Sessione Nostra Comitiali, die vigesima tertia Augusti celebrata, comparendo, prius Rescriptum Regium, super Celebratione præsentium Comitiorum emanatum, subseque autem, benignissimum Diploma Regium, Confirmatorium Sacri Diplomatis Regii LEOPOLDI PRIMI Hungariae Regis gloriose reminiscentiae, Anno Millesimo Sexcentesimo Nonagesimo Primo, in Securitatem Jurium, et Constitutionum Principatus Transylvaniae elargiti, loco solitarum Assecutoriarum Litterarum Regiarum, ante Homagii præstationem publice perlegi fecisset, et extradedis-

set, Nosque illud velut Conventionis inter Principatum Transylvaniae, et Divum olim LEOPOLDUM PRIMUM, qua Hungariae Regem, Eiusque Successores, Hungariae Reges initae, radicale Instrumentum, fidei quoque Regiae Sacramento, post praestitum prius a Nobis Homagium medio Excellentissimi Domini Comitis Commissarii Regii Plenipotentiarii, in Animam Sacratissimae Suae Majestatis, deposito, roboratum, pro Nostra, charaeque Posteritatis Nostrae Securitate, cum maxima Animorum exultatione, et Communi omnium Nostrum Consensu suscepimus, paternam hanc Suae Majestatis pietatem, debito fidelitatis, et aeternae gratitudinis Testimonio promerituri, juxta Formulam Novellari Articulo quarto Anni Millesimi Septingentesimi Qadragesimi Quarti, praescriptam, et per Excel lentissimum Dominum Commissarium Regium Nobis exhibitam, solitum fidelitatis Homagium, magna promptitudine, et exultantibus Animis solemniique ritu, deposuimus, subscrisimusque universi.

(L.S.) *Georgius Comes Bánfi mp. Sacrae Cæsareo Regie Majestatis Camerarius, Consiliarius Status Actualis Intimus, Ordinis Sancti Stephani Regis Commendator, & Magni Transylvaniae Principatus, Partiumque eidem incorporatarum Gubernator Regius.*

(L.S.) *Ignatius Comes de Batthyán mp. Episcopus Transylvaniae Sacrae Cæsareo Regie, & Apostolicæ Majestatis Status, & ad Regium Magni Principatus Transylvaniae Gubernium, utrobique Consiliarius Actualis Intimus.*

- (L.S.) *Wolfgangus Liber Baro Bánffy de Losontz mp. Sacrae Cæsareo Rægiæ & Apostolicæ Majestatis Camerarius, Consiliarius Status, & Gubernialis Actualis Intimus, Ordinis Sancti Stephani Regis Commendator, & per Magnum Transylvaniæ Principatum Thesaurarius Regius, & Agazonum Regalium Magister,*
- (L.S.) *Wolfgangus Comes Kemény de Magyar Gyerð Monostor mp. Sacrae Cæsareo Regie & Apostolicæ Majestatis Camerarius, Consiliarius Status & Gubernialis, Actualis Intimus, Inclitorum Trium in M. Transylvaniæ Principatu Statuum & Ordinum Præsidens, & Pincernarum Regalium Magister.*
- (L.S.) *Comes Joannes Nepomucenus Eszterházi, de Galantha S. C. R. A. Majestatis Camerarius, Consiliarius Status & Gubernialis Actualis Intimus mp.*
- (L.S.) *Ludovicus Comes Kálnoki L. B. de Köröspatak S. C. R. & Apost. Majestatis Camerarius, & Regii M. Principatus Transylvaniæ Gubernii Consiliarius Actualis Intimus mp.*
- (L.S.) *Alexander Comes deBethlen, mp. S C. R. & Apost. Majestatis Camerarius, Consiliarius Gubernialis Actualis Intimus, & per M. Principatum Transylvaniæ Supremus Commissarius Provincialis*
- (L.S.) *David Székely de Killyén mp. Consiliarius Gubernialis Actualis Intimus, & per Incl. M. Transylvaniæ Principatum Cancellarius Provincialis.*
- (L.S.) *Joannes Gál de Hilib mp. Consiliarius Gubernialis Actualis Intimus.*

- (L.S.) *Josephus Mártonfi de Csik-Mindszent mp. Consiliarius Gubernialis Actualis Intimus, Ecclesie Cathedralis Albensis in Transylvania canonius.*
- (L.S.) *Josephus Szegedi de Szeged mp. Consiliarius Gubernialis Actualis Intimus.*
- (L.S.) *Joannes Michael Soterius de Sachsenheim mp. Consiliarius Gubernialis Actualis Intimus.*
- (L.S.) *Stephanus Koszta de Belényes mp. Consiliarius Gubernialis Actualis Intimus Transylvanicus.*
- (L.S.) *Dominicus S. R. I. Comes Teleki de Szék mp. Secretarius Gubernialis Actualis Intimus.*
- (L.S.) *Antonius Horváth de Magyar Zsákod mp. Secretarius Gubernialis Actualis Intimus.*
- (L.S.) *David Vajna de Páva mp. Secretarius Gubernialis Actualis Intimus,*
- (L.S.) *Daniel de Straussenburg mp. Secretarius Gubernialis Actualis Intimus*
- (L.S.) *Stephanus Hannenheim mp. Secretarius Gub. Actualis Intimus*
- (L.S.) *Wolfgangus Cserei de N. Ajta mp. Secretarius Gubernialis Actualis Intimus.*
- (L.S.) *Joannis Sándor de Sz. Domokos Intimus Gubernialis Secretarius mp.*
- (L.S.) *Joach. Bedeus de Scharberg Intimus Gubernialis Secretarius mp.*
- (L.S.) *Josephus Bisztrai de Eadem, Secretarius Gubernialis Actualis Intimus.*
- (L.S.) *Gregorius Comes de Bethlen mp. S. C. R. & Ap. M. Camerarius, & Régii M. Transylvanie Principatus Gubernii Secretarius Actualis Intimus.*

Paulus

- (L.S.) *Paulus Comes de Bethlen S. C. R. Apost. Majestatis Camerarius, Status Actualis & Excelsum in Magno Principatu Transylvaniae Regii Guberni Consiliarius Intimus, Inlyte Tabulae Regiae Praeses Ordinarius, & in eodem Principatu Supremus Janitorum Regalium Magister mp.*
- (L.S.) *Franciscus Csernátoni de A. Csernáton, S.C. R. & A. M. per M. Transylvaniae Principatum Partesque eidem reaiplicatas Magister Protonotarius mp.*
- (L.S.) *Joannes Cserei de Nagy Ajta mp. S. C. R. & A. Majestatis per Magnum Transyl. Principatum, partesque eidem reaiplicatas Magister Protonotarius.*
- (L.S.) *Ladislaus Türi de Sarkad, Magister Protonotarius mp.*
- (L.S.) *Sigismundus Comes Haller de Hallerkö S. C. R. Apost. Majestatis Camerarius, I. Tabulae Regiae Iudicariæ Transylvanicæ Actualis Assesszor mp.*
- (L.S.) *Wolfgangus Comes de Bethlen S. C. R. Apost. Majestatis Camerarius, Inlyte Tabulae Regiae Actualis Assesszor mp.*
- (L.S.) *S. R. I. Comes Michael senior Teleki de Szék I. T. Regiae Judicariæ Actualis Assesszor mp.*
- (L.S.) *Franciscus Comes Nemes de Hidvég, I. Tabulae Regiae Actualis Assesszor mp.*
- (L.S.) *Antonius Donáth de Pálos, I. Tabulae Regiae Judicariæ Actualis Assesszor mp.*
- (L.S.) *Alexius Szentpáli de H. Sz. Pál mp Tabulae Regiae Judicariæ Actualis Assesszor.*
- (L.S.) *Comes Joannes Mikes de Zabola mp. T. Regiae Judicariæ Actualis Assesszor.*
- (L.S.) *S. R. I. Comes Ladislaus Teleki mp. S. C. R. A. Majestatis Camerarius & T. Regiae Judicariæ Actualis Assesszor.*

Samu-

- (L.S.) Samuel Iun. Bália de F. Szilvás, I. Tab. Regiae Judicarie Actualis Assessor mp.
- (L.S.) Samuel Sárofí de Poka mp. I. Tabulae Regiae Judicarie Actualis Assessor mp.
- (L.S.) Josephus Gál de Hilib, mp. Causarum Sue Majestatis Sacratissimae Publicarum, & Fiscalium Director ac T. Regiae Judicarie Assessor Actualis.
- (L.S.) Andreas Kókófi de eadem, Causarum Sue Majestatis Sacratissimae Publicarum. & Fiscalium Vice Director, & Neoresolutus I. Tabulae Regiae Actualis Assessor
- (L.S.) Georgius Aranka mp. de Zágon, I. Tabulae Regiae Judicarie Assessor Supernumerarius
- (L.S.) Josephus Thuri de Tamásfalva, mp. I. Tabulae Regiae Judicarie Assessor Supernumerarius
- (L.S.) Comes Michael Toldalagi de N. Ertse mp. I. Tabulae Regiae Judicarie Assessor Supernumerarius
- (L.S.) Ladislaus Béldi de Uzon mp. I. Tabulae Regiae Judicarie Assessor Supernumerarius.
- (L.S.) Franciscus Fekete de Frits mp. I. Tabulae Regiae Judicarie Assessor Supernumerarius.
- (L.S.) Comes Carolus Miko mp. de Hidvég I. T Tabulae Regiae Judicarie Assessor Supernumerarius.
- (L.S.) L. B. Ignatius Kemény mp. de M. Gyerő Monostor I. Tabulae Regiae Judicarie Assessor Supernumerarius.
- (L.S.) Comes Joannes Nemes mp. de Hidvég S. C. R. Apostolice Regiae Majestatis Camerarius, Consiliarius Status Actualis Intimus, & Sedis Sicalicalis Háromszék Supremus Judex Regius.
- (L.S.) L. B. Simon Kemény mp. de Gyerő Monostor C. R. & Apostolicae Majestatis Camerarius, Consiliarius Status Actualis Intimus, & Comitatus Albensis Inferioris Supremus Comes.
- (L.S.) Joannes Bornemisza L. B. de Kászon Camerarius, & Supremus Comes Comitatus Hunyad.

- (L.S.) Comes Sigismundus Kornis L. B. de Göntz - Ruszka Camerarius & Comitatus Szolnok Interioris Supremus Comes
- (L.S.) B. Antonius Josika mp. de Branyitska, Comitatus Kolos. Supremus Comes.
- (L.S.) Samuel B. Kemény mp. I. Comitatus Thordensis Supremus Comes.
- (L.S.) Comes Gabriel Haller de Hallerkö Comitatus de Küküllő, supremus Comes.
- (L.S.) Comes Sigismundus Tholdi de eadem, N. szalonta, & fekete Bátor S. C. R. A. M. Camerarius, I. item Comitatus Szolnok Mediocris supremus Comes mp.
- (L.S.) Franciscus Comes Toldalagi mp. I. Sedis Siculicalis Marus Supremus Judex Regius.
- (L.S.) Josephus Comes Nemes de Hidvég Sedis Siculicalis Aranyos Supremus Judex Regius mp.
- (L.S.) Josephus B. Nalártzi de Nalátz mp Comitatus Zaránd Supremus Comes.
- (L.S.) Andreas Türi mp. de Sarkad. I. Comitatus Albensis Superioris Supremus Comes.
- (L.S.) Ladislaus B. Bánffy de Losontz, I. Comitatus Krasznensis Supremus Comes mp.
- (L.S.) Josephus Donath de Nagy Ajta, mp. Consiliarius Aulicus, & Districtus Fogarasiensis Supremus Capitaneus.
- (L.S.) Gabriel Biro mp. de H. sz. Márton, I. Sedis Siculicalis Csik, Gyergyó, & Kászon supremus Judex Regius.
- (L.S.) Michael Katona mp. de S. Berkesz L Districtus Kovárensis supremus capitaneus.
- (L.S.) Georgius Bánffy de Losontz mp. S. C. R. A. Majestatis Colonellus, I. Comitatus Dobocensis Supremus Comes
- (L.S.) Comes Stephanus Mikes de Zabola Camer. Regalisca mp;

- (L.S.) *B. Georgius Kemény mp. de M. Gy. Monostor Regalista*
- (L.S.) *Paulus Kemény L. B. de M. Gy. Monostor, Consiliarius Aulicus, & Regalista mp.*
- (L.S.) *Abrahamus Bartsai mp. Colonellus, & Regalista*
- (L.S.) *L. B. Wolfgangus Kemény mp. Regalista.*
- (L.S.) *L. B. Alexius Bánffy mp. de Losontz Camerarius, & Regalista*
- (L.S.) *L. B. junior Josephus Bánffy de Losontz mp. Regalista.*
- (L.S.) *L. B. Joannes Bánffy mp. de Losontz. Regalista.*
- (L.S.) *Comes Samuel de Bethlen mp. Regalista.*
- (L.S.) *Comes Stephanus Toldalagi mp. de N. Ertse Regalista.*
- (L.S.) *B. Michael Inczédi de N. Várad, mp. Regalista.*
- (L.S.) *Iunior Comes Michael Teleki de Szék mp. Regalista.*
- (L.S.) *Comes Venceslaus Beldi de Uzon mp. Regalista.*
- (L.S.) *Antonius Beldi de Uzon mp. Regalista.*
- (L.S.) *Stephanus Henter de Sepsi Sz-Ivány mp. Regalista.*
- (L.S.) *Comes Sigismundus Lázár de Szárhegy mp. Regalista.*
- (L.S.) *B. Antonius Dioszegi mp. de Déés Regalista.*
- (L.S.) *Casimirus Baron de Petrithevith Horváth de Széplak Regalista, General Major, & Brigaderius.*
- (L.S.) *Josephus B. Nalártzi de Na'ártz mp. Vidue B. Josephi Nalártzi de Na'ártz, quondam Gubernialis Consiliarii, natae Comitissae Barbarae Torotzkai Plenipotentiarius.*
- (L.S.) *Josephus B. Györfi de Losád mp. Regalista.*
- (L.S.) *B. Antonius Henter, de Sepsi Sz. Ivány Regalista mp.*
- (L.S.) *Josephus B. Bornemisza Regalista mp.*
- (L.S.) *Samuel iun. Szentiváni de Sepsi Sz. Iván I. Comitatus Koslos Ordinarius Vice Comes Regalista mp.*

- (L.S.) *B. Georgius Szentkereszti de Zágon mp. Regalista*
 (L.S.) *Josephus Torma de Tsitsokeresztrur mp. Regalista*
 (L.S.) *Comes Casparus Kornis, L. B. de Göntz Ruszka Regalista.*
 (L.S.) *Ignatius Szerebai, de sz. Híromság, mp. Regalista*
 (L.S.) *Franciscus P. Horváth mp. Regalista*
 (L.S.) *Comes Daniel Bethlen mp. Regalista*
 (L.S.) *Paulus Ugron de Abrahámfalvà mp. Regalista.*
 (L.S.) *Ladislaus Tökés de Magyaros mp. Provincialis Commissarius & Regalista.*
- (L.S.) *Nicolaus Csifzár de Borbereki mp. Regalista*
 (L.S.) *B. Alexander Huszár Regalista. mp.*
 (L.S.) *Alexius Nopcsa de Felső Szilvás Regalista mp.*
 (L.S.) *B. Ladislaus Kemény mp. Regalista*
 (L.S.) *Joannes P. Horváth mp. Regalista.*
 (L.S.) *Nicolaus P. Horváth de Széplak mp. Regalista.*
 (L.S.) *Michae! Torma de Csitsó Keresztrur mp. Regalista.*
 (L.S.) *Michael Berzentzei de Görgény Sz. Imre mp. Regalista.*
 (L.S.) *Paulus Matskási de Tinková mp. Regalista.*
 (L.S.) *Alexius de Sombor mp. Regalista.*
 (L.S.) *Stephanus Gál de Hilib, & in Kis-Nyujtód mp. Regalista.*
 (L.S.) *Samuel Comes Vass mp. Regalista.*
 (L.S.) *Michael Márkos mp. Cancellariæ Regiæ Provincialis Transylvaniæ Registrator Regalista.*
 (L.S.) *Alexander B. Josintzi mp.*
 (L.S.) *B. Josephus Huszár mp. Regalista.*
 (L.S.) *Comes Wolfgangus Bethlen mp. Regalista*

-
- (L.S.) Alexander Maurer mp. de Ürmös, Regalista.
- (L.S.) B. Stephanus Josika Regalista mp.
- (L.S.) Comes Joannes Lázár Camerarius, ♂ Regalista, mp.
- (L.S.) Comes Daniel Vass de Czege Camerarius, ♂ Regalista mp.
- (L.S.) Jojekpus Eperjesi mp. Regalista.
- (L.S.) Gabriel Miksa de Diod-Váralya Regalista mp.
- (L.S.) Michael Torozkai Regalista mp.
- (L.S.) comes Antonius Haller mp. Regalista
- (L.S.) Joannes Babb mp. Episcopus Fagarasensis Regalista
- (L.S.) B. Josephus Torozkai mp. Regalista
- (L.S.) Henricus Comes Kálnoki mp. Regalista
- (L.S.) G. Teleki Ferentz Regalista mp.
- (L.S.) C. Sigismundus Kun de Osdola Regalista
- (L.S.) Comes Samuel Bethlen de Iktár Camerarius, ♂ Regalista mp.
- (L.S.) Samuel Horváth de N. Várad Regalista mp.
- (L.S.) Joannes Szilvási mp. Regalista
- (L.S.) Paulus Kendeffi de Malomvitz Regalista mp.
- (L.S.) Josephus jun. Comes Teleki mp. Regalista
- (L.S.) Comes Stephanus Haller mp. de Hallerkö Regalista
- (L.S.) Stephanus Turi de Tamásfalva Protocollista Gubernialis, ♂ Regalista mp.
- (L.S.) Georgius Matskási mp. Regalista
- (L.S.) Franciscus Matskási Regalista mp.
- (L.S.) Laurentius Mara de F. Száláspataka Regalista mp.
- (L.S.) Wolfgangus Vass mp. de Mindszent, Regii Thesaurariatus Transylvanicus Registrator, ♂ Expeditor, Regalista

- (L.S.) Comes Ignatius Kornis Regalista mp.
- (L.S.) Moyses Bartha mp. Conventus B. Mariae Virginis de Kosz-Monostra Requisitor, & Deputatus.
- (L.S.) Stephanus Fangh mp. Ecclesiæ Cathedralis Albenfis Transil. Cantor Canonicus, & Capituli ejusdem Deputatus.
- (L.S.) Alexius Lajos mp. de Szartsva Regalista
- (L.S.) Alexander Turi de Tamásfalva I. Sedis Siculicalis Miklós-vdr V. Jūdex Regius, et Regalista
- (L.S.) B. Orbán Antal Regalista mp.
- (L.S.) Ignatius Forrai L. B. de Soborsin, per legitime constitutum suum Plenipotentiarium Andream Kökösí mp. de eadem qua Regalista
- (L.S.) Stephanus Ugron de Abrahámfalva mp. Regalista.
- (L.S.) Paulus comes de Bethlen Regalista mp.
- (L.S.) comes Samuel sénior Gyulai S. C. R M. Camerarius, Ordinis Militaris Mariae Theresiae minoris Crucis Eques, Generalis Campi Marchballi Iszentenens, & unius Legionis Pedestris Proprietarius Colonellus mp.
- (L.S.) Comes Sigismundus Mikes mp. de Zabola Regalista
- (L.S.) Gregorius Marus mp. de F. Szállásapata Regalista.
- (L.S.) Antonius Hollaki mp. de K. Halmágy Regalista.
- (L.S.) Samuel Toronya mp. de Toronyfalva Regalista.
- (L.S.) Alexius Cserei mp. de N. Ajta Taxator Gubernialis, & Regalista.
- (L.S.) Alexander Gyujto de Sepsi Martonos mp. Excellentissimæ Dominae Comitissæ Anne Mikes, Viduæ B. Stephano Danielianæ Regalista, Plenipotentiarius.
- (L.S.) Comes Joannes Kendeffi de Malomváz mp. Illust. Domine Comitissæ Christinae Bethlen Viduæ Comitis Alexi Kendeffi, Consiliaris Gubernialis Regalista Plenipotentiarius.

- (L.S.) Matkasi Imre de Tinkova Regalista mp.
- (L.S.) Comes Antonius Lázár de Szárbegy Regalista mp.
- (L.S.) Samuel Filep de Deák mp. Conventus. L. M. V. de Kolos-Monostora Requisitor, & Deputatus.
- (L.S.) B. Adamus Raddák mp. Regalista.
- (L.S.) B. Nicolaus Josika de Branyitska Regalista mp.
- (L.S.) B. Balintit Josephus de Tóviss Regalista mp.
- (L.S.) Joannes junior Cserei Regalista mp.
- (L.S.) B. Daniel Vay de Vaja, Regalista mp.
- (L.S.) C. Nicolaus Bethlen de Bethlen Regalista mp.
- (L.S.) Bartsai Joannes Regalista mp.
- (L.S.) Comes Ladislauus Kun Regalista mp.
- (L.S.) B. Volfgangus Habsburgi mp. de Hadad, S.C. R. A. M. Camerarius auctor, & Regalista.
- (L.S.) Joannes Comes ac Bethlen mp. Regalis.a.
- (L.S.) Joannes Comes de Bethlen mp. qua Plenipotentiarius Ill. Comitissae Claræ Nemes, Vidua Ill. Comitis Samuelis de Bethlen Confiliarii Regii Gubernialis.
- (L.S.) Franciscus Comes Gyulai Regalista mp.
- (L.S.) Joannes B. Bornemisza qua Plenipotentiarius junioris Comitis Samuelis Gyulai Regalisæ.
- (L.S.) Grof Gyulai János mp. Regalista.
- (L.S.) Petrus Bartsai mp. Regalista.
- (L.S.) Joannes Balog mp. Regalista.
- (L.S.) Ludovicus Máriaffi de Muxa mp. Regalista.
- (L.S.) Emericus S. R. I. C. Teleki de Szék mp. Regalista.
- (L.S.) Ludovicus S. R. I. C. Teleki de Szék, S. C. R. &c. A. Majestatis Camerarius & Regalista.

- (L.S.) Joannes Sándor de Kend mp. Regalista.
- (L.S.) Ladislaus Tiéri, tanquam Consiliarii Aulici Iosephi Pelsér
⁊ Samuelis Tiéri I. Tabulae Regiae Facultariae Actuallis Assess-
foris ad quietem dispensati, utriusque Regalistæ Plenipotentiarius
mp,
- (L.S.) Ladislaus Comes Toldalagi de N. Ecclse S. C. R. & A.
Majestatis Camerarius, ⁊ Regalista mp.
- (L.S.) Wolfgangus Hollaki Regalista mp.
- (L.S.) Ni o aus Comes Vass de Tzege Regalista mp.
- (L.S.) Iosephus Comes Gyulai de Marus-Nemethi mp.
- (L.S.) Lauraus Comes de Bethlen mp. S. S. Majestatis Camer-
arius.
- (L.S.) Franciscus B. Bálintib Regalista mp.
- (L.S.) Iosephus Comes Lazár Regalista mp.
- (L.S.) B. Nicolaus Vessélényi mp.
- (L.S.) Antonius Vajna de Páva, Regalista, ⁊ Deputatus I. Co-
mitatus Albæ Infer. ⁊ ejusdem Comitatus Supremus Jud-
rium mp.
- (L.S.) Alexander Gyujto de Serfi Martonos I. Comitatus Albensis
Infer. V. Comes, ⁊ Deputatus mp.
- (L.S.) B. Martinus Vangely de Seeb rg, Regalista, ⁊ I. Comi-
tatus Albæ Superioris Deputatus mp.
- (L.S.) Wolfgangus Csongradi de Gálos Petri, I. Comitatus Al-
bensis Superioris V. Comes, ⁊ Deputatus mp.
- (L.S.) Andreas Kajza de Felsö Torja, Deputatus mp. I. Comi-
tatus Thordenfis.
- (L.S.) Gabriel Peteg de Tusnád I. Comitatus Thordenfis Deputa-
tus, ⁊ ejusdem I. Comitatus Orszárius Notarius mp.
- (L.S.) Adamus de Sombor mp. I. Comitatus Doboka D'putatus.
Iose-

- (L.S.) *Iosephus Hatfaludi* mp. de eadem *I. Comitatus Doboka Deputatus.* & ejusdem *I. Comitatus alter Supr. Iudex Nobilium.*
- (L.S.) *Ladislaus Also de Pesteny* *I. Comitatus Szolnok Interioris Supremus Iudex Nobilium,* & *Deputatus* mp.
- (L.S.) *Antonius Nemes de Cs. Mihalyfalva* *I. Comitatus Szolnok Interioris V. Comes,* & ejusdem *I. Comitatus Deputatus* mp.
- (L.S.) *Michael Kenderesi* mp. *I. Comitatus Hunyadensis Supremus Iudex Nobilium,* & *Deputatus.*
- (L.S.) *Stephanus Ponori* mp. de eadem *I. Comitatus Hunyad Ordinarius Notarius* & *Deputatus.*
- (L.S.) *Ladislaus Vay de eadem,* *I. Comitatus Kraszna Deputatus* mp.
- (L.S.) *Stephanus Kallai de Somlyo* *I. Comitatus Kraszna Deputatus* mp.
- (L.S.) *Clemens Kozma* mp. de *Kézdi Sz. Lilek,* *I. Comitatus de Zardnd Deputatus.*
- (L.S.) *Daniel Ribitzei* mp. de *Eadem,* *I. Comitatus de Zardnd Deputatus.*
- (L.S.) *Emericus Pelei* mp. de *Ér-Mindszent* *Ordinarius I. Districtus Kövár Vice Capitaneus,* & *Deputatus.*
- (L.S.) *Sigmundus Katona* mp. de *Sáros-Berkesz,* *I. Districtus Kövár Deputatus.*
- (L.S.) *Franciscus Apor* mp. de *Altiorja Regalista,* & *I. Comitatus de Küklöö Deputatus.*
- (L.S.) *Michael Földvári de Tants* mp. *I. Comitatus de Küklöö Deputatus,* & *Regalista.*
- (L.S.) *Michael Csomos* mp. de *Albis* *I. Comitatus Medioeris Szolnok* *Ordinarius Iudex Nobilium,* & *Deputatus.*

- (L.S.) Paulus Baranyai de Varad I. Comitatus Szolnok Medio-cris Ordinarius Affessor, & Deputatus mp.
- (L.S.) Alexander Fileki de Szutsák I. Comitatus Kolos Deputatus mp.
- (L.S.) Sigismundus Rettegi de Kis-Budak, I. Comitatus Kolos Deputatus mp.
- (L.S.) Michael Kundo Dályai mp. I. Sedis Siculicalis Udvarbelly Vice Judex Regius, et ejus eni Sedis Deputatus.
- (L.S.) Moyses Pálffy mp. I. sedis Siculicalis Udvarbelly Vice Judex Regius et ejusdem Sedis Deputatus
- (L.S.) Michael Matis mp. I. Sedis Siculicalis Háromszék Deputatus.
- (L.S.) Andreas Czerjek de Septi Zoltán V. Iudex Regius Sedis Septi, & Sedis Siculicalis Háromszék Deputatus mp.
- (L.S.) Michael Sándor de Sz. Domokos mp. I. Sedium Siculicalium Csik utriusque Gyergyo, & Kajzon Deputatus, & Regulista.
- (L.S.) Alexius László mp. de Alfaú I. Sedium Siculicalium Csik utriusque Gyergyo, et Kájzon Deputatus, & I. Sedis Siculicalis Gyergyo Juratus Affessor.
- (L.S.) Alexander Biró de K. Görgény I. Sedis Siculicalis Marus V. Judex R. & Deputatus mp.
- (L.S.) Carolus Abel de Székes Fejervár mp. ejusdem Sedis Marus Deputatus.
- (L.S.) David Alexius Dindár mp. S. R I. Nobilis, I. Sedis Siculicalis Aranyos Deputatus.
- (L.S.) Andreas Pálffy de Várfalva I. Sedis Siculicalis Aranyos Deputatus. mp.
- (L.S.) Ioannes Fridericus de Rosenfeld S. C. R. & A. M. Regii in Transylvania Gubernii Consiliarius, Nationis Saxonicae Consul. Prov. & Lib. Regiaeque Civitatis, & Sedis Cibiniensis Deputatus Primarius mp.

- (L.S.) Michael Branßch Civitatis, & Sedis Saxonicalis Cibiniensis Iudex mp.
- (L.S.) Ioann. Georg. Conradt mp. Senatar Cibiniensis.
- (L.S.) Michael Theophilus de Reisenfels mp. Nationis Saxonice nec non Liberæ, Regieque Civitatis ac Sedis Cibiniensis juratus Notarius Provincialis et Deputatus.
- (L.S.) Georgius ab Ehrensbild mp. Lib. Regiaeque Civitatis, & Sedis Schæsburgenis Consul, & Deputatus Primarius
- (L.S.) Petrus Leichamschneider Senator, & Deputatus Schæsburgensis mp.
- (L.S.) Andreas Enyetter mp. Senator & Deputatus Liberae Regiaeque Civitatis & Districtus Coronensis.
- (L.S.) Joannes Jacobus Milius mp. Senator, & Deputatus ejusdem Civitatis & Districtus.
- (L.S.) Marcus Tartler mp. Notarius, & Deputatus ejusdem Civitatis & Districtus
- (L.S.) Georgius Roth mp. Sedis Judex Sabæiensis.
- (L.S.) Andreas a Velthern mp. Senator & Deputatus Sabæiensis.
- (L.S.) Michael de Heyendorff Consiliarius R. Lib. Regiaeque Civitatis, Sedisque Mediensis Consul, Primarius Deputatus mp.
- (L.S.) Andreas Traugott Krausz mp. Notarius praedictæ Civitatis, & Sedis Mediensis.
- (L.S.) I. L. B.¹ de Löventhal mp. Senator, & Deputatus Bistriensis.
- (L.S.) Josephus Szeli mp. Sedis Sax. N. Sink Reg. Iudex & Deputatus.
- (L.S.) Ferd. Michael Capesius mp. Secretarius, & Deputatus Sedis Saxonicalis Nagysink.

Josephus

- (L.S.) Iosephus Frid. de Flagner mp. Sedis Sax. Rupensis Sedis Index, & Deputatus.
- (L.S.) Carolus Christianus de Steingburg mp. Sedis Sax. Rupensis Notarius, & Deputatus
- (L.S.) Michael Roth mp. Oppidi, Sedisque Sax. Mercuriensis R. Judget, & Deputatus.
- (L.S.) Simon Löv mp. Notarius & Deputatus Sedis Mercuriensis.
- (L.S.) Joannes Theodosius Albrich mp. Sedis Index & Deputatus Oppidi Sedisque Sax. Ujegyház.
- (L.S.) Joannes Michael Herberth mp. Secretarius, & ! Deputatus Sedis Saxonialis Ujegyház.
- (L.S.) Ladislaus Kászoni de Kertsed, mp. Sedis ac Oppidi Szász-Város. Actualis Index & Deputatus Primarius.
- (L.S.) Joannes Burtz mp. Senator & Deputatus ejusdem Oppidi.
- (L.S.) Samuel Enyedi de Vondtzk mp. I. Districtus Terræ Fagaras Vice Capitaneus, & Deputatus.
- (L.S.) Antonius Kiss de Zabola I. Districtus Terræ Fogaras Sedi Superioris Actualis Assessor, & Deputatus mp.
- (L.S.) Sigismundus Pap de Szathmár mp. Lib. Regiaeque Civitatis Claudiopolis Index Primarius & Deputatus mp.
- (L.S.) Ioannes Bertalan mp. Lib. Regiaeque Civ. Claudiopolis Index Regius & Deputatus
- (L.S.) Samuel Filep mp. Lib. Regiaeque Civitatis M. Vásárhelly Senator & Deputatus
- (L.S.) Iosephus Gyöngyösi mp. ejusdem Civ. M. Vásárhelly Senator & Deputatus
- (L.S.) Iosephus Koltsár de Bihar mp. Lib. Regiaeque Civ. Albo-Carolinae Senator, & Deputatus.
- (L.S.) Iosephus Both ejusdem Civ. Albæ-Carolinensis Senator, & Deputatus mp.
- (L.S.) Andreas Ambrus Iur. Lib. ac Privilegiati Op. Montani Abrud-banya Senator, & Deputatus mp.
- (L.S.) Georgius Szánto mp. ejusdem Opp. Montani Abrudbanya Iuratus Fiscalis & Deputatus

- (L.S.) *Ioannes Bogáthi de eadem Priv. Opp. Vizakna Regius Iudex & Deputatus mp.*
- (L.S.) *Ioannes Szász de Szemerja ejusdem Opp. Privilegiati Ord. narius Notarius, & Deputatus mp.*
- (L.S.) *Abrahamus Csoka de Osztanitza mp. I. Comitatus Hunyad Iuratus Ajeffor, Primarius item Iudex, & Deputatus Opp. Vajda Hunyad.*
- (L.S.) *Daniel Szöts de Körös Sedis Siculicalis Orbai Act. Ajeffor, pro nunc L. ac Priv. Opp. Kézdi Vásárhelly & Deputatus mp.*
- (L.S.) *Iosephus Kovats Priv. Oppidi Kézdi Vásárhelly Senator, & Deputatus mp.*
- (L.S.) *Franciscus Kendereš de F. Szállás-pataka mp. I. Comitatus Hunyad V. Notarius, & Oppidi Priv. Hátzeg Deputatus*
- (L.S.) *Philip. Papp alp Sebeſi de Kárán-Sebeſi mp. Ord. Notarius, Regius Perceptor, & Deputatus Priv. Opp. Hátzeg.*
- (L.S.) *Samuel Demeter de Szemerja mp. Opp. Priv. S. Szent György Notarius, & Deputatus.*
- (L.S.) *Ioannes Lörintz de All-Torja mp. R. Perceptor, Senator, & Deputatus Opp. Priv. Beretck.*
- (L.S.) *Paulus Simon mp. Deputatus Oppidi Berelzk.*
- (L.S.) *Paulus Szász Iudex Primarius Opp. Priv. Illyefalva, & Deputatus mp.*
- (L.S.) *Moyses David Oppidi Csik-Szereds Deputatus mp.*
- (L.S.) *Stephanus Juhász mp. Opp. Priv. Szék Deputatus.*
- (L.S.) *Ioannes Szathmári mp. ejusdem Oppidi Szék Deputatus.*
- (L.S.) *Nobilis Valentinus Kis mp. Oppidi Priv. Zilah Deputatus.*
- (L.S.) *Lionyfus Csürös mp. ejusdem Oppidi Deputatus.*
- (L.S.) *Antonius Aerizer mp. Opp. Priv. Kolos Deputatus.*
- (L.S.) *Michael Bálint mp. ejusdem Oppidi Deputatus*
- (L.S.) *Abrahámus Bálintfi mp. Opp. Oláhfaul Deputatus.*
- (L.S.) *Stephanus Szöts mp. ejusdem Opp. Oláhfaul Deputatus.*
- (L.S.) *Alexander Szakátsa Sandre mp. Opp. Udvarhelly Index, & Deputatus.*
- (L.S.) *Andreas Szász mp. ejusdem Udvarhelly Deputatus.*

Super qua quidem Fidelitatis Nostrae Sacramenti depositione, præsens Instrumentum Nationalium Principatus hujus Trium Sigillorum appressione, propriis manuum nostrarum Subscriptionibus, & Sigillorum singulorum appositionibus roboratum, et communitum, Sacratissimæ Cæsareo Regiae Majestati, Domino Domino Nostro Clementissimo præsentandum, in tesseram, et testimonium perpetuæ devotionis, et subjectionis Nostræ exhibemus. In Libera Regiaque Civitate Claudipoli Die Vigesima tertia Mensis Augusti, Anno Millesimo, Septingentesimo Nonagesimo Secundo, Die Generalis Cogregationis Nostræ Secunda.



Georgius Comes Bánffy mp. *Gubernator.*

Wolfgangus C. Kemény mp. *Statuum Præsidens.*

Franciscus Csernátoni Magister *Protonotarius.* mp.

Ioannes Cserei mp. Magister *Protonotarius.*

Ladislaus Turi mp. Magister *Protonotarius.*

ARTICVLVS II.

De procurando effectu Sententiarum, per Judicia hæreditariarum Provinciarum Germanicarum contra Incolas Transylvanios in iisdem Provinciis paratas Pecunias mutuo, aut Merces, vel alias res ad creditum accipientes, seque Iurisdictioni eorundem Fororum scripto, vel facto sponte subjicientes latarum.

Iquidem sensu Legum Patriarum Contractus Contrahentes tibus legem ponant, frustraque fierent legitimæ obligationes, nisi illae debitum quoque sortirentur effectum, Justitia insuper, & mutuum inter ditiones hæreditarias commercium, quod sine securitate Crediti subsistere nequit, exigat, ut sua Contractibus legitime initis fides conitet, et eorundem executio autoritate judicaria procuretur, Status, et Ordines erga Benignam Suæ Majestatis Sacratissimæ propositionem, eatenus factam, statuerunt: ut tam illi, qui occasione levati cujusdam mutui, cum renuntiatione Fori proprii, alienum, sponte, et expresse recognoscunt, quam et illi, qui Societatem quæstus, cum Mercatoribus hæreditariarum Provinciarum ad Judicium Cambiale pertinentibus fecerint, Judicio Fori illius, quod sibi in obligatione delegerunt, stare, Jurisdictionesque Magni hujus Transylvaniae Principatus, Partiumque eidem adnexarum Sententias contra taliter semet obligantes quoad realitatem, et competentiam contracti debiti latae, per Fora hæreditariarum Provinciarum ad Regium in Transylvania Gubernium transcribendas, inde vero sua modalitate concernentibus Jurisdictionibus transmittendas exequi teneantur.

Ut tamen sicut una ex parte Securitati Creditorum prospicitur, ita alia ex parte fraudes præcaveantur, circa Executiones hujusmodi Sententiarum Fororum extraneorum constituitur.

1-mo: Ut id obtineat tantum in obligationibus, quæ legitime, et per tales, qui activitate fecerit obligandi gaudent, extraditae sunt, proinde Pupillorum, vel aliorum sub tutela, Curatela, aut Patria potestate positorum obligations, vim hanc nullo unquam tempore fortiantur, & si contingat penes tales Executionem tentari, comprobata coram exequente Iudice invaliditate similium obligationium, ab Executione eo facto desistatur, ac per Exequentem Judicem, Regium Gubernium pro ulteriori directione informetur. Quodsi vero Debitor ipsem nullitatis exceptionem formaverit, illam coram Foro, cui se scripto, vel facto prædeclarata ratione subjicit, comprobare obligabitur.

2-do: Jus tertii in sensu Legum Patriarum semper salvum manere debet, & si illud occasione executionis per tertium Prætendentem cum fundamento insinuatum fuerit, Triumphans, et Executionem perragi curans extraneus (peracta prævie Executione) coram Exequente Judice, cautionem fundi præstare, et obligationem assummere teneatur, quod in casum comprobandi coram legalibus Magni hujus Principatus Judiciis, Juris alieni, vel prioritatis, seu ex ætate obligatorialium, sive ex intabulatione, aut ipsa rei natura promanantis, satisfactorius sit.

3-tio: Peragenda in Bonis immobilibus Executio, pignus tantum judiciale sapiat, ita quidem; ut Bona Nobilitaria quandocunque, fundi vero Civiles, juxta Statuta Locorum Municipalia relui possint.

4-to: Remedium Repulsionis quoque locum habeat, si Repellens coram Executore Iudice errorem in re, vel in persona edocere valeat.

5-tio: Ut de movenda Lite constare possit, et ne quis for-

forte penes fictas, aut jam depuratas 'Obligationales coram forte extraneo impetus periculum substantiae suæ subeat, evocatio ad fora concernentia hæreditariarum Provinciarum instituenda, cum præfixione competentis termini, qui considerata hujus Principatus distantia, semestri brevior esse non debet, per eadem concernentia Fora, Regio in Transylvania Gubernio transcribatur, ac per Ragium Gubernium medio Officiola-tus Comitatum, Districtum, Sedium Siculicalium, aut Saxonicalium, vel Civitatum, seu Oppidorum, in quo Debitor residet, sua modalitate, sine mora Debitori notificetur, et de facta Evocatione literae Testimoniales per procedentes expediantur.

Vicissim sua Majestas Sacratissima benignissime dispone-re dignabitur, ut in similibus casibus reciprocatio Satisfactionis Judiciorum contra extraneos, Foris Transylvanicis, se se facto, vel scripto submittentes, in Transylvania latorum procuretur: in reliquo extra casus prædeclaratos di-positione 43-ii Art. Anni 1791 in Salvo manente.

A R T I C V L V S III.!

Equitatus Generalis Baro Vincentius a Barco in Indigenam recipitur.

¶ Am diuturna Baronis Vincentii a Barco, Equitatus Generalis, et unius Regiminis Velitum Colonelli Proprietarii Servitia, quæ is Sacratissimæ Suæ Majestatis Divis Prae-decessoribus, in diversis expeditionibus bellicis, a compluribus Annis, cum magua Nominis sui existimatione exhibuit, quam vero insignia merita, in promovenda peculia-riter in Regimine sui Nominis Nobili Juventute Transylva-nica manifestata, cordi summentes Status, eundem, Hære-dosque suos in Sexu Virili descendentes, universos, acce-dente Suæ Majestatis Sacratissimæ benigno assensu, in nu-me-

merum verorum Indigenarum Principatus hujus, erga Juramenti, Novellatibus Articulis inserti depositionem recipiunt, sperantes Eum, suosque successores utiles hujus Patriae Cives, Legumque, ac Praerogativarum Fideles Custodes futuros.

A R T I C V L V S IV.

Comes Ignatius Ybara de Arcze, S. R. I. Baro Reymundus a Serdagna, Baro Vilhelmus Ozman de Laye, Baro Franciscus Veisz, Franciscus Müller, Ignatius Sternegg, Franciscus Iosephus a Köch, Carolus Ioannes Römer, Antonius Ioannes Wolff & Iosephus Cato in Indigenas recipiuntur.

Status, et Ordines ad merita, et qualitates Comitis Ignatii Ybara de Arcze, Sacri Romani I. Baronis Reymundi a Serdagna, Baronis Vilhelmi Ozmán de Laye, Baronis Francisci Veisz, Francisci Müller, Ignatii Sternegg, Francisci Josephi a Köch, Caroli Ioannis Römer, Antonii Ioannis Wolff, et Iosephi Cato reflectentes, in recognitionem servitiorum eorundem, et laudabilem qualitatum, quibus in promovendis publicis, et privatorum commodis, bono exemplo aliis praeiverunt, animosque Civium sibi devixerunt, eosdem Comitem Ignatium Ybara de Arcze, S. R. I. Baronem Reymundum a Serdagna, Baronem Vilhelimum Ozman de Laye, Baronem Franciscum Veisz, Franciscum Müller, Ignatium Sternegg, Franciscum Iosephum a Köch, Carolum Ioannem Römer, Antonium Ioannem Wolff, et Iosephum Cato, horumque Hæredes, et Successores in recta linea descendentes, Status, et Ordines, accedente Suae Majestatis Sacratissimae benignissimo annutu, in Indigenas erga consuetam Iuramenti depositionem, Baronem quidem Reymundum a Serdagna erga persolutionem Taxæ, reliquos vero sine Taxa recipiunt, sperantes Status et Ordines, eosdem gratos, et utiles Patriae Cives, Legumque ejusdem fideles observatores futuros.

CON-

C O N C L U S I O.

Nos itaque dictorum Fidelium Nostrorum Statuum, et Ordinum Trium Nationum praetacti Hæreditarii Magni Nostri Transylvaniae Principatus, partiumque Eidem incorporatarum demissa, supplicatione benigne exaudita, er faverter admissa, praescriptos Articulos prævio modo Nobis legali forma submissos, ac præsentatos, hisce Litteris Nostris de verbo ad verbum inseri, et incscribi curavimus, eosdemque Articulos, ac omnia, et singula in illis contenta ratos, gratos, et accepta habentes, eisdem Nostrum Cæsareo-Regioque Principalem Consensum benevolum, pariter et assensum præbuimus, Articulosque eosdem clementer acceptavimus, et auctoritate Nostra Cæsareo-Regioque Principali approbavimus, ratificavimus, et roboravimus, ac pro fundamentali ejusdem Principatus, partiumque incorporatarum Lege, ipsis, eorumque posteritati benigne confirmavimus, atque in codicem aliarum ejusdem Principatus Nostri, partiumque eidem incorporatarum publicarum Legum, et Constitutionum relata, tam Nos ipsis observabimus, quam per alias quoscunque fideles Nostros observari curabimus. Quemadmodum acceptamus, approbamus, ratificamus, roboramusque, et confirmamus, harum Nostrarum vigore, et Testimonio Litterarum mediante. Datum in Archi Ducali Civitate Nostra Vienna Austriae. Die Decima Sexta Mensis Novembris. Anno Domini Millesimo, Septingentesimo, Nonagesimo Quinto. Imperii Nostri Romani, Regnorum item Nostrorum Hæreditariorum Anno Quarto.

FRANCISCUS mp.

Samuel Comes Teleki mp.

Franciscus Redly mp.

I N D E X
NOVELLARIUM
ARTICULORUM, DIETA-
LI U M.

Ab

Anno 1744. usque Annum 1792.

C o n d i t o r u m

e l a b o r a t u s

Operâ et Studio

S T E P H A N I H A L M Á G Y I
de Étfalva

Secretarii in Transylvania Gubernialis

A c t u a l i s I n t i m i

Annō Domini 1816.

C L A U D I O P O L I.

T y p i s Lycei Regii 1816.

An i m a d v e r s i o.

Qui Numeri indigitent annos, Articulos, vel Paragraphos? cuiusunque Lectori notum esse confido, id unicum, idque propter initiantes potius, quam alias animadvertisendum inveni: Voces contractas: *in Conf. Sacr. Dipl. Leop.* intelligentias esse: in Confirmatione Sacri Diplomatis Leopoldi I-mi Imperatoris. Item Litteras *a. e.* Significare: Anni ejusdem.

Imprimatur.

Claudiopoli die 26-ta Aprilis.

1816.

Stephanus Koszta. m. p.
Consiliarius Gubernialis.



INDEX

ARTICULORUM DIETALIUM.

A.

- A**bsolutionales Litteræ. — *Hie Tutorius quoad Rationes Pupillares per Gubernium Regium qualiter clargiendæ: Art. 52: anni 1791: puncto 8-vo.*
Acquisita Bôna. — *Hæc liquidatorum Ratiocinantum quando, et qualiter occupari possunt art. 51: anni 1791.*
Acta Archivorum. — *vide Archivum.*
Actio. — *de hujus incompetentiæ adducendæ, ut et meritales fundamentum cause constituentes allegationes in simplicium Exceptionum Objectionibus locum non habeant. art. 2: an. 1753. 1754: et 1755.*
Actuarius. — *hos in Comitiis agunt Protonotarii. art. 11: an. 792: puncto 1. §. e.*
— *hos in Marehalibus seu Generalibus Congregationibus agunt Notarii. art. 19. an. 1791: puncto 2.*
Actus. — *de horum sub novo Ordine Jūdicario Jos. II. Imperatoris intervenitorum legalitate. art. 39. anni. 791.*
Administratio. — *Sive Politiae, seu Instituicæ, vel Aëconomiae in administracione necessariis Officiis Indigenis Transylvanicis usurum se declarat Leop. I. Imp. in Confirmatione Sacri Diplomatis Leop. art. 2. an. 1791: puncto 5-10.*
— *hanc publicam juxta leges, et his conformes Guternii Regii Ordinationes, Universitatum item conclusa legibus, Regii item et Guberniis Ordnationibus conformia tractent officiales Comitatum Districtum Hungariorum, et Sedium Sicutiadicium. art. 12. an. 1791: puncto 4. §. c.*

INDEX ARTICULORUM DIAETALIUM.

A.

Administratio. — *Quoad hanc Politicam, Oeconomicam, et Juridicam Jurisdictiones Nationis Saxonice in legali sua activitate qualiter conservabuntur.* art. 13. anni 1791.

Administrator. — *Hos pro Comitatibus, et Districtibus, Sedibus item Siculicis Gubernator constituit.* art. 12. anni 1791. puncto 2.

Adulterator Auri. — *vide* Aurum.

Adulterinum aurum. — *vide* Aurum.

Æconomia. — *In Economicis quoad Regalia, et Fiscalia qualis ratio habebitur?* per Leop. I Imp. declaratur in Conf. Sacr. Dept. Leop. art. 2. anni 1791. puncto 4. o.

— ad hanc Administrandum necessarisi Officiis Indigenæ Transylvani Hungari, Siculi, et Saxones applicentur. ibidem puncto 510.

Aedes Sacré. — *vide* Tempa.

Ædificium. — *hæc Coloni migrare volentis per Dominum terrestrem qualia, et qualiter bonificanda.* art. 26. an 1791. puncto 7.

Ægrotus. — *His Administrandum Sacrorum sine Parochis receptarum Religionum liber fit ad quæcumque loca accessus.* art. 58. an. 1791.

Æs. — æris Fons vide Fons.

Afflumatio. — *hæc meliorationum, et Deteriorationum per Colonos factarum, quando, et quem in finem suscipienda.* art. 26. an. 1791. punc. 8.

Ætas. — *Hanc legitimam affectus quilibet Juramentum Unionis deponere debet.* art. 6. anni. 1744.

Agens. — In Valachia, et Moldavia *vide* negotiorum Gestor.

Dallya. — *Hæc Postfessio per Episcopum R. Catholicum tenta, et cum aliis bonis ad Dominium Albensem spectantibus postfessia e Rego,bro Fiscalitatum deletur, et Episcopatui addicitur. Art. 1. anni 1751.*

Damna. — *ad horum, et expensarum refusionem non extenditur pœnarum bursalium quoad Ruficos, in corporals facta commutatio. Art. 2d. anno 1791.*

Debitum. — *Hæc a Domino Terrestri contracta depurare tenetur Colonus migrare volens. art. 26. anno 1791. punto 3*

— *de his, quæ in Cambialibus Litteris fundantur. art. 37. an. 1791.*

— *hæc tunc activa, quam passiva Pupillorum qualiter conscribenda. art. 52. c. c. punto A.*

Debreczinum. — *Hic quævis Beneficia, ac bona sive Privatis, sive Civitati, et Communitati, ac Cœtibus, sive, unicuique ex receptis Religionibus addictæ Ecclesiæ, Parochiæ, vel Scholæ data confirmantur. In Sacr. Dipl. Leop. art. 2. anni 1791. punto 2-d.*

Decimæ. — *Ab harum Fisco alias Competentium præstatione Ferrum, et hoc ignobiliora Metalla eximuntur. art. 1. an. 1747.*

— *hæc ex Auro, aliisque metallis Plumbo scilicet: et Mercurio &c. Fisco Regio præstari debent. art. 9. an. 1747.*

— *hæc, ut et quævis beneficia, et Bona sive Privatis, sive Civitatibus, et Communitatibus, et Cœtibus, sive cuiuscunque ex receptis Religionibus ad dictæ Ecclesiæ, Parochiæ, vel Scholæ tum in Transylvania quam partibus Regni Hungariae in Sicilia, vel Debreczino datæ, et Donatæ configuntur. In Sacr. Dipl. Leop. Cons. art. 2. an. 1791. punto 2-do.*

— *ex his inter Saxones, ex earundem Arenda in Comitatibus, aliisque Proventibus Fiscalibus suplebuntur cetera, quæ ultra Contributionis Summam pro tempore belli, aut Pacis Stabilitati, pro defensione Patriæ requiruntur. Ibidem. punto 12-mo.*

— *ab harum præstatione Siculi exempti sunt. Ibidem. punto 14-to.*

— *hæc Dominis Terrestribus relinquuntur, Arenda tamen earundem Fisco Regio reservata. Ibidem. punto 16-to.*

— *quoad harum præstationem præscriptum. Art. 2. Apr. Conf. P. 9. Tit. 5. observatur. art. 27. an. 1791.*

Decretum. — *Decretum Tripartitum Werbœzti vide Werbœzzi.*

Defectus. — *Où hunc, vel notam infidelitatis ad Fiscum Regionum devolvenda bona,*

INDEX ARTICULORUM DIETALIUM.

D..

Defectus. — *bona, benemeritis Indigenis Transylvanis; Hungarisi, nempe Siculis, et Saxonibus conferentur.* In Sacr. Dip. Leop. Conf. art. 2. an. 1791. punto 6-10.

Delatio. — *Hæ clandestinæ, et projecta Statui publico perniciosa iis, quorum interest communicentur, et accusati audiuntur.* art. 24. an. 1791.

— *hæ Anonymæ, et projecta nec apud Augustam Aulam, nec apud Dicasteria acceptentur.* Ibidem.

— *ad hanc, seu Denunciationem simplicem nullus Officialis ab Officio suo privetur, verum puncta accusatorum delato Officialis pro plena sui ex. purgatione communicentur.* art. 25. an. 1791.

— *vide, et vocem Denunciants.*

Delictum. — *horum criminalium rei, at Militiam non sunt assumendi.* art. 5. anni 1751.

— *In hujus fuitio deprehensorum, Causæ non sunt appellabiles.* art. 2. anni 1753. 1754. et 1755.

— *In his cognoscendis, et puniendis usque ad elaborandam notam in Criminalibus normam, Fora Judicaria qualiter procedant.* art. 38. an. 1791.

Denunciatio. — *vide Delatio.*

Denuncia or — Denunciants. — *Huic pretio Campionis Ordinario extradetur adulterini, et denunciati Auri tortialitas* art. 10. an. 1747.

— *huic pari ratione extradanda est tertialitas ex denuntiatis falsæ Monetæ cusionibus.* art. 12. an. 1747.

Deputatio. — *H.r. seu Commissiones Systematicæ in Comitiis ad qualia objecta ordinando.* art. 11. anni 1791. punto 3-10. §. 7.

— *hæ ex quibus Dietæ membris ordinentur.* Ibidem.

— *harum Operata Statuum Delivérationi qualiver subseruntur.* Ibidem.

— *ad hanc relegatur elaboratio novi, stabilisque Urbarii.* art. 27. an. 1791.

— *ad eandem relegatur regulatio Fororum Judicialium.* art. 32. a. e.

— *hæ, seu Commissiones Systematicæ et Gremio Statuum ad qualia Objecta ordinantur, et quæ illarum membra denominata.* art. 64. a. e.

Deputatūs. — *Hi Comitatum, et Districtum Hungaricium Sedes, item Siculicum, ac Sedes, et Districtu[m] Saxonicum. n.e non Lib. Reg. Civitatum, et Oppidorum Privilegiatorum cum quibus aliis constituant Dietam.* art. 11. an. 1791. punto 1-10. §. a.

— *in his per Comitatus, et Sedes Siculicu[m] eligendis quales desiderantur qualitates.* Ibidem §. c.

INDEX ARTICULORUM DIETALIUM.

D.

Desertor. — *Hoc, Agyrtas, aut alios Delinquentes, et vagabundos, nisi et ipsi Metallurgiae dedisti sint, quounque sub Praefectu in Tutelam suam accipere, aut profugis subditis sub nomine Metalli Fosforis, aut aucti quovis titulum Asilum dare non audeant Urbaratii.* art. 4. anni 1747.

— *Milites Desertores* *vide Miles.*

Deterioratio. — *Hæ per Colonum migrare volentem factæ Domino Terrefacti qualiter bonificandæ?* art. 26. an. 1791 §. 7. et 8.

— *harum, ut et Meliorationum per Colonos factarum æximatio quando, et quem in finem suscipienda?* Ibidem §. 8

— *harum per injuriam temporum factarum bonificationem Domino Terrefacti præfate non tenetur Colonus migrare volens.* Ibidem.

Dixia — *vide Comitia.*

Dileurich. — *S. R. I. Fugies, et liber Biru Fridericus Wilhelmus in Indigenam Transilvaniæ recipitur* art. 7 anni 1751.

Differencia. — *Hæ inter Dominum Terrefactum, et Colonum migrare voluntem ob non explicitas migrationis Conditiones subortæ, qualiter dirimantur?* art. 26. an. 1791 §. 5.

Dignitas. — *Hæ, ut et Donationales, Collationes, Privilegia, Armales, Tulli, Officii, &c Hungarice Regum, similiter, et omnium a tempore separatae ab Hungaria Transylvanicæ Principum cuiuscunque datæ confirmantur.* In Sacr. Dipl. Leop. Conf. art. 2. an. 1791. p[ro]m[ulg]atio 2 do.
— *ad has ante solitus ex Indigenarum Transylvanicarum Nobilium, et Procerum Numero assumentur.* Ibidem p[ro]m[ulg]atio 7 mo.

Diomâl. — *Hæ Possessio per Episcopum R. Catholicum tenta, et cum aliis bonis ad Dominium Albense Spectantibus possessa e Registro Fiscalatum eximitur.* art. 1. anni 1751.

Diploma — *Leopoldinum in posterum per Successores ex Augusta Dom[ina] Austria Principes toties renovatum de novo extradetur, et juxta illud subsecuturusque Sanctiones, et affidationes Regias Principatus Transylvanicæ in Legibus Juribus, et Libertatibus suis conservetur.* art. 1. et 2. anni 1791.

— *idem per Franciscum Hungaricæ Regem qualiter confirmatum.* Art. 2. anni 1791.

— *de Juribus Lepibus Priviligiis, et Indultis Principatus Transylvanicæ Diplomatico Leopoldino illudque securis benignis Resolutionibus, et Sanctionibus*

INDEX ARTICULORUM DIÆTALIUM.

C.

Diploma. — *onibus concessis illibate conservandis etendam asecuracionem Reges Hungariae juxta Formulam Juramenti art. 1. an. 1791. insertam confirmabunt. art. 3. an. 1791.*

— *de Titulo Magni Transylvaniae Principatus et argitum quo sensu accipendum? — idem Juribus Transylvaniae derogare aut præjudicare non possit. art. 6. anni. 1791.*

— *Leopo'dini de Confirmatione editi Diplomatis Confirmatorii nova isartulatio art. 1. anni 1792.*

Diplomatica Officia. — *vide Officium.*

Directio. — *Hujus in re montanistica ordinatæ Collegium Aulicum, vide Collegium Metallurgicum*

Director. — *Hi Fodiarum, ad Fodinas privatorum Domitorum Terrestrium propriis Territoriis apertis, vel in posterum aperiendas, non alii quam qui Letteris facultatibus a Judicio Montanistico et argitis provisi fuerint, adiutendi sunt. art. 1. an. 1791.*

— *Supradictus Status Director Vajvoda dictus, vide Vajvoda, et Gubernator.*

Dispensatio. — *Ab harum Matrimonialium impetracionis necessitate, in quibus gradibus dispensantur Reformatæ, Augustinæ, et Unitarie Religioni addicti. art. 59 anni 1791.*

— *hujus intuiti Catolici in præhabito usu permaneant. Ibidem.*

Districtus. — *Horum Hungaricalium, et Saxonicalium Deputati cum quibus aliis constituent Dietam, seu Comitia. art. 11. an. 1791. puncto 1. §. a)*

— *in his de Universitatibus Activitate earundemque Congregationibus, modo item et Ordine tractandorum negotiorum. art. 12. an. 1791.*

— *horum Praetoria vide Praetorium.*

— *horum Officiales, juxta quallem Instructionem procedant, et publicam administrationem qualiter tractent. art. 12. anni 1791. puncto 4.*

— *in his ad Officia qualiter fiat Eleæcio. Ibidem. §. ult.*

— *horum Saxonorum Communitates, in legali Diplomatique Leopoldino Conformi Statu qualiter conservabuncur. art. 13. an. 1791.*

Disuniti. — *Hi Popæ Valachici in delicto adulterationis Auri, et argenti a Foro, et Canonis Privilegio exciussi habentur. art. 5. anni 1753. 1754. et 1755.*

— *horum Religioni liberum Religionis exercitium qualiter concessum, art. 60. anni 1791.*

— *hi adinflas reliquorum Incolarum tractentur. Ibidem.*

INDEX ARTICULORUM DIAETALIUM.

D.

Disunitus Episcopus. — *Ab hoc per Regiam Majestatem denominando dependent Valachi Graeci Ritus Disuniti.* art. 60. anni 1791.

Diversorum. — *Hæc pro benevole recipiendis, et iusta pecunia, et pretio cibandis itinerantibus a Dominis Terrestribus, et Civitatibus constituantur, gratuita viatorum visitationes sublata in Conf. Sacr. Dipl. Leop. art. 2. anni 1791. puncto 18-40.*

Dominus Terrestris. — *Hi ligna træbes, et cætera ad Fodinorum Culturam necessaria Requisita, erga iussum moderatumque præmium dare tenentur, et differentiæ ceterus enuscituræ qualiter determinantur?* art. 2. anni 1747..

— *Hi in proprio Territorio auri Lotionem, aut Fodinarum Cultivationem exercentes præter partem proportionatam sibi reservatam, reliquam Aurum erga statutum præmium ad Auri Campionem administrare tenentur.* art. 3. anni 1747.

— *his de una Rusticana Sessione vel huic æquipnando spatio 2. R. flnos, solvere tenentur Metallurgi Urburarii, et Fodinatores, si vero Sessio appertinentiata fuerit easque coiere libuerit, tunc præter Decimas alios duos R. flnos superaddere tenentur.* Ibidem.

— *his servire tenebantur extranei, si hi non autem Metallurgi, et Urburarii emerint domum aliorum migrare volentis Metallurgi, aut Urburarii in fundo per Dominum Terrestrem sibi usignata propria industria adjiciuntur.* Ibidem.

eum his nisi convenient, sub nomine Metalli Fussoris, aut quocunque sub Titulo ad monticulaturam recipere non licet profugos Jobbagiones. 4. anni. 1747.

— *Sine horum Consensu, et prævie inita Conventione subditi, seu Jobbagiones matriculae seu Registro Urburario ne inferantur.* art. 7. an. 1747.

— *his in proprio suo Territorio Auri Lotionem, vel Auri Cultivationem exercentibus proportionatam Auri quantitatem in suos usus convertere qualiter permisum est.* art. 9. an. 1747.

— *his relinquuntur Decimæ, Arenda eorum hisco Regio reservata in Conf. Sacr. Dipl. Leop. art. 52. an. 1791. puncto 16-10.*

— *his incumbit Cura Rusticæ sortis Pupillorum.* Art. 2. an. 1791. puncto 13.
— *vide et vocem Possestor.*

Domus. — *Metallurgorum, Urburatoriæ, et Fodinatorm vide Metallurgi vel Residencia Metallurgorum* Dona-

INDEX ARTICULORUM DIETALIUM.

D.

- Donatio.** — *Hæc, ut et Privilegia, Armales & Regum Hungaricæ, similiter omnium a tempore separatae ab Hungaria Transylvaniæ Principum confirmantur. In Sacr. Dipl. Leop. Conf. art. 2. an. 1791. punto 2-do.*
— *has novas elargiatur Regia Majestas illis, qui Litteralia sua occasione tumultis Valachici, aut orruptionis Turcarum amiserunt. Art. 35.*
Anni 1791.

Donatarius. — *Donatarius Nobilis vide Nobilis,*

Drombár. — *Hæc Possessio per Episcopum R. Catholicum tenta, et cum alibi Bonis ad Dominium Alberte spectantibus Possessio e Registro Fiscali. tatum deletur, et Fundationi ad intentionem seu Dotem Ecclesiæ Co- cathedralis Albo-Carolinensis a Carolo VI-to. Imperatore conditæ agre- gatur, et qua lego? art. 1. anni 1751.*

E.

Ecclesia. — *Has Catholicorum ad certa loca restringentes in Aprobatis, et Compiliatis Constitutionibus, aut alibi existentes Articuli abrogantur.*
Art. 7. anni 1744.

— *His cuicunque Religioni addictis, ut et Parochiis, vel Scholis per Reges Hungaricæ, vel post separationem Transylvaniæ ab Hungarica per Prin- cipes data, et collata, Bocca, Decimæ, ac alia beneficia confirmantur, etiam si prius ad aliquam Ecclesiam, Conventum, vel Capitulum perti- nuerint. In Sacr. Dipl. Leop. Conf. art 2. anni 1791. punto 2-do.*
— *Cathedralis Albo-Carolinensis, vide Albo-Carolina.*

Ecclesiastica. — *Fora vide Forum Ecclesiasticum.*

Ecclesiastici. — *De his in Auri, et Argenti adulteratione delinquentibus observentur jura, et leges Canonicae, ideoque Director Fiscalis secundum illas procedat in Foro competente, hac non intellectis Popis Valachorum non Unitis. art. 5. an. 1753. — 1754 — et 1755.*

Edicta. — *Per hæc, sive sic dictas Patentales Transylvania non Gubernabitur. art. 8. Anni 1791.*

Educatio. — *Hæc Pupillorum, Statui ipsorum. convenientiis instituenda. art. 52.*
anni 1791. punto 11-mo.

Educillum. — *Hoc Ius cum apud Montanisticos etiam Domino Terrestri compescere dignoscatur, tenetur idem de sufficienti liquorum specie prouidere, vel Educillum Ubcurariis in Arendam elocare. art 6. ss. 1747.*

INDEX ARTICULORVM DIETALIUM.

E.

- Electio.** — *Liberam Principum Transylvaniae Electionem statuentes Leges, Tractatus, Transactiones, et Diplomata abrogantur. art. 2. an. 1744.*
— *hujus libertas, et Conventudo quoniam Officia Consulum, et Judicium, ne similium in Civitatibus, et Oppidis per liberam Communitatuum Electionem constitui solita, in posterum etiam maneat, Confirmatione tamen Regia in finulis Casibus impetranda. In Conf. Sacr. Dipl. Leop. art. 2. an. 1791. punto 8-vo.*
— *hæc, ut et Repræsentatio ad Officia Diplomatica est Objecum Dietæ. Art. 11. anni 1791. puncta 2-10.*
— *hæc ad Officia in Comitatibus, ac Districtibus Hungaricis Sedibus item Siculicis qualiter fiat. art. 12. anni. 1791. §. ult.*
— *hanc quoad Officiales instituendam, Nationis Saxonicae Jurisdictiones in Activitate sua qualiter conservabuntur? art. 13. an. 1791.*
— *de hujus, et præsentationis jure Statibus Regni ad. Diplomatica, et Cardinalia Officia competentes. art. 20. a. e.*
— *Electione, et Candidatione Regii Gubernii restituandis de Officiis. art. 22. anni 1791.*
- Elisabethopolis.** — *Hujas Communitas in numerum Liberarum Regiarum Civitatum locorumque taxationem qualiter etupatur? Art. 61. an. 1791.*
- Emancipatio.** — *Hæc Papillorum quando, et qua ratione fiat? art. 52. an. 1791. punto 10.*
- Emptio.** — *hujus, et venditionis restitutio, aliquæ abusus in Civitatibus, et Oppidis tolluntur. art. 29. an. 1791.*
- Episcopus.** — *Episcopatus Romano-Catholicus Transylvanianus Restitutio nunquam disputabitur. art. 7; an. 1744.*
— *hunc excludentes Articuli Approbatis, et Compilatis Constitutionibus inserti, et alibi existentes abrogantur. Ibidein.*
— *per hanc ex Fundatione Caroli VI. Imperatoris tenta, et possessa bona Pars videlicet Arcis Al. Carolinentis pro Residentia Episcopi designata, cum bonis quibusdam Dominii Albenfi per Fiscum Regium Possessis et-pote Possessionibus Lalja, Stra'sa, Tate, Sóospatak, Poklos, Tótsalud, Bojána, Gaurán, Metesi, Felsö-Gáld, Diómál, Ponor, Remete, Dicmár, Portionibus item Possessionariis in Possessionibus Cságód, Marus Váradgya, Sárd, Igen, Benedek, et Borband, e Registro Fiscali litutum eximuntur, et eidem Episcopatu addicuntur. art. 1. an. 1751.*

INDEX ARTICULORUM DIÆTALIUM.

E.

- Episcopatus.** — *Fogarasiensis Episcopatus*, vide *Fogarasensis Episcopus*.
... *Episcopus Religionis Valchorum Græc. Ritus Disunitorum*, vide *Dis-*
unius Episcopus.
- Equus** — *Hi Clitellarii Metallurgorum, Urburiorum, et Fudinatorum a Con-*
tributione, et Oneribus immunes sunt. Art. 3. et 7. an. 1747.
... *horum, ac omnis generis Jumentorum, et quartiriorum Angariatio, gra-*
tuita Viatorum Visitatio a Natione Saxonica, et tota Plebe tollitur. In
Conf. Sacr. Dipl. Leop. Art. 2. an. 1791. puncto 18.vi.
- Etienne.** — *Andreas in Indigenam recipitur.* art. 63. an. 1791.
- Evocatio.** — *Hæc Incolarum Transylvanorum semet Judiciis hæreditariarum*
Germanicarum Provinciarum subjicientum qualiter fiat? art. 2. an. 1792.
- Exactio.** — *Contributionis* vide *Contributio*.
... *has in Transylvania non usitatæ Regia Majestas introduci non curabit.*
In *Conf. Sacr. Dipl. Leop.* art. 2. an. 1791. puncto 13.o.
- Exactor.** — *Horum, rationes Pupillares residentium Obligatio.* art. 52. an.
1791. puncto 8.v.
- Exceptio.** — *In horum simplicium Objectionibus Allegationes meritales funda-*
damentum Causæ constituentes locum non habeant, verum ad Causæ me-
ritum rejiciantur. art. 2 anni 1753. 1754. et 1755.
... *hæc Ordinariæ tres in salvo manent.* Ibidem.
... *hæc peremptoriales quoque suo loco, et ordine in salvo permaneant.* Ibidem.
... *penes has peremptoriales sub novo Ordine Judicio irrotulatis de Causis.*
art. 42. anni 1791.
- Executio.** — *Hæc legitimarum Sententiarum Mandatis legi non conformibus haud*
impedientur. art. 8. anni. 1791.
... *hæc in Causis Metalibus sub novo Ordine Judiciario peractæ, in suo vi-*
gore permaneant. art. 49. an. e.
... *de hac Sententiarum per Judicia hæreditariarum Provinciarum Germani-*
carum contra Incolas Transylvanos in istidem Provinciis paratas pecunias
mutuo, aut merces, vel alias res ad creditum accipientes, seque Juris
ditioni eorundem Fororum scripto, vel factio sponte subjicientes latarum
qualiter perficienda? art. 2. an. 1792.
... *hæc vigore prætectoriarum Sententiarum in bonis immobilibus peracta,*
quoad bona Nobilitaria pignus sajat, fundi civiles juxta statuta locoru-
relui possint. Ibidem.
- Executiva Potestas.** — vide *Potestas Executiva.*

INDEX ARTICULORUM DIAETALIUM.

E.

Exercitium. — *De hoc libero quatuor in Transylvania receptarum Religionum Art. 53. Anni 1791.*

— de hoc Religioni Graeci Ritus Disunitorum qualiter concessio. art. 60. a. e.

Exhibitum. — *De Exhibitis generalium Congregationum numero Chronologico per totum annum ducendo signandis, et regefstrandis. Art. 12. anni 1791. puncto 4.*

Expeditio. — *Harum Confessio in Comitiis cui incumbit, et eadem qualiter approbantur? art. 11. an. 1791. punto tertio §. m. m.*

— respectu harum Gubernijlium, aliarumque Curas ut in Officiosarum, quales dispositiones faciant Supremi Officiales, et circa eas quid agant? art. 12. an. 1791. punto I.

— eadem a Gubernio Regio non Officiolati verum Uniuersitati Comitatuum Sedium, et Districtuum inscribantur. Ibidem.

— haec, ut et Conclusa, atque Protocolla Marchilium Congregationum qualiter, et per quos expediantur. Ibidem puncto 4-to.

— in his qualibus teneat locum Lingua Hungarica aut Latina. art. 31. Anni 1791.

Expensae. — *Harum, ut et Fatigiorum refusione tenetur coram Throno Regio, seu penes Appellationem, seu penes Recursum succumbens excepto Fisco Regio. art. 2. an. 1753. 1754. et 1755.*

— *harum, et Fatigiorum refusione Fiscus non tenetur, etiamsi succumbat penes Appellationem, vel Recursum coram Throno Regio, sed usum solum. et fructuum refusione expensarum autem persolutione tunc solum, si petitorie ageret, et coram omnibus Foris succumberet. Ibidem.*

— *ad harum, et damnorum refusione obstringitur etiam Plebs Rustica licet alias non bursalibus, sed corporalibus solum poenis obnoxia. art. 28. Anni 1791.*

Externa Natio. — *vide Natio.*

Extirpatum — *Hæ in Agris, et pratis factæ Colonæ migrare volenti per Dominum Terrestrem quando bonificandæ veniant. art. 26. an. 1791. punt. 7-o*

— *hæ sine praescitu, et inductu Domini Terrestris factæ bonificandæ non sunt. Ibidem.*

— *hæ, quarum usum fructum per septennium colligit Colonus, per Dominum Terrestrum bonificandæ non sunt. Ibidem.*

— *hæ in Sylvis absque Consensu Domini Terrestris factæ Colonæ migranti bonificandæ non sunt, imo Colonus obliuidus est damna per has extirpationes factæ resarcire. Ibidem. Has*

INDEX ARTICULORUM' DIAETALIUM.

E.

Extirpatum. — *Has' facere Rustico' in' Dominorum' Terreftrium Sylvis qualiter liceat?* art. 30. an. 1791.

F.

Factum Delicti. — *vide* Delictum.

Facultas. — *Pro Cultura Fodinarum vide Fodinæ.*

Facultateræ Litteræ. — *Sine his a Domino Terreftri, vel publicis Officialibus obtinendis Colonum quempiam recipere sub qua pena, et qualiter desumenda vetitum est?* art. 26. an. 1791. punto 6.

— *Sine his recepti per Incolas, et Communitates locorum' Saxoniorum Colon' qualiter repetendi, et quali via quave cum' pena' restitutio eorum exoperanda?* ibidem

— *Sine his Servum alterius recipiens, et ad legalem repetitionem extradare nolens qua pena, et penes qualem Proctsum maledicandus?* Ibidem punto 10.

Fogarasiensis Episcopus, et Episcopatus. — *Hic' Graeci Ritus, Religioni Romano' Catholicæ vere Uniorum realiter admittus, in fundorum, Bonorum, et Beneficiorum; quæ' habet' Possessione confirmatus vivat, deletis in Contrarium seu particulariter, seu generaliter latis constitutionibus; et' Attieulis.* art. 7. An. 1743.

Fatigid; et' **Expensæ** — *vide* Expensæ

Felsö Gáld. — *Haec Possessio' per Episcopum' R. Catholicum' Transylvaniensem tenta, cum aliis Bonis ad Dominum' Fiscale Albense spectantibus e Registro Fiscalitatum eximitur, et Episcopatui addicitur.* art. 1. an. 1751.

Ferrum. — *Hoc, et isto ignobiliora Metalla a præstitione Decimarum, et Metallis alias Fisco competentium eximuntur?* art. 1. anni' 1747.

Fidejussio. — *Fidejussoria Cautio* — *vide* Cautio.

Fidelitatis Homagium. — *vide* Homagium Fidelitatis.

Filius. — *Hi Unici ad assumendam Militiam cogi; et statui' non possunt.*
Art. 5. an: 1751.

Fiscalia Bona. — *Ex horum Registro Possessiones Báts, Bogá-telke, Jegenye, Kajántó cum Prædio Tiburti, et Pago Monostor per Collégium Patrum Societas Jesu Claudiopolitanum possessæ eximuntur.* Art. 8 an. 1744.

— *ex horum Registro bona sic diæ Albensis cum' Actis Albo-Carolineis parte pro Residentia Episci assignata' seu Cupit' Bonorum; et Possessi- onibus*

INDEX ARTICULORUM DIAETALIUM.

F.

Fiscalia Bona. — *onibus* Dállya, Sírkása, Tate, Sókspatak, Poklos, Tat-falúd, Pojána, Gaurán, Metesd, Felső-Gáld, Diómal, Ponor, Remete, Drombár, *Portionibus item Possessionariis* Csögöd, Marus Váradgya, Sárd, Igen, Benedek, et Borbánd *per Episcopum Transylvanicam possesis eximuntur.* art. 1. an. 1751.

- *quoad hæc accepta Statuum informatione, qualem habitura sit Regia Majestas rationem? declaratur. In Conf. Sacr. Dipl. Leop. art. 2. an. 1791. puncto 4-to.*
- *Ex his, et Ærarii Regii mediis decernentur Stipendia Supremi Status Directoris, Consilii Intimi, et Tabulæ Judicariæ Ibidem puncto 11 o.*
- *ex his, ut et Fodinis, Decimis, Decimarum Arendis, et Tricesimis suplebuntur cætera, quæ ultra Summas Tributi pro tempore Belli, et Pacis stabilitas ad defensionem Patriæ requirerentur. Ibidem puncto 12 o.*
- *horum negotium, Contraversiarumque extenus subversantium determinatio, et jus proprietatis, perennalisque dispositionis quoad bona, et Proventus Fiscales est obiectum Diatarum. art. 11. an. 1791. puncto secundo.*

Fiscalitates — *vide proxime Bona Fiscalia.*

Fiscus. — *Hujus accessio e Fodinis in Decimarum Præstatione consistit, Ferrum nihilominus, et hoc ignobiliora Metalla a Præstatione Decimarum eximuntur. art. 1. an. 1747.*

- *huic Decimas Domini etiam Terrestres Auri Lotionem, vel Fodinae Cultivationem in Territorio suo exercentes, ex Auro invento pendere debent. Art 9. an. 1747.*
- *hujus Juribus ne præjudicet Bonorum Fiscalium Dominii Albenis a Registro Fiscalitatum exemptio, et Episcopatui R. Catholico Transylvaniensi facta Collatio. art. 1. An. 1751.*
- *hic si coram Altissimo Throno seu penes Appellationem, seu penes Recursum succumbat, quando teneantur expensas, et fatigia, vel perceptos medio tempore fructus refundere? art. 2. an. 1753. 1754. et 1755.*
- *pro hoc reservata Decimarum Arenda, Decimæ ipsæ Dominis Terrestribus relinquantur in Conf. Sacr. Dipl. Leop. art. 2. an. 1791. puncto 16 o.*

Fodinatores, Metallurgi, et Urbicarii — *vide Metallurgus.*

Fodinae. — *Has Auri, Argenti, Æris, Mercurii, Sulphuris &c. colentes, in rebus immediate ad Metallurgiam spectantibus pro prima Inßantiū Judicium Montanisticum habeant. art. 1. an. 1747.*

Mas

INDEX ARTICULORUM DIAETALIUM.

F.

- Fodinæ. — *Hus, vel novas eripendo, vel veteres collapsas restituendo solere volentes Metallurgi, seu Directores Fodinarum facultatorias Litteras a Judicio Montanistico expetant, et quo sine? art. 1. an. 1747.*
- *his in proprio Territorio apertis, vel aperiendis Domini Terræfries, Directores nonnisi facultatorii a Judicio Montanistico fine taxa elargiendis provisos admittant.* Ibidem.
- *harum Possessoribus Anni, ut vocant, liberi elargiendi.* Ibidem.
- *harum Cultivationem, aut Auri lotionem exercentes Domini Terrestres, prius proportionatam sibi reservatam Auri partem, reliquam ad Auri Campionem erga statutum pretium administrare tenentur.* art. 9. an. 1747.
- *harum Cultivationem, vel Auri lotionem in proprio Territorio exercitibus Dominis Terrestribus proportionatam Auri quantitatatem in propriis usus convertere qualiter permisum est.* Ibidem.
- *circa harum mineralium liberam Culturam, liberumque Mercatorum quæsum Comp. Conf. P. III. Titt. 9. art. unicus, circa Juventutis peregrinationem in exteris Provincias instituendam modiscatus in salvo manet.* art. 1. an. 1752.
- *ex his Salis, et Metallorum, nec non Tricesinis, Decimis, et Arendis Decimarum, aliisque Bonis Regiis, et Fiscalibus supplicabuntur, cætera, quæ ultra quantum Tributi Diplomaticum requirentur pro defensione Patriæ in Conf. Sacr. Dipl. Leop.* art. 2. an. 1791. puncto 12-o.

Forma Regiminis. — *vide Regimen.*

Forum Ecclesiasticum. — *Ad hæc relegantur Causæ, et Objecta matrimonialia sub Regimine Josephi Il di Imperatoris in Foris Sæcularibus pertractata.* art. 34. an. 1791.

Forum Hebdomadale. — *In his, et Nundinis emptionis, et venditionis Restitutio aliquæ abusus tolluntur.* art. 29. an. 1791.

Forum Judiciale. — *Hæc omnia Civilia nempe, et Ecclesiastica, atque Criminalia tam superiora, quam inferiora in legalem Diplomaticam Formam, et Activitatem restituuntur.* art. 32. an. 1791.

— *horum, et Objectorum Judicialium regulatio ad Systematicam Dputationem relegatur.* Ibidem.

— *de his Græcorum* art. 36. anni 1791.

— *coram his primæ Instantiæ sub novo ordine J. Miciario ad litis urque Contestationem perductis, seu penes exceptiones peremptoriales subsistentibus, sen vero in merito irrotulatis de Causis.* art. 41. 6. e. Coram

INDEX ARTICULORUM DIETALIUM.

F.

Forum Judiciale. — *Coram his inferioribus meritaliter, aut penes exceptiones peremptoriales decisis de Causis.* art. 42. a. c.

Fora seu Judicia Germanica. — *vide Provinciae Germanicae.*

Forum Productionale. — *Hoc quales Júdices constituant.* art. 2. an. 1753. 1754. et 1755..

— *ex hoc quales Cause sunt transmittendae ad Regiam Majestatem, et in quibus pateat Recursus.* Ibidem.

Franciscus II. Imperator. — *Hujus hereditaria in M. Transylvaniae Prinzipatu Successio stabilitur.* art. 1. anni. 1792..

— *per hunc depositum, medio Regii sui Commisarii Plenipotentiarii de Iuribus, et Privilegiis. In iuris iuribus; et indultis Transylvaniae rite, ac sancte observandis Juramentum.* Ibidem.

— *in hujus Fidelitatem de deposito per Status Transylvaniae Juramento exaratum Homagiale. Infrumentum.* Ibidem.

Franciscus Lotharingiae Dux. — *Sacratissimae Principis Mariæ Theresiae Consors in Principatu Transylvaniae a Statibus ejusdem Principatus ad Co-regentiam invitatus; oblatam Curregantiam, et Coadministrationem juxta modum formam, et Conditiones articulatiter praescriptas insituendam deposito per Plenipotentiarium Juramento spondet.* Art. 5. Anni 1744..

Fructus, — *vide Usus Fructus.*

Fundatio, et Fundatores. — *De harum ad mentem Fundatorum instituenda administratione.* art. 54. an. 1791.

Fundi Parochiales. — *Hi, ut et Templo, Turres, et Campanæ præ manibus illarum Religionum, in quarum Possessorio acte existunt, qualiter relinquantur?* art. 55. an. 1791.

— *hos, Tempisque, et Turres nulli amplius receptæ Religioni adimere licet.* Ibidem.

G.

Gólaráti. — *Joannes in Indigenam recipitur.* art. 63. an. 1791..

Gald. — *Possessio Felsö Gald.* — *vide Felsö Gald.*

Gaurán. — *Hæc Possessio per Episcopum R. Catholicum tenta; et possessio cum aliis bonis ad Dominium Fiscale Albenæ spectantibus e Registro Fiscalitatum eximitur, et Episcopatui addicitur.* art. 1. anni 1751.

Generalis Congregatio. — *vide Congregatio.*

Gene-

INDEX ARTICULORUM DIETALIUM

G.

Generalis Militiae. — *Militiae Transylvanicæ ex Indigenarum Transylvanicæ Nobilium, et Procerum numero creabitur, idem observabitur quoad alias Dignitates antea solitas. In Sacr. Dipl. Leop. Conf. art. 2. anno 1791. punto 7-mo.*

— *hoc munus quoties resarcendum venerit, Candidati pro Confirmatione Regia præsententur. Ibidem punto 8-vi.*
— *Generalis, seu Caput Germanum præsocietum Militiae, qui reciprocum cum Gubernatore, Confilio Status, et Generali Militiæ Transylvanicæ in omnibus negotiis bellicis Correspondentiam habiturus, aliis ad Statum, et Gubernium pertinentibus se non ingesturus. Ibidem, punto 17-mo.*

Germanicæ Provinciae. — *vide Provinciæ Germanicæ.*

Grecus. — *De horum Foris, et Privilegiis. art. 36. ss. 1791.*

Gravamina. — *Hæc ad Praescriptum Legum municipalium in qualibet Dieta assumentur, et pro ferenda medela Regie Majestati repræsententur. art. 10. anni 1791.*

— *horum in Communi universos Status, vel in particuliari Nationem, aut Communitatem aliquam, et respective privatas etiam Personas tangentium medela est Objectum Dietæ. art. 11. anni 1791. punto 2-do.*

Governator. — *Hujus, vel Gubernii Regii Passualibus se munire, easdem in Aulae Regiae Majestatis exhibere, ibidemque datis Reversalibus fidem, atque Securitatem de adeundis amicis duntaxat Regionibus spondere, et præstare tenetur Juventus Studiorum, et experientia Cuia in exteris peregrinari desiderans. art. 1. an. 1791.*

— *hujus munus quoties resarcendum venerit, Candidati pro Confirmatione Regia præsententur. In Conf. Sacr. Dipl. Leop. art. 2. anno 1791. punto 8 vi.*

— *huius, ut et Consilio Intimo committitur promulganda Annorum Comitiorum ad negotia publice tractanda, Justitiam administrandam, et Propositiones Regias, si quæ fuerint, intelligendas necessaria, ut et ultavalium terminorum celebratio. Ibidem punto 10-mo.*

— *huius seu Supremo Status Directori sua sit Autoritas Condicio, et Prærogativa. Ibidem punto 11 mo.*

— *hunc si quæ tannus mutare suaderet, publica tranquillitas, liberrima Statuum suffragijs pro Regia Resolutione submittenda. Ibidem.*

Huius,

INDEX ARTICULORUM DIÆTALIUM.

G.

- Gubernator.** — *Huic, ut et Consilio Intimo, ac Tabulæ Regiae Judiciariae ex mediis Ærarii Regii, et Fiscalibus congrua Stipendia decernentur.* Ibidem.
— *idem tam quoad Sacra, quam profana Juramento obstrictas sit.* Ibidem.
— *cum hoc, et Consilio Status, et Generali Militiae Transylvanicæ in omnibus negotiis bellicis Correspondentiam habiturus, aliis ad Status, et Gubernium pertinentibus negotiis se non ingesturus, Militiae præsidiatur Generalis seu Caput Germanum.* Ibidem puncto 17-mo.
— *hujus, et Consiliariorum Transylvanicorum Consilio utetur Regia Majestas Occasione Tractatum cum exteris fuscipiendorum in Negotiis Transylvanicam respicientibus, aut involventibus.* Art. 9. an. 1791.
— *idem in Comitiis quando gerit Præsidium.* Art. 11. Anno 1791. puncto 1-mo. §. c.
— *idem constituit in Comitatibus, et Districtibus Hungaricis, Sedibus item Siculicis in Vacantia Supremorum Officialium Administratores.* art. 12. an. 1791. puncto 2.
— *per hujus, aut Guberniæ, aliorumque Præpositorum denominationem restarari solitis Officiis quoque Religionum, et receptarum Nationum æqualitas observanda.* art. 22. an. 1791.

- Gubernium Regium.** — *Illud denominat in Casibus Vacantiarum pro Assessoribus Judicii Montanistici, tria idonea subjecta, eaque Thesaurariatu Regio communicando per Cancellariam Aulicam directe ad Majestatem Regiam defert.* art. 1. an. 1747.
— *coram hoc, præsente Thesaurario, tenentur semet insinuare circa Aurum Lotionem specialia Privilegia habentes,* art. 8. an. 1747.
— *hujus, vel Gubernatoris Regii Pastoralibus se munire, easdem in Aula Regiae Majestatis exhibere, ibidemque datis Reversalibus fidem, atque securitatem de adeundis amicis duntaxat Regionibus spondere, et præstare tenetur Juventus experientiae, et Studiorum Causa in exteris Provincias peregrinari anhelans.* Art. 1. anni 1752.
— *huc e Tabula Regia quales Causæ sint transmittendæ.* art. 2. an. 1753. 1754 et 1755.
— *ex hoc in Præsentiam Regiae Majestatis quæ Causæ sunt appellabiles, et in quibus patet Recursus ad Augustam Aulam.* Ibidem.
— *absque hujus, et aliorum constitutivorum Statuum in exordio Litterarum enumeratione, et absque Appressione Sigilli Gubernialis expediantur in posterum Instrumenta Homagiaña.* art. 1. an. 1791. Hujus,

INDEX ARTICULORUM DIAETALIUM.

G.

- Gubernium Regium. — *Hujus, seu Consilii Intimi Authoritas confirmatus per Leop. I. Imperatorem in Conf. Sacr. Dipl. Leop. art. 2. an. 1791. punto 4-10.*
- *In hoc, seu Consilio Intimo duodecimvirali saltem tres sint Catholici. Ibidem punto 9-10.*
- *In eodem sit Judex etiam Regius ex Natione Saxonica. Ibidem.*
- *huius seu Consilio Intimo, et Gubernatori Regio committitur promulganda annua Comitiorum ad negotia publica tractanda, justitiam administrandum, et Propositiones Regius, si que fuerint, intelligendas necessaria, ut et terminorum Octavalium Celebratio. Ibidem punto 10-mo.*
- *huius, et Supremo Status Directori, ac Tabula Regia congrua stipendia ex mediis Aerarii Regii decernentur. ibidem punto 11-mo.*
- *cum hoc seu Consilio Status, ut et Gubernatore ac Militiae Transylvanicae Generali in omnibus bellicis negotiis Correspondentiam habiturus, aliis ad Status, vel Gubernium pertinentibus negotiis se non ingesturus praescrietur Militiae Generalis, seu Coput Germanum Ibidem punto 17 o.*
- *una cum isto, qui constituant Diutam ordinarium. Art. 11. an. 1791 punto. 1-mo. § pho a.)*
- *hujus que sint Muneric partes, dum sub Diectis inter Status comparet. Ibidem § pho f. Nrō 1. 2. 3. 4.*
- *id m quomodo correspondet cum Statibus, dum ibi assidere non potest. Ibidem Nrō. 4.*
- *ab hoc edendae expeditiones, et dispositiones non Officinatui, verum Universitatii Comitatum, Sedium, et Districtuum inscribantur. art. 12. anni 1791 punto 1.*
- *hujus Eleccione, et Candidatione restaurandis de Officiis. art 22. an. 1791.*
- *ab hoc qualiter dependeant Officia Postalia. Art. 23. a. e.,*
- *in hujus Praesentiam sub novo Ordine Judiciario e Tabula Regia nondum deducitis de Causis. art 43. Anni 1791.*
- *ad hoc, vel Tabulam Regium Appellatis, ac transmissis, veteri forma perpetratatis de Causis, in quibus Litterae Transmisionales nondum exhibuita esse. art. 48. a. e*
- *huius incumbit Suprema Inspectio Pupillorum. art. 52. a. e. punct. 1.*
- *huius pro finali determinatione submittendae Rationes Pupillares. Ibidem punto 8-vo.*

INDEX ARTICULORUM DIÆTALIUM.

G.

Gubernium Regium. — *Per hoc Absolutiones Litteræ Tutoribus qualiter elargiendæ.* Ibidem.

Gymnasium. — *In horum, Templorum, Turrium, Campanarum, Cœmetiorum, Collegiorumque aðu possessorum, vel dehinc exſtruendorum usu nulla recepta Religio turbabitur.* art. 55. an. 1791.

H.

Hajdo. — *Cum his Carcerarius continuo apud domes Praetoriales Comitatum, Sedium, et Districtuum manere debet.* art. 12. an. 1791. puncto 1.

Hebdomadale Forum. — *vide Forum hebdomadæ.*

Homagiale Instrumentum. — *vide Homagium Fidelia is.*

Homagium Fidelitatis. — *Super hoc in fidelitatem Mariæ Theresiae Imperatricis deposito, Jugamentum Regnicolavum, desuperque confectum Homagiale solenne Instrumentum.* Art. 4. anni 1744.

— *ad hujus depositionem in Fidelitatem Leopoldi II. Imperatoris præstans-dam, promptitudinem suam Status, et Ordines Transylvaniae Dietabiles congregati Plenipotentiario suæ Majestatis Sacratissimæ Regio, quo sensu, et desiderio obtulerint?* art. 1. an. 1791.

— *super hoc in Fidelitatem Leopoldi II. Imperatoris per Regnicolas dopo-fito, confectum solenne Instrumentum Homagiale.* Ibidem.

— *Super hujusmodi Juramentis confienda Instrumenta Homocialis absque specifica Gubernii Regii, et aliorum Constitutivorum Statuum in exordio Litterarum enumerative, et absque appressione Sigilli Gubernialis exper-diantur.* Ibidem.

— *Istud Status, et Ordines Principatus Transylvaniae Regibus Hungariæ Regimen adeuntibus toties quoties qualiter præstare, et Instrumentum Homagiale qualiter submittere sint obstricti.* art. 4. anni 1791.

— *hujus depositionis occasione, Juramentum quoque Unicnis deponendum.* Art. 5. an. 1791.

— *istud in Fidelitatem Francisci II-di Imperatoris per Status Transylvaniae qualiter depositum.* art. 1. an. 1792.

Honores. — *vide Officium.*

Hungaria. — *Hujus Regum, et post Separationem ejusdem Transylvaniae Principum Donationes, Collationes, Privilégia Armales &c. cuiunque data, et concessa per Leopoldum I unum Imperatorem qualiter confirmata, in Sacr. Dipl. Leop. Confir.* art. 2. an. 1791. punto 2.º. Cum

INDEX ARTICULORUM DIETALIUM.

H.

Hungaria. — Cum hac eodem Imperii, et Successionis Iure tenebitur Transyl-
vania per Regium Majestatem, et Secuturos ex Domo Austriaca Prince-
cipes, et qualiter gubernabitur? art. 6. an. 1791.

— hujus Regni Nobiles in Transylvania, et vicissim Transylvanicæ Nobiles
in Hungaria pro veris Coronæ membris, et Nobilibus reputentur. art.
16. an. e.

— hujus Partes Transylvanicæ applicatae vide Partes Hungarie.

Hungarica Lingua. — vide Lingua.

Hungarus. — His, ut et Siculis, et Saxonibus Indigenis utetur Regia Ma-
jestrus in Officis sive ad Politiam, sive ad Justitiam, sive ad Oeconomi-
am administrandam necessariis. In Conf. Sacr. Dipl. Leop. art. 2. anni
1791. punto 5-to.

— iisdem predictis conferentur Bona per defectum, aut Notam infidelitatis
in Fiscum Regium devoluta. Ibidem puncto 6-to.

— Nationis in Transylvania Hungaræ Sigillum Supremus Comes Comitatus
Albae inferioris asservet. art. 11. an. 1791. punct. 3. §. n. n.

— Nationis in gremio existentium Civitatum, et Oppidorum libertates con-
firmantur: art. 13. an. 1791.

I.

Ybarra. — vide Ybara.

Iben. — In hac Possessione Portio Possessionaria per Episcopum R. Catholicum
Transylvaniensem tenta, cum aliis bonis ad Dominium Albense spectan-
tibus e Registero Fiscalitatum eximitur, et Episcopatus addicitur. art.
1. an. 1751.

Incendium. — Sylvas per incendia contra devastantes qualiter procedendum?
art. 30. anni 1791.

Immobilia Bona. — Haec liquidatorum Ratiocinantium quando, et qualiter
occupari possunt? art. 51. an. 1791.

— haec in executionibus Sententiarum per Judicia Germanicarum hæredita-
riarum Provinciarum contra Incolas Transylvanos latarum, peractis oc-
cupata, pignus tantum sapient. Art. 2. anni 1792. punto 3-to.

Impositio. — Haec pecuniarie nullæ fiant, nec Naturalium Praestationes gratis
exigantur ad Marchiales Congregationes. art. 12. an. 1791. punto 2.

INDEX ARTICULORUM DIÆTALIUM.

I.

Incolum Transylvanus. — vide Transylvanus.

- Indigena Indigenatus. — Hunc consecutus quilibet Juramentum Unionis deponere tenetur. art. 6. an. 1744. art. 5. anni 1791.*
- hujus taxa in Principatu Transylvanicæ mille Ducatos aureos constituta. art. unico. an. 1748. 1749*
- hujus Taxa per Regium Majestatem anno 1742. determinata esse innuitur. art. 9. an. 1751.*
- hunc nemo sortiri quest, nisi Taxam Indigenatus Caßæ Provinciali inferendam deponat. Ibidem.*
- His Hungaribus Siculis, et Saxonibus utetur Rezia Majestas in Officiis sive ad Politiam, sive ad Justitiam, vel Occconomiam administrandam necessariis. In Conf. Sacr. Dipl. Leop. art. 2. anni 1791. punto 5-to.*
- In horum Matriculam ad recipiendos cum Statuum Consensu exteror, salva sit Regiae Majestatis Commendatio. Ibidem.*
- his Transylvanis, Hungaris, Siculis, et Saxonibus conferentur Bona per defecum, aut Notum infidelitatis in Fiscum Regium devoluta. Ibidem. punto 6. o.*
- ex his summentur Individua ad quasvis antea solitas in Transylvania dignitates. Ibidem. punto 7. mo.*
- in hunc receptio est objectum Diætæ. art. 11. an. 1791. punto secundo.*
- hi Regni Hungariae in Transylvania, et Indigenæ Transylvanicæ in Hungaria reciproce pro talibus reputantur. art. 16. anni 1791.*
- abque hujus Taxa admitti debent Nobilioes ad Concivilitatem inter Cives. art. 19. an. e.*
- ... Indigenatum in Transylvania adeptorum Nomena:*
- 1.) *Sacr. Rom. Imp. Comites Ferdinandus, Philippus, et Cajatus Kra-kovszky a Kollowrath. Art. unico an. 1748. 1749.*
 - 2.) *Sacr. Rom. Imp. Comes Maximilianus Ulysses a Braun de Camus. art. 6 anni 1751.*
 - 3.) *Sacr. Rom. Imp. Eques L. B. Fridericus Wilhelmus de Dietherich. art. 7. an. e.*
 - 4.) *S. R. I. Eques Matheus de Beckers ab Urbach. art. 8. an. e.*
 - 5.) *Michaël Benök Secretarius Cancellarie Aulico Transylvanicæ. art. 9. an. e.*
 - 6.) *Sacr.*

INDEX ARTICULORUM DIAETALIUM.

I.

- Indigena Indigenans. — 6.) *Sacer. Rom. Imp. Comes Antonius Corsicius ab Ulfeld.* art. 2 an. 1752.
7.) *Sacer. Rom. Imp. Comes Josephus Lotharius nec non Carolus Ferdinandus, et Franciscus Hugo Konigsz g., et Rottenjels.* art. 3. an. 1752.
8.) *S. R. I. Liber Baro Curiophorus a Bartenstein.* art. 4. an. 1752.
9.) *Ignatius a Koch.* Ibidem.
10.) *Thomas Augustinus de Vöber.* Ibidem.
11.) *L. B. a Toufan.* Ibidem.
12.) *S. R. Imp. Comes Joannes Josephus Kevenhüller ab Aichelberg.* art. 5. anni 1753. 1754. 1755.
13.) *L. E. Joannes Nepom. Christiani de Rall.* art. 62. an. 1791.
14.) *Venceslaus et Antonius de Thurnfeld.* Ibidem.
15.) *Josephus de Leithner.* art. 63. anni 1791.
16.) *Franciscus Kieblin.* Ibidem.
17.) *Nicolaus Winkler.* Ibidem.
18.) *Wilhelmus Vitt.* Ibidem.
19.) *Joannes Galarati.* Ibidem.
20.) *Philippus Adamus, et Andreas Kern.* Ibidem.
21.) *Andreas Etienne.* Ibidem.
22.) *Cælestinus de Andoy.* Ibidem.
23.) *Martinus Bosnyák.* Ibidem.
24.) *L. B. Vincentius a Barkó.* Art. 3. anni 1792.
25.) *L. B. Ignatius Ybara ab Arcze.* art. 4. a. e.
26.) *L. B. Ruymundus a Serdagna.* Ibidem.
27.) *L. B. Vilhelmus Ozman de Laye.* Ibidem.
28.) *L. B. Franciscus Veisz.* Ibidem.
29.) *Franciscus Mutter.* Ibidem.
30.) *Ignatius Sterneg.* Ibidem.
31.) *Franciscus Josephus a Koch.* Ibidem.
32.) *Carolus Joannes Römer.* Ibidem.
33.) *Antonius Joannes Volf.* Ibidem.
34.) *Josephus Cato.* Ibidem.
— *Vide etiam Vocem: Civis.*

In pul-

INDEX ARTICULORUM DIAETALIUM.

I.

Inquilinus. — *Hi reales, ut et Jobbagiones sine Consensu, et Conventione cum Dominis Terrestribus prævio inita, Matriculæ, seu Registro Urburarii ne inferantur. art. 7. anni 1747.*

— *hi si sint Urburarii una cum Jobbagionibus, et Libertinis Urburariis ab extraordinariis Oneribus exempti habentur, pro capitali autem Contributione 1. R florenum tantum præfiant. Ibidem.*

Inquisitio. — *Hæc sub novo Ordine Judiciario Jos. II. Imperatoris peractæ in suo vigore relinquentur. art. 39. anni 1791.*

Instrumento Litteralia. — *Juxta hanc ipsiſ dandam procedunt singuli Comitatuum, Districtuum, et Sedium Officiales, publicamque Administrationem juxta leges, hinc conformes Gubernii Ordinationes, Universitatium item Conclusa legibus; Regiis item et Gubernialibus Ordinationibus Conformatia tractent. art. 12. an. 1791. punto 4 o.*

Instrumenta Litteralia. — *Hæc, seu Originalia, seu Traasumpta qualiter in Tabula Regia, Capitulo, vel Conventu transsummi, et ab interitu vindicari posint? art. 3. an. 1753. 1754. et 1755.*

— *illa, quorum valor et legalitas in dubio versaretur, Statibus, et Ordinibus, vel Tabulæ Regiae præsententur, pro determinatione. Ibidem.*

— *hæc, qui Occasione tumultus Valachici, vel Turcarum in hanc Patriam Irruptionis amiserunt, Regia Majestas novas Donationales elargiatur. Art. 35. anni 1791.*

— *hæc Pupillorum per quos, et qualiter regeſtranda, et per quem qua ratione conservanda. art. 52. an. 6. punto 4.*

Instrumentum Homagiale. — *vide Homagium Fidelitatis.*

Itinerans. — *Pro his benevolè recipiendis, et justa pecunia, et pretio cibaridis, a Dominis Terrestribus, et Civitatibus Diversoria constituantur. In Conf. Sacr. Dipl. Leop. art. 2. an. 1791.*

J.

Jegeuye. — *Hæc Possessio cum Possessionibus, Bárs, Rogártelk, Kájántó, Prædio item Tiburtz, et Pago Monostor per Collegium Claudiopolitanum Societatis Jesu possessa e Regeſtro Fiscalitatum eximitur. Art. 8. Anni 1744.*

INDEX ARTICULORUM DIÆTALIUM.

J.

Jesuitæ. — *Hi, seu Ordo Patrum Societatis Jesu in Fundorum, Bonorum, et Beneficiorum quæ habent, Possessione confirmati vivant, deletis in Contrarium existentibus de eorum exclusione, seu generaliter, seu specie aliter conditis articulis, et Constitutionibus, art. 7. anni 1744.*

— *horum Societatem proscriptentes, eorum Fauores notæ infidelitatis subjici entes, in Aprobatis, et Compiliatis Constitutionibus aut alibi existentes Articuli abrogantur. Ibidem.*

— *horum Collegie Claudiopolitani ad Instantiam Possessiones Bits, Hegyene, Bogartelke, Káján.ó, item Prædium Tiburz, et Pugus Monostor e Re gchio Fiscalitatum eximuntur, art. 8. An. 1744.*

Jobbagio. — *Hi profugi, Desertores, et Azyræ aliquæ delinquentes a monti cultura arcendi sunt, nisi cum Dominis Terrestribus convenient, ac ipsi Metallurgie dediti jure, secus illos repetendi jus pro Dominis Terrestribus in salvo manebit. Art. 4. an: 1747.*

— *hi sine Copsensu, et Conventione cum suis Dominis Terrestribus prævie inita Matriculæ, sou Regesiro Urburario ne inserantur, sicut et Inqui lni reales, art. 7. a. c.*

— *Hi, et Inquilini reales, si sint Urburarii una cum libertinis Urburariis ab extraordinariis Oneribus exempti habentur, pro Capitali Contributione singulum R. stremum præstant. art. 7. an. c.*

— *hujus Nomenclatio, et perpetua glebae adscriptio tollitur, et libera Colon norum Almigratio sub certis Conditionibus fiabilitur. art. 26. an. 1791.*

— *Vide reliqua sub Titulo: Colonus.*

Josephus I. Imperator. — *Hujus descendentes fratricei sexus Successores in defectu Caroii VI. Imperatoris succedent in Transylvania, illorum vero in defectu Leopoldi I. mi Imperatoris ut iusque Sexus descendentes juxta Ordinem Primogenituræ. art. 3. Anno 1744.*

Josephus II. Imperator — *Hujus absque liberorum solatio e vivis eripi per mortem, et decepsum Regimen Principatus Transylvanicæ in Leopoldum II. dum Imperatorem tanquam fratrem Germanum immediate sequentem devolvitur. Art. 1. Anni 1791.*

Iudex Nobilium. — *Horum Supremorum, ut et Vice Comitum, ac similium in Comitatibus quoad Officia per liberam Communitatum Electionem constitui solita hac libertas in posterum et am maneat, Confirmatione tamen Regia in quibusvis Casibus impertranda, In Conf. Sacer. Dipl. I. eop. art. 2. an. 1791. pundo 8 vro.*

Ex his

INDEX ARTICULORUM DIETALIUM.

J.

Judex Nobilium. — *Ex his, quis sit Vices Gerens in Vacantia, vel legali absentia Supremorum Comitum?* art. 12. an. 1791. punto 2.

... **Vice Judex Nobilium.** — *vide Vice Judex Nobilium.*

Judex Regius. — *Horum inter Sicos, et Saxones quoad Officia, per libera-ram Communitatum Elec-tionem consitui solita, haec libertas in posterum etiam maneat, Confirmatione tamen Regia in singulis Casibus impearanda.* In Confirmatione Sacr. Dipl. Leop. art. 2. an. 1791. punto 8-vo.

... **Judex Regius Cibiniensis** *vide Cibinium et Gubrium.*

... **Vice Judex Regius in Sedibus Siculicis** *vide Sub Littera V. Vice Judex Regius.*

Judicialis. — *Actus Judiciales sub Novo Ord. Judiciario Josephi II. Imperatoris interventi.* *Vide Actus.*

... **Objecta Judicialia** — *vide Objectum.*

Judiciarius. — *novus Ordo Judiciarius* *vide Ordo Judiciarius.*

... **Fora Justicia** *vide Forum.*

Judicium. — *Horum forma per leges siabilita, aut siabilienda Regia Autho-ritate non immutabitur.* art. 8. Anni 1791.

... **haec per competentes Judices** *legaliter constituendos secundum conditas, aut in futurum condendas leges, et Diplomaticam Regni Constitutionem celebrabuntur.* Ibidem.

Judicium Montanisticum. — *Hujus quae sit Activitas?* art. 2. an. 1747.

... **hujus Astestores** *quot, per quos, quomodo, et quo annuo Salario creandi sint.* Ibidem.

... **hujus Jurisdic-tio**, *vi cuius coram endem insituenda venit Actio contra Metalurgos., Urburarios, et Fodinatores delinquentes; exceptis Casibus Potentiae, criminalibus, et rem Montanisticam non concernentibus in quibus per ordinariam Jurisdictionem puniendi sunt.* art. 5. a. e.

... **ab hoc elargitis Potentialibus** *provisi Auri Lotores iudicem Privilegiis, et Immunitatibus gaudent, uti reliqui Urburarii.* art. 8. an. e.

... **coram hoc tenentur semet insinuare circa Auri lotiorum specialia Privilie-gia habentes, expost coram Gubernio Regio praesente Thesaurario.** Ibidem.

... **per huc puniantur denunciati Adulteratores Auri,** si sunt Urburarii, posse-sionati autem in suo Foro art. 10. anni 1747

... **coram hoc sistendi sunt Auri, Argenti, et Mercurii Praevaricatores, Ca-usaque corum ibidem decidenda est.** art. 11. a. e.

Hujus

INDEX ARTICULORUM DIÆTALIUM.

J.

- Judicium Montanisticum.** — *Hujus abique præscitu Aræfatio Urburariorum, et quorumlibet Laboratorum Montanisticorum in oculis Podinarum, vel viis eo devenientibus cuiuscum Maistratui prohibita est observato tamen eo, quod articulo 5 to ann. ejusdem cautum est. Art. 12. anni 1747:*
— coram hoc agantur, et decidantur omnes Controversiae, et Lites inter Urburarios, et ad rem Montanisticam spectantes Personas. art. 14. a. e.
— ab hoc Appellatio ad Thesaurarium libere pateat, et non exspectatis Literis præceptoris nemini denegari potest. Ibidem.
— apud idem tertius Assessor ex Natione Saxonica constituendus est art. 4 anni 1753. et 1754.
— apud hunc siendi, ibidemque puniendi sunt Auri, vel Argenti adulteratores, si sint Urburarii, vel hiburatores ad Officium Montanisticum pertinentes, vel loca eidem Officio subjiciunt inhabitantes. art. 5. an. 1753. 1754. et 1755.

Judicium Provinciarum Germanicarum. — vide Provinciæ Germanicæ.

Juventum. — Horum omnis generis ac signanter equorum, ut et quartiriorum angariarum, gratuita vicitatior, siliquæ abusus similes a Natione Saxonica, et Plebis Cervicibus tolluntur. In Conf. Sacr. Dipl. Leop. art. 2. anno 1791. punto 18.v.o.

Juramentum — Regnicolarum super Homagio in fidelitatem Mariæ Theresiæ Imperatricis deposito. art. 4. an. 1744.

Prætonotarius Magister. — *Horum Autoritas per Leopoldum I. Imp. confirmatur. Conf. Sacr. Dipl Leop. art. 2. an. 1791. punto 4-10.*

— *hi ex Indigenis Transylvaniæ Nobilibus constituentur, idem observabitur quoad alias dignitates antea solutas. ibid. punct. 7-mo.*

— *hoc Manus, si quando reserviendum venerit Candidati pro Confirmatione Regia præsententur. ibid. punct. 8 vo.*

— *Inter hos unus sit Catholicus. Ibidem. punto 9-no.*

Hi col-

INDEX ARTICULORUM DIETALIUM.

P.

- Protonotarius Magister. — *Mi colligunt suffragia, et vota in Comitiis.* Art. 11. an. 1791. puncto secundo.
... *Ex his Actuariorum Systematicae Deputatione Protocollo, et conclusa Dietalia in Ordinem redigentibus intersit.* Ibidem. puncto Tertio. §. i. l.)
... *ex his Actuariorum incumbit expeditionum Dietalium confectione.* Ibidem. §. m. m.)

Provincialis Cassa. — *vide Cassa Provincialis.*

Provincialis Consul. — *vide Consul.*

Provinciae Germaniae. — *Per harum Judicia latarum contra Incolas Transylvanianos in iisdem Provinciis pecunias mutuo, aut Merces, vel alias res ad creditum accipientes, seque Jurisdictioni eorumdem Fororum sponte subjicientes latarnm Sententiurn de effectu qualiter procurando?* Art. 2. Anni 1792.

Puncta Regulativa. — *Hæc Anno 1769. præscripta usque ad tempus stabiliendi fixi Urbani quoad mensuram seritiorum, et præstationum colonicium obseruantur.* art. 27. an. 1791.

Pupillus. — *De his eorumque Tutoribus.* art. 52. an. 1791.

... *horum, vel aliorum sub curatela constitutorum obligationes vim non sortiuntur.* Art. 2. anni 1792.

Q.

Quassatoria Mola. — *Hæc sive Stompa* — *vide Stompa.*

Quæstus. — *Vide Mercator item Commercium.*

R.

Rall. — *vide Christiani.*

Ratio. — *His obnoxii Dominorum Servi ad Militiam assumendum cogi vel statui non possunt.* art. 5. anni 1751.

... *huic reddendæ hard obnoxia, et flatum possessionatum non requirentia ad Officia unius etiam Sectionis Nobiliae, et Armalistarum applicentur.* art. 18. an. 1791.

... *hæc ab Officialibus, et Economicis Bona Pupillorum administrantibus per quos exigendæ, et revideendæ?* art. 52. an. e. junc. 6. 7. 8.

... *his quoad bona Pupillaria reddendis quales Tutores sunt obnoxii?* ibidem. puncto 7.

... k

He

INDEX ARTICULORUM DIETALIUM.

R,

- Rauo. — Hæ quoad Boua Pupillaria pro Finali Determinatione Gubernio Regio submittendæ. Ibidem puncto 8-vo.
... hæ post revisionem quorsum relocandæ, et aſervandæ. Ibidem.
- Ratiotinans. — De horum liquidatorum bonis qualiter occupandis? art. 51. anni 1791.
- Recepitæ Religiones. — vide Religio.
- Receptator. — Militum desertorum vide Miles.
- Riciprocatio. — Hæc quoad executionem Sententiarum per Fora Transylva- nica contra extraneos, item per Fora extranea contra Transylvanos in- colas latarum qualiter tenenda? Art. 2. anni 1792.
- Recursus. — Hic in Causis Metallurgorum e Judicio Montanistico via Ap- pellationis ad Thesauriū Regium deductis abinde ad Regiam Ma- jestatem libere pateat. art. 14. an. 1747.
--- hic e Dicacieris, et Tribunalibus Judiciariis in Transylvania superioribus in quibus Causis patet ad Regiam Majestatem, et intea quem terminum fieri debeat? art. 2. an. 1753. 1754. et 1755.
--- seu per hunc, seu per Appellationem promoveat Causam ad Thronum Regiae Majestatis in Causis Dotam Infidelitatis adhaerentibus, et aliis Criminaibus, convictus sub secura custodia maneat, vel sufficientem praefet Fideiſusoriam Cautionem. Ibidem.
--- seu penes hunc, seu penes Appellationem coram Altissimo Throno Regio succumbens tenetur expensarum, et Fatigorum usuumque, et Frustrum medio tempore perceptorum refusione excepto Fisoc Regio. Ibidem.
--- penes hunc, seu penes Appellationem coram Altissimo Throno succumbens Fiscus Frustrum saltem medio tempore perceptorum refusione tenetur, ex- pensarum vero, et Fatigorum Compensatione tunc solum, si petitor ageret, et in omnibus Foris succubisset. Ibidem.
--- hic in gravioribus ad Regem Salvus maneat. In Dipl. Leop. Conf. art. 2. an. 1791. punto 4-10.
- Reformatæ Religio. — Hujus Ecclesiæ Claudiopolitanæ Juribus, quoad Fun- dum in Pago Kolos-Monostor penes Contradiccionem poffeffum, non pra- judicetur. art. 8. anni 1744.
--- hæc, ut et Augustana ac Unitaria Religio in tertio, et quarto gradu Contra quininitatis a Necesitate impetrandarum Dispensationum Matrimo- niuum semel pro semper eximiuit art. 59. an. 1791.

Rega-

INDEX ARTICULORUM DIETALIUM,

R.

Regales Litteræ. — Penes has, seu Convocatorias medio Regii Gubernis more solito convocabuntur ad Comitia Status, et Ordines. art. 10. et 11. an. 1791.

— In his Materia saltem præcipuarum Régiarum Propositionum exprimatur. Ibidem, punto 1 mo §. d.

Regalia Bona. — vide Bona Fiscalia.

Regalitæ. — Hi per Principem qualiter denominantur, et ad Comitia quater convocantur. art. 11. anno 1791. punto 1. §. b.)

— hos quibus qualitatibus prædictis esse opporteat? Ibidem.

Regestrum. — Hec super Litteralibus Instrumentis Pupillorum qualiter, et in quot exemplaribus conficienda quorsum illocanda? Art. 32. an. 1791. punto 4 10.

Regia Propositio. — vide Propositio Règia.

Regiae Liberae Civitates. — vide Civitates.

Regium. — Hujus Forma, et Status, ut ab omnibus observetur, exigit Unio trium Nationum art. 11. anno 1791. punto secundo. §. 1-mo.

Regulativa puncta. — de Colonorum servitiis. Vide puncta Regulativa.

Religio. — Romano Catholicæ vide Catholici.

— Helveticæ Confessioni additorum; seu Reformatæ vide Reformata Religio.

— Augustanæ, vel Lutheranae; seu Evangelicæ Confessioni additorum. Vide Lutherana Religio.

— Unitaria vide Unitaria Religio.

— Græci Ritus Uvitorum vide Uniti.

— Græci Ritus non Uvitorum. vide Dissuniti.

— harum trium receptarum a Romano Catholica diversarum Jura, ac Privilégia Salva manent. art. 7. Anni 1744.

— harum 4. receptarum, Templorum item Scholarum, Parochiarum introductionis cuiuscumque Cleri, et Personarum Ecclesiasticarum in Causa nihil alterabitur. In Conf. Sacr. Dipl. Leop. Art. 2. an. 1791. punto 1.

— multo harum habito respectu in Officiis sive ad Politiam, jure Jusitiam, vel Economiam administrandam necessariis Regia Majestas utetur Indigenis Transylvanianis Hungariorum, Siculis, et Saxonibus, neque pravalebas exterræ Nationes. Ibidem. punto 5-10.

— harum Equalitas Lége præscripta in applicatione quoque Cittium obser-
vetur. art. 19. an. 1791. " k 2 Ha-

INDEX ARTICULORUM DIAETALIUM.

R.

Religio. — *Harum receptarum Competentiae, Ratio habeatur in Restauratione Diplomaticorum, et Cardinalium Officiorum art. 20. an. 1791. imo et in aliorum Officiorum. art. 22. a. e.*

— *harum Competentiae Ratio habeantur in constitutis ad Cancellarium Aulicam Consiliariis Referendariis. art. 21. a. e.*

— *ex his singulis in Candidationibus ad Officia tria Judicia dua proponeenda sunt pro Confirmatione Regia. art. 20. et 22. anni 1791.*

— *harum quatuor in Transylvania receptarum Religionum de Jurium, ac Libertatum, liberique exercitii aequalitate. Art. 53. a. e.*

— *de harum Templis, Turribus Campanis, ut et Fundis Parochialibus internis, inde ab emanatione Diplomatici Leopoldini ademitis, in statu moderno relinquendis, refundendisque quibusdam Religionibus a promissis bonificationibus. art. 55. an. e.*

— *suusvis receptae Libri Religiosi ab. que aeternis influxu libere imprimi possunt. art. 56. an. e.*

— *in alicujus receptae derogamen libris Sarcasmis, et Scornis non inserantur. Ibidein.*

— *ex harum diversarum Parentibus suscipienda Proles sexum Parentum sequantur. art. 57. a. e*

— *de harum quatuor receptarum, Parochorum libero ad quemque locum, vel Ecclesiam sine administrationum Suæ Religionis segregatis Sacerdotum accessu, liberaque mortuorum Sepultura. art. 58. a. e.*

Religiosus. — *Horum Ecclesiast. Collegia, Monasteria, ei Residentias ad certa Loca restringentes in Aprobatis, et Compillatis Constitutionibus existentes Articuli abrogantur. art. 7. an. 1741.*

Religiosi Libri. — *vide Libri.*

Remete. — *Hæc Poffessio per Episcopum Romano-Catholicum tenta cum aliis bonis ad Dominium Fiscale Albense spedientibus et Regioitu Eustalitatum eximitur; et Episcopatui addicitur. art. 1. an. 1751.*

Remuneratio Tutorum. — *vide Merces.*

Reparatio Tributi. — *vide Contributio.*

Repulsio. — *Hæc contra Executiones Sententiarum per Judicia hereditariorum Germanie, Provinciarum contra Incolas Transylvanos saturum pesagendaque modo habere possis locum? art. 2. an. 1792.*

Rescri-

INDEX ARTICULORUM DIAETALIUM.

R.

Rescriptum Aſſecuratorium. — Leopoldi II. Imperatoris de Statibus, et Dr. dinibus Transylvanice in Communi, et particulari in eorum Juribus, Legibus, Privilegiis, Immunitatibus, ac Indultis confirmandis, et ilitate conservandis. art. 1. an. 1791.

- Loco ſimilis Rescripti super observatione Sacri Diplomatis Leopoldini ante Homagii praefationem clargit soliti, pro majori Constitutionum firmitate, ac securitate ipsum Diploma Leopoldi I. an. 1691 die 4-ia Decembris emanatum confirmetur, et per Successores ex Augusta Domo Austriae Principes toties quoties ante depositionem Homagii confirmandum, Novoque Diplomati per extensem interendum extradetur. Art. 2, anni e.
- ... hujus loco confirmatur per Franciscum II. Imperatorem Diploma Leopoldi I. Imperatoris. Ibidem.
- ... hujus loco edita per Franciscum II. Imperatorem S. Diplomatis Leopoldini confirmatione deno inartientur. art. 1. an. 1792.

Residentia. — Has Religiosorum Catholicorum, ut et Ecclesias, Collegia, Monasteria ad certa loca reſtringentes in Aprobatis, et Compillatis Constitutionibus aut alibi exiſtentes articuli abrogantur. art. 3. an. 1744.

- ... haec seu habitacula Metallurgorum, Urbariorum, et Fodinatorum in Pagis, Fodinis vel Stampis proximioribus eſſe debent. art. 4. an. 1747.
- ... Eadem per Metallurgos, Urbarios, et Fodinatores, a quibus erga quid annum pretium, et cum quibus beneficiis externis haberi possint. Ibidem.
- ... Eadem ab ipsis Metallurgis, Urbariis, et Fodinatoribus ad Rusicanas Dominorum Terrefirium Sessiones, in Stompa, vel Fodinae adjacentibus Possessionibus Edificatae, quibus beneficiis, sub qua annuali Taxa teneri? an vendi? si ita quo pretio, et cui possit. Ibidem.
- ... Haec Episcopi Romano Catholicorum in parte Arcis Albo-Carolinensis designata est. art. 1. an. 1751.

Retractatio. — Haec sub Novo Ordine Judicario Josephi II. Imperatoris emanatae in suo vigore relinquuntur. art. 39. an. 1791.

Reversales. — Illos in Aula Regiae Maiestatis dare, et ope illarum Fidem, et securitatem de aedificiis amicis duntaxat Regionibus spondere, et praefiture tenetur. Juventus in exteris Provinciis Studiorum, et experientiarum Causa peregrinari desiderans. art. 1. an. 1752.

Romano Catholica Religio. — vide Catholici.

Koitenſels, et Königszeg. — vide Königszeg.

Römer

INDEX' ARTICULORUM DIAETALIUM.

R.

Römer. — Joannes in Indigenam Transylvanum recipitur. art. 4. an. 1792:
Rustica Plebs — Plebs.

Rustici. — Hi militum Veteranorum, aut Tyronum Militarium receptores,
vel occultatores quali poena afficiendi? art. 2. an. 1751.
... ht Auri, et Argenti prævaricatores in quali Foro qualiterve sint puni-
endi? art. 5. an. 1753. 1754. 1755.
-- Rusticæ sortis Pupillorum cura Dominis Terrefribus incumbit. Art. 52.
Anno 1791. puncto 13.

S.

Sacra — et Sacraenta. — Horum Ægrotis sue Religionis administrandorum
fine Parochis receptarum Religionum ad quocunque loca liber sit adi-
tus. art. 58. an. 1791.

Sacræ Ædes. — vide Tempa.

Sal. — Ex hujus, et Metallorum Fodinis Tricesimis, Decimis, Decimorum
Arendis, aliisque bonis Regis, et Fiscalibus subplebuntur cetera, quo
ultra quantum Tributi Diplomati cum requiratur ad Defensionem Pa-
triae. In Conf. Sacr. Dipl. Leop. Art. 2. an. 1791. puncto 12-mo.

Salarium. — Hoc pro Affectoribus Judicij Montaniſici ex 300. Rfinis an-
nus confixit. art. 1. an. 1747.

... hæc seu Stipendia congrua pro Supremo Status Directore, Consilio Intimo,
et Tabula Judiciaria ex mediis Ærarii Regis, et Fiscalibus decernentur.
In Conf. Sacr. Dipl. Leop. art. 2. anni 1791. punto 11-mo.

Salvus. Conductus. — vide Conductus Salvus.

Sanctio Pragmatica. — Hæc, super Hæreditaria Auguſta Domus Aſtriacæ,
utrinque Sexus Successione an. 1722, in Generalibus Comitiis acceptata,
cum subsecuta anno 1723. Regia Confirmatione, et anno 1724. in Comitiis
Generalibus publicatione pro Lege perpetua, et invariabili Articleulo inse-
ritur. art. 3. anna 1744.

... juxta hanc qualiter gubernabitur Transylvania per Regiam Majestatum,
et Successores Augusta Domo Aſtriacæ Principes, art. 6. an. 1791.

Sarcasmus. — vide Scomma.

Sard. — In hæ Possessione Portio Possessionaria per Episcopum Rom. Cath-
tenta una cum aliis bonis ad Dominium Fiscale Albense spezantibus
e Registro Fiscalitatum eximitur, et Episcopatu adlicitur. Art. 1
Anni 1751.

Saxo

INDEX ARTICULORUM DIAETALIUM.

S.

- Saxo — Saxonica Natio. — *Ex hujus parte confirmendis est tertius Auctor opus Judicium Montaniſticum. art. 4. an. 1753. 1754. 1755.*
— *hujus Municipale Jus confirmatur. In Sacr. Dipl. Leop. Confirmatione. Art. 2. an. 1791. puncto 3-tio.*
— *hac antiquis suis Privilegiis, suoque usui, et conuetudini in art. 3 tio Diplomatis Leopoldini magis cautum esse flagitante, haec difficultas qualiter complanetur? Ibid. puncto 3-tio.*
— *his, ut et Hungaris, vel Siculis Indignis videlicet Transylvanicis utetur Regia Majestas in Officiis five ad Politiam necessariis absque Religionis respectu, neque pravaeant exterorae Nationes. ibid. puncto 5 to.*
— *iisdem predictis conferentur Bona per Notam Infidelitatis, aut per defensionem in Fiscum Regium devolvenda. Ibid. puncto 6 to.*
— *inter hos quoad Judices Regios per liberam Communitatum electionem constitui solitos, haec libertas in posterum etiam maneat. Confirmatione tamen Regia in qualibet casu impetranda. Ibid. punct. 8 vo.*
— *ex hac Judge Regius Cibinieensis sit in Consilio Intimo Duodecim virall. Ibid. punc. 9 no.*
— *ab hujus, et Plebis Cervicibus per obusum inreterata gratuita Viatorum Viabilitatio, Equorum, et omnis generis Jumentorum, et Quartiriorum ariagariatio, aliquae similes abusus tolluntur. Ibid. punc. 18-vi.*
— *horum Sedium, et Districtuum Deputati cum quibus constituunt Dietam Ordinariam. Art. 11. anni 1791.*
— *hujus Sigillum Consul Provincialis assertet. art. 11. Anno 1791. puncto Tertio. §. n. n.*
— *Hujus Universitas, Sedes, Districtus, Civitates, et Oppida in statu legali, Diplomaticque Leopoldino conformi conservabuntur. art. 13. un. 1791.*
— *hujus. Cives Consilinriatum Guberniale etiam adipisci posunt, alii tantum Secretariatum. Art. 19. anni. 1791.*
— *ab incolis, et Communitatibus Saxonie Colonii non adimpletis Migrationis Conditionibus immigrantes, et sine Litteris facultatoriis Dominorum Terrestrium, vel Publicorum Officialium recepti qualiter repetendi, et quam via, qualive cum pena restitutio eorum exuperanda? art. 26. anni 1791. puncto 6 to.*

Scholæ. — *In harum, ut et Templorum, et Parochiarum in Causa nihil alterabitur. In Conf. Sacr. Dipl. Leo. art. 2. an. 1791. puncto 1-mo.*

¶

INDEX ARTICULORUM DIÆTALIUM.

S.

Scholæ. — *His, ut et Parochiis, et Ecclesiis, vel aliis quibuscumque seu privatis, seu Communitatibus et Cœtibus per Reges Hungariae, aut post Separationem per Transylvanicæ Principes collata Bona, Decimæ, aliqua beneficia per Leopoldum I. Imperatorem qualiter confirmata?* Ibidem, puncto 2-dº.

— *has prout, et Sacras Aedes, ac Turres receptis Religionibus ubicunque exstruere liberum sit.* Art. 55. an. 1791.

Scomma. — *Hec, vel Sarcasmi in olicujus Religionis receptæ derogamen libris haud inserantur.* art. 56. an. 1791.

Scriba. — *Cum his, Archivarius, aut unus ex Notariis apud Domos Prætoriales Comitatum, Districtuum, et Sedium Siculicallium labores occurrentes continuare debent.* art. 12. an. 1791. punct. 1-mo.

Secretarius — **Secretarius Gubernialis.** — *Usque adhuc Cives Liberarum Civitatum, et Oppidorum Privilegiaturum possessio[n]ati quævis ad Officia quævis admittendi sunt.* art. 19. anni. 1791. —

Sedes Saxonicæ. — *Vide Saxo.*

Sedes Siculicæ. — *In his Universitatum Activitas, modus item, et Ordo tractandorum in iis Negotiorum Publicorum præscribitur.* art. 12. an. 1791.

— *harum Officiales juxta qualem Instructionem prædant, et publicam administrationem qualiter tractent.* Art. 12. an. 1791. punct. 4-to.

— *In his qualiter sicut Ele[ct]io ad Officia?* Ibidem.

— *harum Prætoria vide Prætorium.*

Seminatura. — *Hanc Autumnalem Colonus migrare volens sub quilib[et] onere perficeret tenetur.* art. 26. anno 1791. punto 1-mo.

Sententia. — *Harum legi[n]iarum executiones mandatis legi non conformibus non impediuntur.* art. 8. an. 1791.

— *Hæc legitimè per missilia Mandata non alterabuntur, aut suspendentur.* Ibidem.

— *hæc Rerum Secularium sub Regimine Josephi II. Imperatoris per Fora Secularia in Causis Matrimonialibus latæ vigorem habeant.* art. 34. Anni 1791.

— *hæc sub Novo Ordine Judiciario Josephi II. Imperatoris latæ in suo vigore relinquuntur.* art. 39. an. 6.

— *hæc sub Novo Ordine Judiciario in Causis Metalibus latæ æque in suo vigore permaneant.* art. 49. a. 6.

De ha-

INDEX ARTICULORUM DIÆTALIUM.

S.

Sententia. — *De horum per Judicia Illeteritarum Provinciarum Germanicarum contra Incolas Transylvanos in iisdem Provinciis Germanicis, parata pecunias mutuo, aut merces, vel alias res ad creditum accipientes, seque Jurisdictioni earundem Fororum sponte subjicientes latarum effectu qualiter procurando?* art. 2. an. 1792.

Sepultura. — *Pro hac suæ Religionis Mortuorum perficienda Parochis receptarum Religionum ad quæcumque loca liber sit aditus.* Art. 58. an. 1791.

Sequestrum. — *Huic quando subjiciendæ Sylvæ.* Art. 30. an. 1791.

Serdagna. — *Liber Baro Raymundus in Indigenam Transylvanum recipitur.* Art. 4. Anni 1792.

Servitium. — *Colonorum vide Colonns.*

Servus. — *Hi, et Opifices Dominorum Domestici ex subditis eorum constantes, vel Rationibus obnoxii, ad assumendum Militiam cogi, et assum non possunt.* art. 5. an. 1751.

— *hos sine Litteris de impetrato discessu obtentis recipiens, et ad legalem repetitionem refutare nolens qua pœna, et penes quallem Processum mandandus?* art. 26. an. 1791. puncto 10-mo.

Sessio, seu Judicaria Sedes. — *In his, et quidem distinctis assumuntur Casuæ Procesuales ad cognitionem Fori Diætalis spectantes.* art. 11. an. 1791. punto Tertio. §. 6-10.

Sessio, seu Fudus. — *In his Colonialibus Coloni multiplicati, semet qualiter separare possint.* art. 26. an. 1791. puncto 4-to.

— *Unius Sessionis Nobiles vide Nobilis.*

Sicilia. — *In hac Hungariæ Regum, et post separationem Transylvaniæ, ejusdem Principum Donationes, Collationes, Privilegia, Armates, Tituli Officia, Dignitates, Decimæ etc. per Lenpoldum I. Imp. qualiter confirmata?* In Sacr. Dipl. Conf. Leop. Conf. art. 2. an. 1791. punct. 2-0.

Siculicales Sedes. — *Vide Sedes Siculicales.*

Siculus. — *His, aut Hungaris, et Saxonibus Indigenis videlicet Transylvaniis utetur Regia Majestas in Officiis sive ad Politiam, sive Justitiam, re Æconomiam administrandam necessariis, sine Religionis respectu, neque præualeant exteræ Nationes.* In Conf. Sacr. Dipl. Leop. art. 2. anni 1791. functo 5-10.

— *iisdem conferentur Bona per defactum, aut Notam Infidelitatis in Fiscum Regium devoluta.* Ibid. punct 6-10.

INDEX ARTICULORUM DIÆTALIUM.

S.

- Siculus.** — *Inter hos quoad Judices Regios per liberam Communitatum electionem constitui solitos, hæc libertas in posterum etiam maneat. Confirmatione tamen Regia semper impetranda.* Ibid. punct. 8-vo.
--- *hi ab omni Tributo, Hybernorum, et Aëtiorum molesta, Decimis, et præstationibus exempti pro tuenda Patria propriis impensis militare obstricti sunt.* Ibid. puncto 14-10.
--- *horum Sedes cum quibus constituunt Diætam Ordinariam.* art. II. an. 1791. punct. 1 mo. §. a.
--- *per horum Sedes, et Comitatus eligentis ad Comitia in Deputatis quænam qualitates desiderantur.* Ibid. puncto 1. §. c.
--- *Nationis Siculicæ Sigillum Supremus Judex Regius Sediis Udvarhelly aſſervet.* art. II. an. 1791. puncto 3-10. §. n. n.
--- *apud hos modus electionis absque propositione Candidatorum instituti solitæ juxta usum prætingentem maneat.* art. 12. Anni 1791. §. ult.
--- *in hujus gremio existententium Civitatum, et Oppiporum legalis Jurisdic̄io, et libertates confirmantur.* art. 14. anni 1791.

Sigillum. — *Absque hujus Gubernialis apreſſione expediantur in posterum Instrumenta Homagalia.* Art. I. Anni 1791.

- *hæc trium Nationum per quos aſſerventur.* art. II. an. 1791. puncto 3-10. §. n. n.

Silvæ. — *vide Sylvæ.*

Societas — **Societas Jesu.** — *Vide Jesuītæ.*

Sóspatak. — *Hæc Posſeffio per Episcopum Rom. Catholicum tenta, cum aliis bonis ad Dominium Fiscale Albense ſpedientibus e Regefro Fiscallatum eximitur, et Episcopatuī addicitur.* art. 1. An. 1751.

Status Civicus. — *De hujus Competentia in gerendis publicis Officiis, et Civilis Conditionis Personarum, et aliorum Patriæ Filiorum Nobilitatione, reciprucoque Nobilium inter eos Concivilitatis Jure.* art. 19. an. 1791.

Status, et Ordines. — *His Conditiones Pacis, illa confecta medio Regii Gubernii publicari faciat Regia Majestas.* art. 6. An. 1791.

- *hi per Litieras Regales ad Comitia Convocati sub pena in legibus expresa compareant.* art. 10. anni 1791.

- *hos trium Nationum repræsentantes, et ordinariam Diætam constituentes qui sint.* art. II. an. 1791.

INDEX ARTICULORUM DIÆTALIUM.

S.

- Status, et Ordines. — *Horum Consultatio qualiter instituenda, Opiniones, et Vota qualiter deponenda, et quis Ordo in Votisatione, seu Votorum collectione tenendus.* Ibid. punc. Tertio.
- ... hunc peculiarum Tituli Comitum, et Baronum in Transylvania constituere non possunt. art. 17. anni 1791.
- ... horum Præsidens vide Præses, Præsidens.
- Sterneg. — Ignatius in Indigenam Transylvanum recipitur. art. 4. an. 1792.
- Stigma. — *Hujus infusio in dorso delinquentium in quibus Casibus admittitur?* art. 38. an. 1791.
- Stilus. — *Antiquus legalls Curiæ in expeditionibus Litterarum Nobilitationalium observetur.* art. 19. anni 1791.
- Stipendum. — vide Salarium.
- Stompa, seu Mola Quassatoria. — *Ad hos Necessaria ligna trabes, et alia Materialia per Possessores Territoriorum; in quibus Fodinae existunt, qualiter subministranda, et differentiæ eatorum enascituræ qualiter dirinden-
dae sint?* art. 2. an. 1747.
- Szazsa. — *Hæc Possessio per Episcopum Rom. Catholicum tenta cum aliis bonis ad Dominium Fiscale Albense spezantibus e Registro Fiscalitatum eximitur, et Episcopatui addicitur.* Art. 1-6. Anni 1751.
- Succesio. — *Hæc Augufæ Domus Austriae in Principatum Transylvanie ad utrumque Sexum Jure Hæreditario statuitur, secundum Ordinem Pri-
mogenituræ.* Art. 3. an. 1744.
- Suffragium. — *In his Mos usitatus in Transylvania per Leopoldum I. Imperatorem confirmatur.* In Conf. Sacr. Dipl. Leopold. art. 2. an. 1791 puncto 4-10.
- ... hæc et Vota ratione objectorum Diætaliuum qualiter colliguntur. art. 11 an. 1791. punc. Secundo.
- ... hæc denerari possunt, si proposita per Supremos Officiales subjecta pro Officiis minus idonea essent. art. 12. an. 1791. §. ult.
- Sulphur — hujus Fodinae. — vide Fodinae.
- Supremus Officialis, — vide Officialis.
- Supremus Judex Nobilium. — vide Judex Nobilium.
- Sylva. — *Si ob harum defectum Domini Terrefires sine manifesto ipsorum damno ligna trabes aliaque materialia ad Molas quassatorias seu Stom-
pas supeditare non possent, Urburarii de iis ipsimet provideant.* Art. 2 Anni 1747. De .. 1 2

INDEX ARTICULORUM DIÆTALIUM.

S.

Sylvæ. — De harum Conservatione. Art. 30. anni 1791.

... In his factæ Extirpaturæ vide Extirpatura.

Symbolici Libri. — vide Libri.

Systematica Deputatio. — vide Deputatio.

Szamosujvar seu Armenopolis. — Hujus Communitas in Numerum Liberarum Regiarumque Civitatum, et locorum Taxalium qualiter cooptatur? art. 91. an. 1791.

Sztojka — Sigismundi Episcopi Romano Catholici Transylvaniensis ad intercessionem Possessio Drombár e Registro Fiscalitatum exenta, qua lege aggregata est ad interventionem, seu in Potest Ecclesiae Cathedrales Albo-Carolinensis. art. 1-0. an: 1751.

T.

Tabula Regia Judicaria. — In hac, et non sibi fiat Ventillatio Causarum inter Urburarios, et ad rem Montanisticam spectantes Personas agitandarum, in quibus Privilegiorum Producio requiritur. art. 14. an. 1747.

... *Ex hac omnes Causæ in merito demitis Criminalibus in fædo Delicti deprehensis, et quæ Juramento solius Auctoris committuntur, in præsentiam Gubernii Regii transmittuntur. art. 2. an. 1753. 1754. et 1755.*

... *hujus Autoritas per Leopoldum I. Imperatorem confirmatur. In Sacr. Dipl. Leop. Confirmatione. art. 2. an. 1791. puncto 4-0.*

... *In hac Duodecim Virali tres sint Catholici ceteris ex aliis Religionibus recipiendis Ibid. punct. 9 no.*

... *pro hac congrua stipendia ex mediis Ærarum Regii, et Fiscalibus decernentur. ibid. puncto 11-0.*

... *hæc cum aliis quibus constituit Diætam. art. 11. an. 1791.*

... *coram hac penes Appellationem sub Novo Ordine Judiciario adhaerentibus de Causis. art. 43. a. ejusd*

... *coram eadem sub Novo Ordine Judiciario penes Appellationem revisis, et ad executionem inviatis de Causis. art. 44. a. o.*

... *coram eadem sub Novo Ordine Judiciario penes Appellationem revisis, et in præsentiam Gubernii Regii nondum deducitis de Causis. art. 45. a. e.*

... *apud hanc cum Introduçione Novi Ordinis Judiciarii pendentibus de Causis Ætavalibus, et Tubularibus. art. 47. anni e.*

Ad hanc

INDEX ARTICULORUM DIETALIUM

T.

Tabula Regia Judiciaria — *Ad hanc, vel vero inde ad Regium Gubernium Appellatis, et transmissis de Causis, in quibus Litterae Transmissionales exhibet non essent. art. 48. a. e.*

Taté. — *Hac Possessio per Episcopum Rom. Catholicum Transylvaniensem possessa, cum aliis bonis ad Dominum Fiscale Albense spectantibus et Registro Fiscalitatum eximitur, et Episcopatui addicitur. art. 1. an. 1751.*

Taxa. — *Sine hac tenetur concedere Facultatorias ad culturam Fodinarum Judicium Monasticum. art. 1. an. 1747.*

— *hunc Domino Teresfiri nullam praefare tenentur Metallurgi, Urburarii, aut Fodinatores pro domibus conduitis, verum Taxa cedit Locatori, nisi separatum focum, et ignem servare vellent. art. 3. an. 1747.*

— *hanc quallem debeant solvere Metallurgi, Urburarii, et Fodinatores de una Rusticana Sessione appertinentiata, vel appertinentiis defituta, vel huic equiparando spatio ad edificandam Domum per Bonos Terrestres sesso in recognitionem beneficij soli, pascuationis, et habitationis. Ibid.*

— *eandem tenentur solvere Domino Terestri Metallurgi, Urburarii, vel Fodinatores, pro domo per alium Metallugum &c. Migrare volentem in Fundo per Dominum Terestrem assignato propria industria Edificato, et ipsis dividendo, si vero eandem Domum extran us em i, is Domino Teresfiri servire, onera publica tam a Capite, quam pecoribus, et semente subire tenebitur. Ibid.*

— *Indigenatus in Principatu Transylvaniæ Mille Ducatos Aureos constituit? art. Unico an. 1748. 1749.*

— *eadem pro Indigenatu solenda per Regiam Majestatem an. 1742. determinata esse innuitur. art. 9. an. 1751.*

— *eandem pro Indigenatu Cœsæ Provinciali inferendam nisi defonat, nemo Indigenatum sortiri possit. Ibidem.*

— *ab harum, et Teleniorum illicitis a Nobilitate exactiionibus Magistratus, et Officiales Civitatum, et Oppidorum in Dundinis, et Foris Hebdomatibus abstineant. art. 29. an. 1791.*

— *Capitis Taxa. Vide Capitis taxa. Sub C.*

Taxalia Loca. — *Horum Nomine venientium Lib. R. Civitatum, et Oppidorum Privilegiatorum Deputati cum quibus constituant Diætam? art. 11. an. 1791 puncto. 1-mo. §. a.*

— *In horum, et Liberarum Regiarum Civitatum Numerum Communates Szamosujváriensis, et Elisabethopolitana qualiter cooptantur? Art. 60. a. e.*

INDEX ARTICULORUM DIAETALIUM.

T.

Telonium. — *Ab horum, et Teloniorum illicitis a Nobilitate exactionibus Magistratus, et Officiales Civitatum, et Oppidorum in Foris Hebdomadalibus, et Nundinis absineant.* art. 29. an. 1791.

Templa. — *Horum, ut et Scholarum, et Parochiarum in Causa nihil alterabitur.* In Conf. Sacr. Dipl. Leop. art. 2. an. 1791. punto 1-mo.

... *hoc Claudiofoli propriis suis sumtibus citra aliarum Religionum gravamen Catholici exstruant, et Albæ Juliæ Templum minus olim a Christophoro Báthori eréctum reædificant.* Ibidem.

... *hæc, Torres item, ac Campanæ, et Fundi interni Parochiales præmonibus illarum Religionum, in quarum Possessorio exsistunt actu, qualiter relinquantur?* art. 55. an. 1791..

... *hæc, et Torres, Fundique interni Parochiales nulli amplius receptæ Religioni adimere liceat.* Ibidem.

... *hæc Torres, item et Scholas receptis Religionibus ubicunque exstrui facere liberum sit.* Ibidem.

... *In harum Turriū Campanarum Cæmentorum Collegiorum, et Gymnasiorum actu posse orum vel de hinc exstruendorum usu nulla amplius recepta Religio turbabitur.* Ibidem.

Terminus. — *Hi quoad indictionem Marchalium Congregationum pro commodo Possessorum in diversis Jurisdictionibus bona, et lites habentium qualiter moderandi?* art. 12. an. 1791. punto 2-do.

Terminus Octavalis. — *Horum ad Jufitiam administrandam celebratio præmulganda Gubernatori Regio, et Consilio Duodecim Viris committitur.* In Conf. Sacr. Dipl. Leopold. art. 2. an 1791. punto 2-do.

Terrestris Dominus. — *Vido Dominus Terrestris.*

Testimoniales. — *Litteræ sub Novo Ordine Judicario Josephi II. Imperatoris emanatae in vigore relinquuntur.* art. 39. an. 1791.

Thesaurarius Regius. — *Huic in Casib[us] Vacantiarum pro Assessoribus Judicii Montanistici Gubernium Regium tria idonea subjecta denominet, et communicet, hic vero medio Collegii Aulici in re monetaria, et Metallurgica ordinati ad Sacratissimam suam Majestatem promoveat.* art. 1. Anni 1747.

... *ab hoc Recursus ad Regiam Majestatem in Causis ex Judicio Montanistico via Appellationis, eo deducatis libere pateat.* art. 14. an. 1747.

... *Huic administrent Officia Posititia Proventus.* art. 23. an. 1791.

Thesa-

INDEX ARTICULORUM DIAETALIUM.

T.

Thesaurarius. — *Hoc præsente coram Gubernio Regio semet insinuare tentatur circa Auri Lotionem specialia Privilegia habentes.* art. 8. an. 1747.

Thrunfeld. — *Venceslaus, et Antonius in Indigenas recipiuntur.* Art. 62. anni 1791.

Titulus. — *Hi, ut et Officia, et dignitates per Reges Hungariae, similiter post separatom ab Hungaria Transylvaniam factæ, et date per Leopoldum I. Imperatorem confirmantur. In Sac. Dipl. Leop. Confirm.* art. 2. an. 1791. punctione 2 do.

... — *Super Titulo Magni Principatus clavigitum Transylvanæ Diploma in quo sensu accipiendum? idem Juribus Transylvanæ non præjudicet.* art. 6. an. 1791.

... — *Titulus Comitum, Baronum vide Comes vel Baro.*

Toussain. — *Liber Baro in Indigenam Transylvananum recipitur.* art. 4. Anni 1752.

Trabes. — *Hæc prout, et Ligna, ac alia ad molas Quassatorias, seu Stompos necissaria, si in Possessorum Possessionibus, quibus Kodinae exstrudæ sunt, reperiuntur, tenentur Possessores erga juslum moderatumque pretium Urbarario concordere.* art. 2. an. 1747.

... — *has, et hæc, si minime concederent, aut de pretio aliqua differentia Possessores inter, et Urbararios enascetur Infractio Montanistica cum adjudicatis sibi Provincialibus legum Patriarum gnaris Controversiam cognoscat, et de moderato pretio statuat.* Ibidem.

... — *has, et hæc, si ob defecum Sylvarum Possessores sine manifesto ipsorum damno concedere nequint, hocque legaliter conjaret, Urbararius de iis absque aggravio Vivi Esarii, et Possessorum detimento provideat.* Ibid.

Tractatus Pacis. — *vide Pax.*

Transactio. — *Hæc sub Novo Ordine Judiciario Josephi II. Imperatoris emanatae in suo vigore relinquuntur.* art. 39. an. 1791.

Transmissio — Transmisionales. — *Hæc Causarum in Judicio Montanistico decisarum quo modo, et ad quos fieri debeant?* art. 14. an. 1747.

... — *hæc seu penes Appellationem, seu penes Recursum e Dicasteriis, et Tribunalibus in Transylvania Superioribus ad Thionum suæ Majestatis instituendum intra quem fatalem terminum escipienda sint?* art. 2. anni 1753 1754. et 1755.

INDEX ARTICULORUM DIETALIUM.

T..

Transumtum. — *Hec Litteralium Instrumentorum tam in Archivis, quam apud manus Communitatuum, vel priuatorum habita toties, quoties Conservatio eorundem postularet, fieri possint. art. 3. anni 1753. 1754 et 1755.*

- *eadem illam vim habeant, quam Originalia habere dicoſcuntur coram Tabula Regia, aut in Capitulo, vel Conventu qualiter fieri debeant. Ibidem.*
- *Simplicia in Judicio subsistere nequeunt. Ibid.*
- *Vide etiam voces: Instrumenta Litteralia.*

Transylvaniae Principatus. — *Hic Dominium, et Regimen Auguftæ Domus Austriae ſuscipit. art. 1. an. 1744.*

- *hujus ad Portam Ottomannicam adhæſionem ſtatuentes leges, et Constitutiones abrogantur. Ibid.*
- *hujus Principum liberam electionem ſtatuentes leges, Traſtatus, Transactiones, et Diplomata abrogantur. art. 2. Anui 1747.*
- *hic hæreditarium Auguftæ Domus Austriae utriusque Successionem, et Sanctionem Pragmaticam de super acceptatum denuo recipit et pro lege perpetua Articulo inſcrit: art. 3. an. 1744.*
- *idem Mariæ Theresiae Imperatrici Patri suo Carolo 6-to vi Sanctionis Pragmaticæ ſuccedenti Homagium Fidelitatis deponit. art. 4. an. 1744.*
- *hujus corregentia, et conadministratio Francisco Duci Lotharingiae, e' Mariæ Theresiae Imperatricis ac Transylvaniae Principis Conjugi quater a Regnicolis oblata, et per eundem Ducem deposito medio Plenipotentiarii Juramento acceptata? art. 5. anni 1744.*
- *hujus omnia Jura Indulta Immunitates, et Privilegia trium Nationum in communi, vel particulari conceſtu Legesque, ac Constitutiones receptas, et approbatas absque Nationum, et Religionum receptarum reſpetu, quiris Patriæ Civis conſervare tenetur vi Juramenti Unionis. art. 6. an. 1744.*
- *hujus Formam Reipublicæ intervertere, aut immutare tentare nulli Patriæ Filio licitum est vi Juramenti Unionis. Ibidem.*
- *Hujus Principum Donationes, Collationes, Privilegia, Armales, Tituli Officia, Dignitates, Decimæ, et quaris beneficia, ac Bona, sive privati fire Communitatibus, et Cœtibus, aut Parochiæ, Ecclesiæ, vel Scholæ &c. data Confirmantur. In Sacr. Dipl. Leop. Confirmatione. art. 2. an 1791. functo 2-de.*

Hujus

INDEX ARTICULORUM DIETALIUM.

T.

Transylvaniæ Principatus. — *Hujus circa Jura, Leges, Privilegia, et Indulta Sacro Diplomate Leopoldino, hocque secutis benignis Resolutionibus, et Sanctionibus concisa illibate conservanda edendum asecuracionem, Reges Hungariae juxta Formulam Juramenti. art. 1. an. 1791. inser. tam confirmabunt. art. 3. an. 1791.*

— *Hujus, et Partium eidem adnexarum Jura, Leges, Privilegia, Immunitates, et Indulta a Praedecessoribus suis Avo nempe Patruo, et Genitore seu Diplomatico, seu Resolutionibus Regis post Sacrum Diploma emanatis concessa tam Sacra, quam Profana Maria Theresia Imperatrix confirmat. art. 6. an. 1744. Ita et Leopoldus II. Imperator. art. 1. an. 1791. Item Franciscus II. Imperator. art. 1-o. an. 1792.*

— *De hujus cum Hungaria nexu, et Propria hujus Principatus, nulique alteri Regno subjicta Constitutione. art. 6. an. 1791.*

— *hujus Formæ Constitutioni accimodo sensu accipendum Diploma super Titulo Magni Principatus Transylvaniæ elargitum, ejusdem Juribus hoc Diploma non præjudicet. Ibid.*

— *hic per edicta, seu sic dictas Patentales non gubernabitur. art. 8. Anni 1791.*

— *hunc resipientibus exteris de Negotiis, et de Transylvanis etiam ad Legationes, et qua negotiorum gestores in utraque Valachia applicandis Art. 9. an. 1791.*

— *hujus Nobilioꝝ in Hungaria, et vicissim Hungariæ Nobiles et Indigenæ in Transylvania pro talibus reputentur. art. 16. an. 1791.*

Transylvanus. — *Contra hos incolas, in hereditariis Provinciis Germanicis paratas pecunias mutuo, aut merces, vel alias res, ad creditum accipientes, seque Jurisdictioni eorumdem Fororum scripto, vel facto subjicientes latarum per Judicia Germanicarum Provinciarum Sententiarum de effectu qualiter procurando? Art. 2. anni 1792.*

Tribunalia — *Horum inferiorum in Transylvania Authoritas per Leopoldum Ium Imperatorem confirmatur. In Conf. Sacr. Dipl. Leop. Art. 2. an. 1791. punto 4-10.*

Tributum. — *vide Contributio.*

Tricesimæ. — *Ex his, Salis, et Metallorum Fodinis, Decimis, ac earumdem arendis aliisque Bonis Regis, et Fiscalibus suplentur cetera, quae ultra Diplomaticum Tributi quantum pro defensione Patriæ requirantur In Conf. Sacr. Dipl. Leop. Art. 2. an. 1791. punct. 12-mo.*

INDEX ARTICULORUM DIETALIUM.

T.

- Tricesimæ. — *Hæ non augebuntur.* Ibid. puncto 3-tio.
- Tripartitum Decretum Verbōtzii — *Vide* Verbōtzi.
- Tumultus Valachicus. — *Vide* Valachi.
- Turca. — *In horum Patriam hanc Irruptionis, aut Tumultus Falachici occasione, qui Litteralia sua amiserunt illis Novas Donationales elargiatur Regia Majestas.* art. 35. an. 1791.
- Turris. — *Hæc Templa item et Campanæ Fundi interni Parochiales præ manibus illarum Religionum in, quarum possessorio adū reperiuntur, qualiter relinquantur?* art. 55. anni 1791.
- *Hæc Templa fundique interni Parochiales nullo unquam receptæ Religioni adumere liceat.* Ibidem.
- *Has, Ædesque Sacras, et Scholas receptis Religionibus ubicunque erigere liberum sit.* Ibidem.
- *In harum Templorum Campanarum Cæmeteriorum, Collegiorum, et Gymnasiorum, adū possessorum, vel de hinc extruendorum usu nulla recepta Religio turbabitur.* Ibid.
- Tutor. — *De his, et Pupillis.* art. 52. an. 1791.

II.

- Udvarhellyensis Sedes. — *Hujus Supremus Judex Regius Conseruet sigillum Nationis Siculicæ.* art. 11. anni 1791. puncto 3-o §. n. n.
- Ulsfeld. — *Sacri Romani Imperii Comes Antonius Corficius in Indigenam Transylvananum recipitur.* art. 2. an. 1752.
- Unio. — *Hujus Conditiones, et Formula Juramenti Appr. Conf. Part. III. Tit. 1. Art. unico comprehensæ modificantur, et in parte Juribus Majestaticis derogante abrogantur.* art. 6. Anni 1744.
- *Super hac Formula Juramenti modificatea.* Ibidem.
- *Super hac quivis legitimam ætatem asseditus, vel Indigenatum, Votumque in publico asseditus, aut Officium quodvis gesturus Juramentum deponere tenetur.* Ibid.
- *Super eadem, qui, et qua Occasione teneantur Juramentum deponere, et Conditiones ejusdem observare?* art. 5. anni 1791.
- *hujus Vinculum inter Status, et Ordines trium Nationum vigens in transandis negotiis Dietalibus quid exigit?* art. 11. a. c. punct. secundo.
Unita-

INDEX ARTICULORUM DIAETALIUM.

U.

Unitaria Religio. — *Hæc, ut et Reformata, atque Auguſtana Religio in tortio, et quarto Consanguinitatis gradu a Necessitate impetrendarum Dispensationum matrimonialium semel pro semper dispensatur. art. 59. Anni 1791.*

Uniti. — *Illi Graeci Ritus Valachi sunt Catholicæ. Art. 2. anni 1744.*

— *horum Ecclesiasticorum solum, et prærogativa Nobilitari gaudentium ea est Conditio, quæ reliquorum Patriæ Civium. Ibidem.*

— *idem absquo quarta Nationalitatis ेreclione, et confisitione, e tribus receptis Systema Principatus Transylvaniæ constituentibus Nationibus illi Nationi adnumerantur, ubi per adoptionem Bonorum Sedem sibi fixerint. Ibidem.*

— *ad hos Plebeos, et Poparum e Plebeca sorte aſſumptarum Filios prædeclara- rata immunitas cur extendi non potest? Ibid.*

Universitas. — *Harum in Comitatibus, Sedibus, ac Districtibus in gremio Nationum Hungariae, et Siciliae existentium de activitate, earumdemque Congregationibus; modo item et Ordine tractandorum in iis negotiorum. art. 12. an. 1791.*

— *Hæc Nationis Saxonicae in legali Diplomatica Leopoldino conformi ſtatū qualiter conservabitur. Art. 13. a. e.*

Urbarium. — *Hujus certi, ac ſtabilis elaboratio ſpeciali Depatationi concre- dita. art. 27. an. 1791.*

— *Uſque hujus certi, ac ſtabilis elaborationem, ac ſtabilimentum quod mensuram Servitiorum, et praefationum Colonialium puncta regulativa Anni 1769. obſerveantur. Ibid.*

Urburarii Fodinatores, et Metallurgi. — *Vide Metallurgi.*

Urburarium Regestrum, vel Matricula. — *Vide Regestrum.*

Uſus Fructus. — *Horum, ut et expensarum, et Fatigornm refuſione part adverſæ tenetur is, qui seu penes Appellationem, seu penes Recurſum eoram altissimo Throno Regio succumberet. art. 2. an. 1753 1754 et 1755.*

— *horum, ut et expensarum refuſions Fiscus Regius quando, et qualis cum restrictione tueretur. Ibidem.*

INDEX ARTICULORUM DIETALIUM.

V.

Vacantia. — *Has in Diplomaticis, et Cardinalibus Officiis enatas Gubernium Regium suæ Majestati Regiæ statim referat.* Art. 20. Anni 1791.

Vacca. — *Hanc uram, alteramve pro domestica necessitate Urburariis, Metallurgis, Fodinatoribus, aut ad Fodinas pertinentibus laboratoribus servare licet in sit.* art. 3. an. 1747.

Vagabundus. — *Hos, ut et Agyrtas, Desertores, aut alios Delinquentes, nisi et ipsi Metallurgiæ dediti, sint, sub quoconque prætextu in Tutebam recipere multo minus subditis semet a Domino Terrestris subducentibus sub Nominis Metalli Fosforis asylium dare nequaquam audeant Urburarii.* art. 4. anno 1747.

Vajvoda. — *Sic dictus priscis temporibus Vajvoda, vel ejus vices gerens, ex Indigenarum Transylvanie Nobilium, ac Procerum Numero constituetur, idem observabitur quoad alias dignitates.* In Sacr. Dipl. Leop. Consr. Art. 2. an. 1791. puncto 7-mo.

... *Vide etiam voces: Gubernator, et Director.*

Valachi. — *Græci Ritus Uniti vide Uniti.*

... *Græci Ritus non Uniti vide Disuniti.*

... *per hos excitati Tumultus, aut Turcarum in hanc Provinciam irruptionis occasione, qui Litteralia sua emiserunt, Novas Donationes clariatur Regia Majestas.* Art. 35. anni. 1791.

Valachia. — *In hoc, et Moldaviae Principatu circa constituendum Negotiorum Geforem, et Legatorum denominationem Regia Majestas qualis Transylvanorum reflexionem habitura est?* Art. 9. an. 1791.

Vestigal. — *Hæc non augebuntur.* In Conf. Sacr. Dipl. Leop. art. 2. an. 1791. puncto 13-o.

Veisz. — *L. B. Franciscus in Indigenam Transylvanum recipitur.* art. 4. Anni 1792.

Venditio. — *Hujus, et emtionis restriictio, aliisque abusus in Nundinis, et Foris Hebdomadalibus Civitatum, et Oppidorum tolluntur.* art. 29. Anni 1791.

Verbötz. — *Hujus Decretum Tripartitum Confirmatur.* In Conf. Sacr. Dipl. Leop. art. 2. an. 1791. punct. 3-lio.

INDEX ARTICULORUM DIAETALIUM.

V.

Viator. — *Harum eiusvis generis gratuita Viatatio, Equorum, et omnis generis Jumentorum, et quartiriorum angariatio, a Nationis Saxonice, et totius Plebis Cervicibus tollitur. In Conf. Sacr. Dipl. Leop. Art. 2. Anno 1791. puncto 18-vo.*

Vice Comes. — *Quoad hos in Comitatibus per liberam Communitatum electionem constitui solitos, haec libertas porro etiam maneat, Confirmatione tamen Regia in quolibet Casu impetranda. In Conf. Sacr. Dipl. Leop. art. 2. an. 1791. punto 8-vo*

Vice Index Regius. — *Ex his Vices gerens Supremorum Judicium Regiorum quis sit in eorum Vacantia, vel legali absentia. art. 12. anni 1791. punto 2 do.*

Vicitatio. — *H.ec Viatorum gratuita, ut et Equorum, et omnis generis Jumentorum, et Quartiriorum angariatio a Nationis Saxonice, et totius Plebis cervicibus tollitur. In Conf. Sacr. Dipl. Leop. art. 2. an. 1791. puncto 18-vo.*

Vinkler. — *Nicolaus in Indigenam recipitur. art. 63. an. 1791.*

Vitt. — *Vilhelmus in Indigenam recipitur. art. 63. an. 1791.*

Volf. — *Joannes Antonius in Indigenam Transylvanum recipitur. Art. 4. anni 1792.*

Votum — Votisatio. — *H.ec, et Suffragia in Diætis per quos, qualiter colliguntur, et objecta Diætalia qualiter deciduntur? art. 11. an. 1791. punto secundo.*

— Ordo Votisationis in Diætis qualis observandus in Comitiis per Status, et Ordines? Ibidem. puncto Tertio. §. k. k.

Vöber. — *L. B. Thomas Augustinus in Indigenam Transylvanum recipitur. art. 4. anno 1752.*

Y.


Ybara. — *L. B. de Arce Ignatius in Indigenam Transylvanum recipitur. Art. 4. anni 1792.*


Zinga-

INDEX ARTICULORUM DIETALIUM.

Z.

- Zingari. — *His ad Auriloturam exercendam Privilegiatis in Dominorum Terrestrium Territoriis, non diutiorem, quam aurilotura requireret momum facere permisum est.* art. 8. ar. 1747.
- *His ad id non Privilegiatis. Aurilotura simpliciter interdicta habetur.* Ibidem.
- *Ad hos, Colonis indulta libera migratio qualiter cum restrictione extenditur?* art. 26. an. 1791. punto 9-no.
- *Hi qualiter domiciliandi, antiquis. Dominis Terrestribus. restituendi, et qualiter mores eorum corrigendi.* Ibidem.





S T A T U T A
J U R I U M
MUNICIPALIUM.
SAXONUM IN TRANSYLVANIA:

O p e r a
M A T T H I Æ F R O N I I
revisā , locupletata & edita.

d e n u o

ad exemplar Coronense Anni 1583.

r e c u f a

C L A V D I O P O L I

Typos Lycei Regii 1583.



Imprimatur.

Cibinii Die 26-ta Mensis Junii, A. 1779.

ANTONIUS HORVÁTH de M. Zsákod,
Regestrator Gubernialis, & Commissio-
nis Librorum Censoriæ Actuarius.

mp.



*AD SERENISS:
REGEM POLONIAE
STEPHANUM BATHORY,
Ejus nominis I. Victorem et triumpha-
torem potentiss:*

Mvnoris est Domini totum, benedictio Regu
Vnum etenim coeli, moderatur pectora flat
Numine tutaturque suo, venerabile NVME
Eximiis ornans donis: pietatis amor
Respersos, quaestu reficit locuplete, potente
In dubiis & rebus adeit ad vota vocant
Scilicet vt quondam Rex Regum flexit anhelo
Et currus & equos Phœbi, prece motus: ab ax
Sic pluuias, hyemesque armatas, in fera vento
Turmis horrendum ve furentes prælia fudi
Diraque in inuisos vibravit fulmina. Quid quo
Oceano fluctus statuit ceu moenia vast
Mente probum servans populum perdensque rebelle
Insano optantem sæde indulgere furor
Næ, Rex illustris, Στράτιος quod nomen & ome
Indidit ille tibi, summi dominator Olimp
Tantum Marte vales, veluti sat bellica monstran
Omnia præclaro dignissima sancta triumph
Tam prudens, iustus, tam clemens diceris: haud es
Vlla prior ratio, pietas quam maxima, cult
Mente quae sancto capit arctius, atque hedera alnu
Bellum clara dedit sicut documenta, tremendo
Eventu: Tua tot divine ibi gesta, priusqu
Non cuiquam lingvæ centum si, ferrea vox, no
Exponet. toto quæ iam celebrantur in orb

Das hic , das illic, pia iura: minus pia, Davi D
 In morem parcens hosti , convellis : es æqu I
 Custos, arbiter , vt testis liber iste. Pias si C
 Truncatis Salicis , leges Lotharius affer T
 In lucem: sic Justiniano , sicutque Solon I
 Olim hic cura stetit. Sed nunc, Rex Maxime card O
 Regni , præsidium pacis, spes INCLYTE victo R,
 Esto diu felix: dextra viatrice retund E
 Gog Hostem Christi , & spirantem prælia Mago G:
 Vive, vale , atque DEI crescat tua gloria nut. V.
 Muneris est Domini totum , benedictio Regu M.

GEORGIVS HELNERVS
Coronensis , F.



AMPLISSIMIS VIRIS, PRVDENTIA ET VIRTUTE PRÆ-
 STANTIBVS , DOMINIS CONSVLIBVS , IVDICIBVS ,
 IVRATISQVE SENATORIBVS , CIVITATVM Ac SEDI-
 VM SAXONICARVM IN TRANSYLVANIA, DOMINIS ET PA-
 TRONIS SVIS PERPETVA FIDE COLENDIS, S. D.

A Rchetypo similis dum mens formata potenti ,
 Integra divino lumine plena fuit ,
 Sancta suis radiis, summo de numine natis ,
 Splenduit: hæc nostræ lucis origo fuit.
 Nullus erat, carcer tormentaque trifitia , non tunc
 Ascia terribilis, lictor , & vncus erat ,
 Sponte sua quivis sanctas properabat ad aras .
 Lætus ador Domino , vota precesque ferens.
 Pectora plena DEO , castoque imbuta pudore ,
 Et simul hyberna candidiora nive,

Mutua

Mutua diuini iungebant vincula amoris,
 Non illic liuor, non dolus vllus erat,
 Non fraus, non fucus, nec amor sceleratus habendi.
 Absque suo quiuis Iudice tutus erat.
 At simul ac Terras, expulsa Astraea reliquit,
 Et pietas, hominm victa furore, iacet,
 Vixque DEVS summi quisque moderator Olympi
 Creditur, et superest nullus in orbe pudor,
 Sed sibi quisque DEVVM fingit, quod tetra libido
 Mandat, et insano subjicit imperio,
 Cunctorum votis iam maxime ille DEORVM
 Personat, hunc iuuenum turba senumque colit.
 Hunc homines vnum sibi conciliare laborant,
 Huic soli semper quisque placere cupit,
 Qui cæcus ditat tam fædi lustra nepotis,
 Quam meritis clari splendida tecta viri.
 Radix cunctorum sed dicitur ille malorum:
 Corporis atque animæ certa ruina tuæ.
 Tanta tamen rabies, tanta est dementia Mundi,
 Vt certum præceps tendat in exitium.
 Imperium tanti non detrectare Tyranni,
 Tristia nec Sathanæ rumpere vincla potes.
 Et cum non possis Dominis servire duobus,
 Ore DEVVM crepitans, Mammona corde colis.
 Quis furor est, animam sceleratis, perfide, lucris
 Perdere, & æternis tradere suppliciis?
 Quid iuuat ingentis congesta pecunia Mundi,
 Pronus in æternum si ruis exitium?
 Hæc, quicunque lapis, verae præcepta salutis
 Detineant animum, nocte dieque tuum.
 Ne dum tabificos scelerum cumulamus aceruos,
 Opprimat incautos maximus ille, dies.

Sed

Sed neque præsentis vanissima somnia vitæ,
 Curarumque animi pernicioſa lues,
 Fluctus perpetui, tempeſtatumque procellæ,
 Spes, timor, ira nocens, & male ſanus amor,
 Rixa, truces inimicitiae, certamina, pugnae,
 Triftis ad extreſum follicitudo diem,
 Diffugiunt animis alia ratione, medendi
 Ni certum monſtrent pharmaca dicta modum.
 Omnia nam ſcatebra, Lernaque oriuntur ab illa,
 Quæ ſola inuictis cæca triumphat equis.
 Hanc grauibus vinclis, hanc tu conſtringe catenis,
 Ne collo iniiciat vincula ſæva tuo.
 Hæc tibi iucundam præſtabit norma quietem,
 Hæc animi tristes diſcutiet ſalebras.
 Non tibi ſcurra vagus, Sycophantæ non balatrones
 Obſtrepera perdent garrulitate dies,
 Ceflabuntque tuis tandem inuigilate crumenis,
 Tendere & inſidias affiduaſ loculis.
 Nocte breves tenebras, placidiſſimus ille deorum
 Afferet, optatam concilians requiem.
 Quas mihi Persarum Gazas, aut marmora Cræſi
 Iſtis narrabis nobiliora bonis?
 Hac prima, ſi quis vitam ratione gubernat,
 Magnorum vita cælicolum potitur.
 At tibi ſi placidam, forſan turbare quietem
 Quadruplatorum perfida turba volet.
 Fraudibus, inſidiis, ſcelerataque arte nocendi
 Impugnans, furtim teque' tuosque petat:
 Effractorve aliquis media de nocte ferarum,
 Autolycum referens dira propago patrem,
 Aera clepat, multos misere congeſta per annos,
 Et ſcelus, alterius parta labore voret,

Séu venit ille tuas prædo truculentus in ædes ,
 Humani generis publica pernicies ,
 Seu quis sanctarum spredo moderamine legum ,
 Cuncta suo vecors temperet arbitrio ,
 Hunc facile Iuris sanctissima claustra retundent ,
 Reddere quæ factis præmia digna solent .
 Hæc DEVS in terris , ne publica commoda vitæ ,
 Iustitia et pietas , relligionis amor ,
 Virtus , alma fides , pax cum probitate perirent ,
 Custodes voluit muneric esse fui ,
 Haec sunt humanæ certissima regula vitae ,
 Lux densas hominum discutiens tenebras .
 Mentibus impressit sanctarum semina legum :
 Authorem referunt hæc documenta DEUM .
 Addidit his propriam summo de vertice vocem ,
 Se nostri fontem luminis esse docens .
 Hinc leges natae , quas Singula regna sequuntur .
 Rivus vt ingenti fonte perennis aquae .
 Talia sunt isto paucis contenta libello ,
 Leges perspicua qui brevitate docet .
 Perlegat hunc laeto gens Transylvanica vultu ,
 Consultum rebus si volet esse suis .
 Candor at ingenuus mens & pietatis amica ,
 Constanti rectum corde sequetur iter .
 Nec temere cupiet planas convellere leges ,
 Impulsa exiguae commoditate rei .
 Hoc est in scyrpo callosum querere nodum ,
 Nec sancta legum simplicitate frui .
 Scilicet infandis nihil vt decedat acervis ,
 Alterius nec sit fors meliore loco ,
 Ac ne discedas longo e certamine victus :
 Quo gravius nullum dedecus esse solet ,

Denique ne tristes animi compescere fluctus,
 Qui peruersorum pectora caeca trahunt,
 Cogaris, nimiumque aliis videare benignus,
 Et sic te stupidum turba maligna vocet,
 Haec ne contingent miscebis sacra profanis,
 Sincerae locus hic nec pietatis erit,
 Nec metues animam diris divendere lucris,
 Atque creatorem deseruisse tuum.
 Sed talem superi terris auertite pestem,
 Et populo clemens sis, Pater alme, tuo.
 Ne furor hic tantus nostras imiudere mentes
 Possit, et illicebris illaqueare suis,
 Quem tandem horrendo sequitur Bellona flagello.
 Et merces scelerum, Tartareus Phlegethon.
 Quin potius pereat mundi scelerata voluptas,
 In mare, sic partas, mergite divitias:
 Aufer amicitias, miseri tollantur honores,
 His mundi laqueis, ne capiare cave.
 Non si totius crepitent fulcimina mundi,
 Opprimat atque tuum dira ruina caput.
 Et citius proprio Sbl dimoveatur ab axe,
 Quam moveas Domino bella tremenda DEO.
 Sic vbi migrandum misera hac ex valle laborum,
 Ad rigidi scelerum vindicis, ora DEI,
 Cum tibi surdесent aures, oculique labаsent,
 Et vix lingua tuo gutture rauca gemet,
 Tunc DEVS omnipotens, tanto in discriminе rerum,
 Non poterit clemens non memинisse тui,
 Abstergens lacrymas, gemitus, cunctosque dolores,
 Reddensque obsequiis praemia digna tuis.
 Talia corde tuo, noctesque diesque revolvens,
 Imperio summi vivere disce Patris.

Qui velut est iustus , verax , totusque benignus ,
 Sic quoque nos similes praecipit esse sui.
 Ista sed exponunt sanctorum oracula vatuum ,
 Discere quae multa sedulitate decet.
 At rivum tenuem , tanto de flumine natum ,
 Alveus exigui continet iste libri.
 Gratia debetur tanto pro munere cunctis ,
 Qui patriam sanctis moribus erudiunt.
 In primis meritas , tibi nos , REX INCLYTE , grates ,
 Soluere , & æternum te celebrare decet.
 Namque tuis populis æquissima iura ministras ,
 Nostra tibi curae est nocte dieque salus.
 Äquabit sed nulla tuas facundia dotes ,
 Cunctaque sunt meritis verba minora tuis.
SEMPER HONOS, NOMENQVE TUVVM LAVDESQVE MANEBVNT:
 Clara mori nullo tempore fama potest.
 Gens sed nostra , SIGISMVNDE Illustrissime PRINCEPS .
 Expedit esse tuo salva patrocinio ,
 Defendique cupit sua Municipalia Iura ,
 Promittens promptam perpetuamque fidem.
 Nestoriam simul optat vt egrediare senectam ,
 Et tua scepta vt sint vindice tuta DEO .
 Multum At Retribuant TIbi NVmina Summa , Beata Et
 Reddant SEcuri VIncula ConiugII .
 Ingens Ornamentum ANimi , mens NEScia fraudis :
 Vitam Annosam isti , DA pater alme , viro .
 Ac Leges , bonitas , Et Regula TVTa Salutis ,
 Huic ViTAm in TERRis , IVDiciumque REGunt.
 Legibus Vt Cives , Animum Sic ornat Honestis ,
 In Rebus SERVanS cum pietate fidem .
 Praeclaros ETiam Reputans VirtutiS Honores ,
 Ingenuo Rectum SempER amore colis .

Tu quoque carminibus semper celebrabere nostris,
 Pro studio & meritis, FRONIE docte, tuis,
 Cui virtus, doctrina, fides pietatis alumna,
 Verus syncerae religionis amor,
 AEternam laudem peperit, gratuunque fauorem
 Multorum, & dulces iunxit amicitias.
 Vive, valeque diu, Musarum candide fautor,
 Ac supeies Pylii secula multa senis.
 Vos etiam, patriae quibus est Respublica curae,
 Verae virtutis perpetuumque decus,
 Ista sequi Iuris vestri praecripta decebit:
 Haec vobis solidae vincula pacis erunt.
 Personam interea nunquam spectare memento
 Pauperis, eximii divitiasque viri.
 Non odium impellat, nec amor, nec dulcis amicus,
 Iudicio vt violes sancta STATVTA tuo.
 At vestas mentes dextra omnipotente gubernet,
 Prospiciens cæli, NOSTER, ab arce, DÆVS,
 Impleat & longa serie, numeroque dierum,
 Cordibus infundens gaudia sacra piis.
 Dirige, summe Pater, manuum figmenta tuarum,
 Ne te contempto præcipitata ruant,
 Pectore constanti, tua sed monumenta sequantur,
 Nostrorum quæ sunt certa lucerna pedum,!
 Vitamque & mores sanctis moderentur habenis,
 Et celebrent toto, nomen in orbe tuum.

Paulus Kerzius Coronensis,
artis Medicæ Doctor.

Leu.

Leui XIX.

NON FACIES QVOD INIQVM EST,
NEC INJVSTE IVDICABIS. NON CON-
SIDERES PERSONAM PAVPERIS, NEC
HONORES VVLTVM POTENTIS, IV-
STE IVDICA PROXIMO TVO.

Proverb: XVII.

QVI IVSTIFICAT INPIVM, ET QVI
CONDEMNAT IVSTVM, VTERQVE
ABOMINABILIS EST APUD DEV.M.

Psalm: LXXXII. E. H.

PRÆSIDET in medio cætu DEVS ipse potentum,
Et iudex alios iudicat ante deos.

Quo tandem vsque malas leges, & iniqua feretis
Iudicia, & reprobos dicitis esse bonos?

Iudiciis inopes defendite, suscipite orbos,
Adserite oppressos, iustificate pios.

Reddite pauperibus ius, eripite insuper ipsos,
Si quos in vinclis, impius hostis habet.

Omnipotens exurge, tuo rege numine terram,
In cunctis hæres gentibus vnuis eris.



OS STEPHANVS DEI gratia Rex
Poloniae, magnus Dux Lituaniae, Russiae,
Prussiae, Masouiae, Samogitiae, Kiouiae, Vo-
liniae, Podlachiae, Liuoniaeque Eccl. Dominus, nec non
Transylvaniae Princeps: Ad perpetuam rei memoriam. Et si
Principes multis praeclaris atque propemodum divinis virtuti-
bus excellere conuenit, praesertim eos quorum imperio, plu-
rimaeq; diversae gentes subjectae sunt: anima levissimus ta-
men duabus potissimum rebus pro temporum viciisudine indi-
gere: foris militiae armis siue ad defensionem; sive ad ampli-
ficationem imperii: domi aequabilitate iuris, qua subditos suos
in officio retineant, quibus ductus vinculis ut onus im-
peria coalescunt, ita i's dissolutis collabuntur. Etenim no-
bis Diuina benignitate primum ad Transylvanicum Principatum,
deinde ad hoc Regiae dignitatis fastigium euectis, praecipua ac
perpetua cura fuit, ut vero que tempore, utrumque quantum in nobis es-
set, omnibus subditis nostris paterna quadam sollicitudine praefare-
mus: Cuius rei prima occasio nobis, sub initio regiminis
nostrri data est, dum sublati civilibus dissidiis, quibus hoc
regnum ob varia studia laborabat, circa Judiciorum Tribu-
nalia constituimus, ne nobis foris bello occupatis, inter ar-
ma leges prorsus filerent, sed unicusque iure iustitiaque ad-
ministrata, libertati, saluti, ac tranquillitati publicae rede-
conculceretur. Qua in re cum de aliis quoque Provinciis, imper-

rio nostro subiectis , solliciti essemus , vicinorum Barbarorum
importuna insolentia , nos ab instituto nostro retraxit : Nunc
taque conatus nostros Deo promovente triennalis belli Mosco-
vitici exantlati , hoste a cervicibus subditorum nostrorum remoto , recu-
peratis Provinciis a Magno Ducatu Lituaniae superioribus an-
nis acutis , Livonia denique e faucibus Barbarorum extorta ,
Et regno nostro applicata , ad institutum nostrum reversi su-
mus , recuperataque Liuoniae , quae sub tyranno hoste per mul-
tos annos , nullis Legibus , sed arbitrio Barbarorum vivebat ,
scripta iura dedimus . Postquam vero ad Hungariae fines pro-
pius accessissimus , nostrarum partium esse putavimus , etiam ra-
tionibus praedicti Regni nostri Transylvaniae providere : Ita-
que dum inter alios eiusdem Provinciae nostrae subditos , Fi-
delium nostrorum universorum Saxonum legati , Fideles nostri :
Egregius ALBERTVS SYWEG , Judex Regius Civita-
tis nostrae Cibinienis : ac Prudentes Et Circumspecti DOMI-
NICVS DIETRIG , Judex Regius Segesvariensis : MA-
THIAS FRONIVS Ciuis Juratus Brassoviensis : IOA-
CHIMUS KOCH Magister Cuius Megiensien : Et GAS-
PAR BUDAKI Judex Bisztricensis , Civitatum nostrarum
Transylvanicarum , huc in Poloniam ad nos missi venissent , no-
bisque praeter asia privilegia antiquorum Hungariorum Regum con-
firmanda , etiam codicem JURIS MUNICIPALIS seu
legum Et consuetudinum , longo vsu Et obseruante receptarum ,
inque quibusdam locis , de communi Saxonum ipsorum conjun-
ctu autem , ac in quatuor libros Et certa capita distinctarum ,

bumilime nobis obtulissent, supplicantes ut instar aliarum gentium & nationum, quarum leges literarum monumentis mandatae sunt, ne soli consuetudini, quae incerta, mutabilis & oblivioni obnoxia est, niterentur, praedictis iuribus & consuetudinibus, autoritatem nostram Regiam impertiremus, illisque vim iuris scripti tribueremus, & omnia in eo contenta, quo ad omnes clausulas, sensus, capita, articulos, in formam Privilegii nostri redigi facientes admittere, approbare, eisdem universis Saxonibus & eorum haeredibus ac posteris & iibis pro perpetuis legibus & consuetudinibus valituras, de Regiae nostrae potestatis plenitudine, roborare & confirmare dignaremur. Cuius quidem codicis tenor sequitur in
bæc verba.



S T A - T V T A.
J V R I V M
M V N I C I P A L I V M
SAXONVM IN TRANSYLVANIA.
L I B E R P R I M V S.
T I T V L V S I.
De Electione & Officio Judicium.



I.
Voniam vniuersi Saxones in Transylvania Ci-
vitatum scilicet, septemque & duarum sedi-
um, a Divis Regibus Hungariae, Libertate,
Privilegiis, & his Praerogativis donati sunt,
ut suos Magistratus: Magistrum nempe Ci-
vium, Iudices et Villicos singulis annis, post festa Nati-
vitatis Domini, per libera & communia Communitatum
suffragia, ex ipsorum Juratis elegant: cœteri vero Jurati
per recens electum Magistratum, pro antiqua cujuslibet
loci consuetudine elegantur, tales qui rebus pub: ipsorum
idonei & utiles fore videntur, atque post anni decur-
sum muneribus defuncti, administrationis suae honestam
Senatui rationem reddere possint.

2. Ne-

2. Necessarium vero & utile est visum, vt in electionibus certi observentur gradus: Nam honorem sustinenti, munus imponi non debet: Munus vero sustinenti, honor deferri potest: Majoribus enim honoribus functos, ad minores revocari nonopportere, rationis est, hoc addito, ut approbata vetus consuetudo pro loci et temporis ratione cuique salva permaneat.

3. Vniversae aut controversiae civium, primo debent coram Judicibus ordinariis agitari, a quibus deinde ad Senatum provocare, pro causae cuiuslibet qualitate et Civitatis consuetudine licet.

4. Judices cum suis Assessoribus debent omnes causas; quæ jure sunt decidenda, justa et plena cognitione rerum discutere, atque a Judicibus liberum est cuilibet ad Senatum provocare, in omnibus tam paruis causis quam magnis, exceptis solis criminalibus. In casu autem criminali, Judices extra scitum et cognitionem Senatus, sententiam capitalem nec ferre soli nec exequi debent.

5. Judex in primis observare debet, ut aliter non judicet, quam quod legibus, aut constitutionibus, aut moribus proditum est. In quibus autem causis scriptis legibus non utimur, id sequi oportet, quod moribus et consuetudine introductum est: Nam longa consuetudo, quæ utilitates publicas non impedit, pro lege servabitur.

6. Non possunt autem neque leges neque Senatus consulta ita scribi, ut omnes casus, qui quandoque inciderint comprehendantur, tamen cum in aliqua causa eadem subest ratio, is qui jurisdictioni præest ad similia procedere, atque ita jus dicere debet.

7. Quicquid autem his legibus specialiter non est expressum, id veterum legum constitutionumque regulis, imperatorio jure comprehensis, omnes relictum intelligant.

8. Judices oportet in primis rei qualitatem plena in-

qui-

quisitione discutere, & tunc utramque partem interroga-
re, num quid amplius addere desiderent, quod alterutri
partium deserviat.

TITVLVS II.

De Citatione in Jus.

1. **C**Vm injustum sit damnare nondum auditum, et judica-
re nondum cognita causa, ideo merito Judicium a
Citatione inchoandum est.

2. Si ergo Civis aut quicunq; aliis, Ciuem in jus vo-
care voluerit, eum per Judicis sigillum, aut Ministrum pu-
blicum, prout in loco usitatum est, ad horam per Judi-
cem ipsi constitutam, citare debet.

3. Citatio autem insinuanda est adversario præsenti per-
sonaliter, sive in ædibus propriis, seu in alio quocunque
loco, unde illi innotescere possit. Si autem citandus do-
loso se occultet, satis est, si ad domum citetur.

4. Si in Jus trahitur servilis et vaga aliqua persona,
quæ hæreditates non habet, quæve satis dare non potest,
talis fidejusorem dabit, de judicio sisti vsque ad causae
decisionem. Habens bona immobilia quibus satisdare po-
test, ad dandos fidejussores cogi non potest, præterquam in
causis criminalibus, vbi accusatus etiam bona immobilia
habens, fidejussores sese judicio sistendi causa, dare cogitur.

5. Vtraque parte litigantium, Actore & Reo, coram ju-
dicio comparente, accusato quatuordecim dies dantur, vt
interea ambæ partes concordent: sin minus, vt tandem ad
eum terminum de propositis Reus respondeat. Si autem
Peregrinus Ciuem vel Inquilinum ad judicium citauerit,
non quatuordecim dierum, sed tridui terminus datur ad
deliberandum et respondendum: sic quoque in causis do-
mesticorum moram non ferentibus.

5. Ciuis vel aliquis alius, si colonum in pago residen-
tem, citare voluerit, a Judice ciuitatis vel oppidi, cuius
jurisdictioni citandus subjectus erit, sigillum accipiat, quod
ad locum vbi Reus habitat deferet, et per Villicum ejus
loci, eundem citari curabit ad ordinarium Judicem.

7. Eum vero quem temere adversarium in Judicium
gratia novi Judicij Principis, vocasse costiterit, viatica
litisque sumptus adversario suo reddere oportebit.

8. Si quis in Judicio se sisti promisit, et valetudine, vel
tempestate, vel vi fluminis, vel serviciis dominicis, vel alia
justa causa prohibitus. se sistere non potuit, exceptio-
ne juvatur.

T I T V L V S III.

De Contumacia partium.

1. **S**I quis in Jus vocatus non ierit, ex causa a competente
Judice mulcta pro Jurisdictione Judicis damnabitur.
Qui itaque citatus ad terminum praefixum, per se vel per
Procuratorem suum non comparuerit, in prima instan-
tia florenum vnum Judici dependet: Qui vero post secun-
dam citationem absens fuerit, duos flor: dependet: Si ve-
ro ad tertiam citationem, vel ad vnicam peremptoriam
(quae regulariter facta pro tribus sufficit) contumax fuerit,
nec ad terminum praescriptum per se vel per Procuratorem
suum comparuerit, causa Actori propter non compari-
tionem adversarii secundum petitionem suam adjudica-
tur, et ei secundum Juris ordinem satisfactio impenda-
tur: nisi Reus absentiae suae justum et legitimum impe-
dimentum obstetisse illegaverit et comprobauerit, tunc
enim exceptione juvatur.

2. Quod si contra Actor causae suae diffisus; non com-
pareat, citra dilationem parti comparenti in expensarum
refusionem condenaretur. Pro contumace autem et ille ha-
be-

betur, qui se dolo occultat, ut conveniri personaliter non possit.

T I T V L V S IV.

De Actore & Reo.

1. **A**ctor forum rei sequatur: forum autem habet vbi domicilium, ideo ibi conveniri debet, exceptis debitibus liquidis et confessatis, pro quibus vbi cunque locorum deprehensus fuerit, extra ordinem conveniri potest: In causis autem criminalibus, Reus in loco delicti conveniri debet, nisi sit profugus, tunc enim ubique comprehensus fuerit, in Jus vocari, et si criminis intentati fuerit convictus, plecti potest.

2. Quo autem conventus intelligere possit et scire, quid adversario respondendum sit, visum est, ut omnis Actor in foro Saxonico, causam suam Saxonico idiomate perspicue proponere debeat.

3. Quod si de fundo et non de persona controvertitur, coram eo Judice, sub cuius jurisdictione fundus est, actio intendi debet, etiamsi Dominus fundi alterius jurisdictioni subjaceat.

4. Non debet Actori licere, quod Reo non permittitur: nam favorabiliores Rei potius quam Actores habentur.

5. Actore non probante, Reus absolvitur, neque Reum Actor monstrandi contrarium necessitate adstringit, cum per rerum naturam factum negantis, probatio nulla sit: vbi vero Reus ultro probare desideret, audiendus est.

6. Sicut Actor tenetur probare suam intentionem, ita Reus suam exceptionem: nam Reus in exceptione Actor est.

7. Qui destituit agere, amplius in eadem causa accusare prohibetur.

8. Si Ciuis, Inquilinus aut Famulus aliquem in Judicio

accusaverit, Reus non potest Actorem alia de causa coram Judicio accusare, quousque lis pendens decisa fuerit, excepta causa læsæ famæ, quæ Principalem actionem impedit. Item si justam Reus habeat compensationis exceptionem.

9. Si Quis se causae alienae qualicunqne, sine legitimo Principalis procuratorio, vel illius personali commissione legitima ingerat, a Judicio viginti florenis multabitur.

10. Si quis etiam litem semel amissam, sine beneficio Novi Judicij restauraverit, flor: duodecim: Cæterum qui iterato Novi Judicij beneficio egerit, a limine Judicij repellatur, ac in duplum condemnetur.

T I T V L V S V.

De Probationibus & Testibus.

1. **C**Vicunque partium necessitas probandi incumbit, audienda est: Ei autem incumbit probatio qui dicit, non illi qui negat.

2. Qui accusare volunt probationes habere debent, cum neque Juris neque aequitatis ratio permittat, ut alienorum instrumentorum potestas fieri debeat, nisi ex aliqua causa Judicii aequum fuerit visum.

3. Qui testes exhibere voluerit, id faciat tempore coram Judicio praefixo, et adversam partem denunciatione moneat ut compareat, ad videndum et audiendum Testes produci, & jusjurandum ab illis recipi.

4. Exhibiturus testes, eosdem mandato Judicis prodandis testimoniis citabit, utraque parte litigantium nominata: Eo mandato Postulati Testes huic iurisdictioni subjacentes, nisi justa et gravi necessitate impediti, personaliter coram Judicio comparere, ac Testimonia sua, præstato juramento dicere debent. Sin autem ad deliberandum de re proposita, terminum certum postulaverint, non est illis denegandus.

5. Te-

5. Testis evocatus, nec vlla gravi necessitate impeditus non comparens, et per contumaciam absens, a Judice mulctatur, neque sic tamen a reddendo testimonio liberatur: cogitur enim nihilominus testificari.

6. Testimoniorum usus frequens et necessarius est, ne quid occultum et dubium in causis resideat: Ideoque ad postulationem litigantium admittendi sunt Testes hi, quibus non interdicitur Testimonium, eo tamen modo, ut Testis quilibet mandato Judicis evocetur, deinde praesente adversario, vel per contumaciam absente, juramentum solenne praestet, se nihil falsi dicturum, neque hoc juramentum Judex cuique sine consensu patium remittet.

7. Personae Senatoriae, Judices, Notarii publici sine juramento, comimonefacti tamen de eorum juramento publicè Senatui praestito, examinantur: verum in causis propriis, ubi jusjurandum detinatur, tales personæ exceptione juramenti praestiti causa functionis suae, non adjuvantur.

8. Qui testibus causam probare voluerit, expressis verbis vel articulis proponere debet intentionem suam, cur ipsos Testes produxerit, et de quibus examinari debeant.

9. Examen Testium coram Judicio productorum, fieri debet seorsim coram Judicibus, secedere jussis partibus litigantibus, ac singuli privatim audiantur, et eorum attestations scriptis a Graphiariis excipientur.

10. Judices quoque a Testibus diligenter inquirant qua ratione res illis notae sint, quo tempore, quo in loco, quibus praesentibus singula acciderint, et alias circumstantias, quae causas reddunt perspicuas et illustrant, eas Judices pro ipsorum prudentia exquirere poterunt. Testis etiam obscure vel dubie de negotio causae testificans, denuo examinari potest.

11. Cum frequenter in litibus contingat, quod una pars factum affirmet et altera neget, ac utraque pars alleget, sum

suam causam probaturam, Probatio imponenda est ei, quæ factum affirmat, non quae negat, nisi si negotio alterius peculiares habeat circumstantias, quæ Probationes requirant, quod pro arbitrio Judicis cognoscendum est.

12. Examinatis Testibus, attestations eorum publice coram Judicio recitandæ sunt, cunque Judex cognoverit, quorum testimonia rei aptiora fuerint et vero proximiora, sententiam proferat, ita tamen ut tres vel duo non reprobatи Testes sint adminus.

13. Probationes quas litigantes proferre habuerint ad Articulos suos, has producant ante publicationem Testimoniorum: posteaquam enim attestations coram Judicio publicatæ fuerint, neutra pars deinceps ad ulteriorem Probationem eorum Articulorum admittetur coram eodem Judicio: secus si fiat appellatio.

14. Data est cunctis Judicibus absque vlo præscriptio-
nis obstaculo, in Testes, quorum voces falsitate vel fraude non carere perspexerint, pro qualitate delicti animad-
vertendi licentia. Vetere autem consuetudine receptum
est, perjurium una lateris costa puniri, quae viginti flo-
rensis redimitur.

15. In exhibitione Testium. per accusatores vel per
quos postulati sunt, sumptus competentes præberi Te-
stibus præcipiatur.

16. Vltra tertiam Testium producendorum dilationem,
quarta dari non debet sine causae cognitione.

T I T V L V S VI.

Quae Personae Testimonium dicere vetantur.

1. **M**puberes, qui annum decimum quartum non excesserunt, **I** Testimonium dicere vetantur. Item insani, furiosi, mente capti, præterea infames, qui manifestis criminibus notati sunt, vtpote adulteri, perjuri, fures. Infamis Persona, quæve pu-
bli.

blicis Judiciis damnata est, Testimonium perhibitura de negotio ante damnationem facto, ne sic quidem admittitur.

2. Si Testis adversæ parti sit infensus et probetur esse inimicus capitalis: Item parentes et liberi invicem adversus se, ad Testimonium admittendi non sunt, nisi adversa parte id concedente.

3. Frater pro fratre Testis esse nequit, nisi ab altero fratre accusetur. Nullus consangvineus consangvineo testis esse potest: nec Gener et Socer invicem: Maritus et Vxor pro se invicem Testimonium dicere vetantur.

4. Testes quos accusator de domo propria produxerit, interrogari non placuit: Nam idonei Testes non esse videntur, quibus imperari potest, vt Testes fiant, excepto casu adulterii et beneficij alteri conjugum præparati: tunc enim propriam quoque familiam in testimonium producere non vetatur.

5. Ex una Domo plures Testes in negotio alieno adhiberi non vetantur: Pater ergo et Filius, duoque Fratres, qui in ejusdem Patris potestate sunt, Testes utriusque in negotio fieri possunt.

6. Patroni in causa cui Patrocinium praestiterint, Testimonium ne dicant. Ad Testificandum non admittuntur. CONSANGVINEI: vt Pater, Mater, Filii, Avus, Avia, Neppotes, Frater, Soror, AFFINES, vt Maritus, Vxor, Socer, Scrus, Gener, Nurus. *Hi quia volentes non admittuntur, ideo nolentes non coguntur.*

7. Inviti contra Agnatos vel Affines, Testimonium dicere non coguntur.

8. Causam famosam patefaciens, et Actori litis ansam praebens, in eadem Testimonium dicere vetatur, secus in causa civili.

TITVLVS VII.

De Probatione Instrumentoru.

1. SI Debitor Creditori chirographum aut literas obligatorias dederit, quibus debitum fatetur, et Debitor accusatus sine justa causa solvere recuset, neque tamen literas, a se datas aut scriptas neget, talia Instrumenta plenam habent contra eundem Probationem, Similem quoque vim habent literae missivae, si in his expresse continetur obligatio debiti ejus, qui literas scripsit aut misit, sive hae visitato suo sigillo obsignatae sunt: Sigillum enim literas confirmat et corroborat, nisi incalculo error sit commissus tunc enim exceptione juvatur.

2. Instrumentorum amissio Creditoribus non oberit, si modo manifestis Probationibus debitores crediti convicerint. Sicut autem iniquum est, Instrumentis vi ignis absumpcis, debitorum solutionem abnuere, ita non facile casum conquerentibus credendum est, nisi aliis argumentis dictis fidem faciant. Qui crediti causa convenitur, autentico non alicujus scripturæ exemplo, convenientius est.

3. Rationes defuncti, quae in bonis ejus inveniuntur: Regestrum item Negotiatorum et Opificum, ad Probandum sibi debitae quantitatis, solae non sufficiunt. Ejusdem Iuris est, si in ultima voluntate defunctus certain pecuniae quantitatem, aut etiam res certas sibi deberi significavit.

TITVLUS VIII.

Quod Testes ante litis contestationem non sunt producendi, nisi pro perpetua rei memoria.

R E gulariter lite nondum contestata, non est procedendum ad Testium receptionem, & si ante recipientur, non

non valet quod agitur, nisi quis eos ad futuram rei memoria-
riam producere vellet, ita videlicet: Quod si personae testifi-
caturæ sint peregre profecturae, vel periculosis morbis ob-
noxiae, aut senio confecta: item si vigeat pestis; ut vereat-
tur altera partium ante legitimam fassionem his se desti-
tui posse: item in debito conditionali, cum Auctor de præ-
senti agere non potest: idem intelligendum de rebus
quae moram non patiuntur, quod Judicium prudentiae
perpendendum relinquitur: Tales autem personæ possunt cor-
am Judicio ante litem contestatam recipi, parte adversa,
si præsens sit, legitime citata: Attestationes autem illorum
apud Judicem obligatae manere debent usque ad tempus
litis. Si vero talia Testimonia intra annum non usurpan-
tur, deinceps suo vigore carebunt, nisi si morae et impedi-
menti legitimam posset adferre Causam, tunc enim & ul-
tra valebunt.

2. Si quis fassiones Testium, vel integras Actiones Cau-
farum, aut Protestationes litis pendentes, aut Sententias de-
finitivas, aut alia sua Jura, Emptionum, Donationum, De-
bitorum, Contractuum, et similium, in librum publicum
Civitatis inscribi cupit, id fiat; coram Senatu præsente ad-
versa parte, quæ etiam ordinarie ad Senatum citabitur,
et sic utrisque partibus præsentibus, ea in librum Civitatis
referuntur. Censemus autem omnes lites, non ultra trien-
nii metas post litem contestatam, esse protrahendas.

T I T V L V S IX.

De Jure - Jurando.

I. Nterea dum litigantes conantur suis Causis Probationes
producere, non est conveniens neque necessarium, Jus-
jurandum deferre et imponere. Productis Probationibus quæ
in Causa adduci poterant, tum de num pro ratione Causæ
et

et æquitatis, per Sententiam Judicis, pro pleniore Probatione, Actori vel Reo, Jusjurandum detur, propter semiplenam nimirum Probationem.

2. Si alter ex litigatoribus sine cognitione Judicis, Jusjurandum detulerit, is cui delatum est, potest id suscipere vel recusare, vel etiam adversario referre, idque vocatur absolutum et voluntarium Juramentum: Est aliud quod Judiciale nuncupatur, quod in Judicio ab Actore Reo, Judice probante desertur: Tertium vero necessarium, quod judex detinet et necessitatem imponit.

3. In Causis pecuniariis, si alter litigantium Jusjurandum deferat, audendus est: Quemadmodum enim Judex, ita et Actor illud deterre potest.

4. Causa jurejurando ex consensu utriusque partis, vel adversario interiente, delato et praestito vel remissio decisa, nec perjurii praetextu retractari potest.

5. Si quis Civium occasione debitorum aut aliarum rerum, per aliquem in Judicium tractus fuerit, et nulla Probatio contra eum per Actorem produci poterit, neque alicujus suspicionis signum apparuerit, Reus si negaverit, sine juramento absolvetur. Si vero Actor in vim probationis aliqua produixerit, non tamen sufficientia, sed tamen talia quae suspicionem afferant Reum debere, tunc in supplementum semiplenæ Probationis, Actor propior erit ad probandum juramento suo corporali, quam Reus ad evadendum.

6. Quoties Jusjurandum a Judice desertur, tempore delationis non vero præstationis appellandum est.

7. Si quis rem furto sibi subtractam asserat, metseptimus juramento praestito, suam esse comprobare debet: Neque Judices admittent adversae parti Jurisjurandi oblationem in duplo, ne praetextu uberioris Probationis, perjuria ansa præbeatur.

T I T V L V S X.

De Sententiis Judicium.

1. **D**lacuit in omnibus rebus potiorem haberi justitiae æquitatisque, quam stricti Juris rationem. Observare autem Judices specialiter debent, vt in omnibus Causis, Sententia quae deliberata fuerit, præsente utraque parte recitetur, vt penitus quae lata fuerit Sententia cognoscant, contineatque condemnationem vnius partis, et absolutionem alterius. Coeterum inaudita Causa quemque damnari, æquitatis ratio non patitur.

2. Sententia ex falsis allegationibus contra absentem lata, ipso Jure nulla est.

3. Rescripta contra Jus elicita, ab omnibus Judicibus refutari Imperatores præcipiunt, nisi forte aliquid sit, quod non laedat alium et profit petenti, vel crimen supplicanti indulgeat.

4. Post rem judicatam, vel Jurejurando decisam, vel confessionem in Jure factam, nihil amplius quæritur: Quia in Jure confessi pro judicatis habentur.

T I T V L V S XI.

De Appellationibus.

1. **C**Vm Appellatio tanquam refugium et solatium sit his, qui Judicum sententiis gravantur, vt Causas suas ab inferiore Judice ad superiorem, pro matuori revisione provocare possint. Quocirca is qui Appellare voluerit a Judice, id faciat statim ipso pro tribunali adhuc sedente, atque inde gradatim ad Senatum, a Senatu dum adhuc congregatus confedere manet, ad vniuersitatem Saxonum, inde ad Principis Curiam Appellantandi liberam habet potestatis

tis facultatem. Appellans autem si deliberandi horam vel diem vnum postulet, negari illi non debet: Appellatio vero ad Principem omisso medio regulariter non admittitur.

2. Provocatione interposita integer status esse videtur ejus, qui de aliquo crimine adnotatus est: Ergo & si ordine abstinere jussus sit & provocaverit, eadem ratione potest cœtum participare: cum certi Juris sit, ne quid pendente Appellatione innovetur.

3. Post Appellationem interpositam, si Appellans literas Transmissorias, seu apostolos, intra prestituta tempora non postulaverit, vel acceperit, vel reddiderit, præscriptione lab agendo submoveatur. Et qui licitam Appellationem intra statutum tempus exercere neglexerit atque omiserit, sacerdoto filere eum oportebit, nec a Principe petere auxilium per supplicationem poterit, quod si fecerit, desiderio suo carebit.

4. Et in majoribus et in minoribus negotiis Appellandi facultas est: Nec enim Judex debet iniuriam sibi fieii existimare, eo quod litigator ad provocationis auxilium convolauit.

5. Provocatio non datur his, qui de Causis criminalibus, vti adulterio, homicidio voluntario, latrocino, vel de manifesta violentia accusati, & certis argumentis & testibus convicti, vel proprio ore sine tormentis sua sceleria iunt confessi: neque manifestis debitoribus, qui nec negant, nec vilam legitimam exceptionem adterre possunt, aut etiam iis, qui partem adversam frusta protrahere, vel calumniosa dilatione fatigare conantur, Appellationis beneficium concedatur, alioquin adversario damnum & litis impensas refundere cogantur: Sic nec in iis, quae dilationem non patiuntur.

6. Nulli qui Jurisdictioni Saxonicae subjectus est, a Senatu ad Univeritatem Saxonum prohibitum est appellare,

in

in quacunque Causa mobilium rerum decan florenorum quantitatem superantum: Porro ab Vniversitate Saxonum ad Curiam Principis Appellatio admittitur, in omnibus Causis bonorum mobilium quantitatem quadraginta florenorum excedentium: ne super minimis Causis supremi Judices inquietentur, & homines propter minimas Causas magnis fatigentur dispendiis. In Causis ve c rerum immobili- um, injuriarum, servitutum urbanarum, et ruricorum prædiorum & tumilium, quæ certam sui æstimationem non ad- mittunt, Appellatio non est deneganda.

7. Si vtraque pars litigantium ob latam sententiam ag- gravata fuerit, quæ libet pro se speciatim Appellabit, si in una eademque Causa unus Appellaverit, ejusque Appellatio justa sit pronunciata, ei quoque prodest qui non Appellaverit

8. Privilegiis Saxonum in Transylvania cavetur, ne unquam lites quæ finivm terminalium, seu territoriorum Cau- sa, inter Saxones emergunt, ultra Vniversitatis eorum forun judiciale provocentur, neve per homines Wayvoda- les vel Protonotarios reambulentur et decidantur, sub poena provinciali qui contrarium tentaverint.

T I T V L V S XII.

De Executione Rei Judicatae.

1. Vdicati executio solet suspendi et soluti dari repetitio, si falsis instrumentis circumventam esse religionem Ju- dicandis manifestis Probationibus fuerit ostensum.

3. Qui Sententiam a Judice accepit, huic Executio secundum Sententiam prolatam intra spatium sex hebdoma- darum fieri debet, si cum suo adversario non convenerit. His etiam qui fatebuntur debere, aut ex re Judicata neces- se habebunt reddere, datur tempus ad solvendum, si intra diem datum non reddiderint, pignora capiant.

2. In Executione Causarum adjudicatarum hic ordo ob- fer-

servatur. Exactis post latam Sententiam, sex septimanis, si Debitor quantitatem adjudicatam Creditori non solverit, primo quidem res mobiles (exceptis instrumentis suis manuariis, quibus opus habet ad exercendum suum opificium, & apud agricolam equis, bobus aut aliis ad aratrum pertinentibus, quibus videlicet solitus fuit debitor se nutrire) capiantur, quorum præcium si non sufficerit, etiam prædictæ Res exceptæ capiantur, tamdiu donec Creditori satisfiat. Si in bonis debitoris Res sint ab aliis ante Jure arestatae, Judex quod æquum erit cognoscat.

3. Cuilibet famulo suam demeritam mercedem, post absolutum servitii tempus, Judex adjudicabit auditis eorum heris, qui si debiti quantitatem non negaverint, tridui tempus pro solutione facienda dabitur: Sin aliquod obsteterit impedimentum, compensationis puta, id Judex æquitate componat, auxilioque sit ut servo satisfiat. Servus etiam hanc habet prærogativam, suum stipendium exigen- di præ omnibus aliis debitoribus, exceptis his, qui dominos ante debiti convicissent.

4. Conductor ædium debiti accusatus, ejus si bona Creditoribus Jure adjudicata et ordine Juris occupata fuerint, locatori si pro conductione ædium non fuerit satisfactum, præ aliis omnibus satisfieri debet ex bonis conductoris, priusquam alia ejus bona ex ædibus ablata fuerint. Nam illata & inducta in domum conductam, tacite pignori obligata sunt

5. Si Actori solutio debiti coram Judicio adjudicata est, exactis sex septimanis per publicum Civitatis ministrum pignora capiantur, quæ si fuerint mobilia, ad proximum vicinum deponantur tam diu, donec tribus diebus fori publice venum exponantur, præcium vero quod pro iis offerur, debitori significetur, ut si ea velit retinere vel dimittere, id faciat intra prædictos tres fori dies, cæteroqui vendentur quanti pluris poterint.

6. Creditoribus peregrinis pignora Civium debitorum per honestas personas æstimata addicuntur, sit que eorum Executio primo in paratam pecuniam, aut si illa non suppetit in auream & argenteam supellectilem, aliaque cleno-dia: Quibus itidem deficientibus, hocque juramento corporali per debitorem comprobato, ad reliquas Res mobiles æstimandas descenditur. Cæterum si Civis fuerit Creditor, Debitor ad ejusmodi Jusjurandi præstationem non obligatur, sed sufficit pignorum traditio quousque sibi fuerit ex illis satisfactum.

7. Cum a Judice fundus aliquis Creditori fuerit additus pro re credita, aut fundus in nexum sit datus a debitore per literarum obligationem, talis fundus primum per præconem publicum ante fores templi parochialis, vel in foro publico, tribus diebus Dominicis publice venum proclamabitur, et si quis pretium debiti quantitatis auxerit, id domino significabitur: post tertiam proclamationem sive pretium auctum fuerit, sine non, denuo offeretur debitori si voluerit retinere, si recusaverit, plus offerenti detur, et quod supererit debitori restituetur.

FINIT LIBER PRIMUS.

L I B E R - S E C V N D V S.

T I T V L V S I.

De Ritu Nuptiarum.

1. Nuptiæ sive Matrimonium, est Viri et Mulieris con-junctio, individuam vitæ consuetudinem continens.

2. Justas Nuptias inter se contrahunt, qui secundum legum præcepta coeunt, masculi quidem puberes, foeminæ vero viripotentes, cum consensu tamen parentum aut eorum quorum in potestate sunt. Eorum qui in potestate patris sunt, sine voluntate ejus matrimonia Jure non contrahuntur, sed contracta non solvuntur.

3. Sponsalia sicut Nuptiae, consensu contrahentium fiunt, nec possunt consistere nisi consentiant omnes qui contrahunt, et quorum in potestate sunt.

4. Inter eas personas quæ parentum liberorumque locum inter se obtainent, contrahi Nuptiæ non possunt, & si tales personæ inter se coierint, incestas Nuptias contraxisse dicuntur, quarum poena sit exilium.

5. Propter majorem sanguinis reverentiam, ad quartum usque gradum inclusive, Nuptiæ non admittantur, nisi copula carnalis intercesserit, tunc enim mulcta competente, a Judice irrogata tolerabuntur.

6. Si is qui puellam suis Nuptiis pactus est, intra biennium exequi Nuptias in eadem provincia degens superfederit, ejusque spatii sine decursu, in alterius postea conjunctionem puella pervenerit, nihil fraudis ei sit, quæ Nuptias maturando vota sua diutius eludi non est passa,

7. Nihil tam humanum quam fortuitis casibus Mulieris Maritum, vel Vxorem Viri participem esse. Si igitur Vir sine culpa Vxorem, aut Vxor sine culpa Maritum rejecerit, com-

compellatur ei quartam partem propriæ substantiæ, pro rata portione persolvere.

8. Desertor sine causa si peremptorie citatus eo, ubi domicilium habuit, non comparuerit, persona deserta in nocens libera, desertor vero tanquam mortua pronunciabitur.

9. Si Maritus Vxori ab initio matrimonii usque ad duos continuos annos computando, coire minime propter naturalem imbecillitatem valeat, potest Mulier sine periculo trientis amittendi, repudium Marito mittere, præcedente tamen censura Ecclesiastica.

10. Matrimonium deportatione, vel aquæ & ignis interdictione non solvitur, si Casus in quem Maritus incidit: non mutet Vxor affectionem.

11. Donec certum est superesse Conjugem absentem, ad alias Nuptias alteri migrare non licet: Si vero incertum sit: septennium tam Maritus quam Vxor expectet, et postea impune alias contrahere poterit Nuptias.

T I T V L S II.

De Successionibus ab intestato:

1. **D**atre & Matre defunctis, liberi legitimi Filii & Filiæ, **I**n omnibus bonis mobilibus et immobilibus succedunt. Quod si quem ex ipsis descendantibus mori contingat relictis liberis, illius liberi in Parentum locum succedunt in stirpem, nimirum tam magnam ex hæreditate defuncti portionem percepturi, quantum eorum parens adeptus esset, si supervixisset.

2. Filii ante contractum Matrimonium progeniti, & per subsequens Matrimonium legitinati succedunt ab intestato Parentibus vna cum aliis legitimis.

3. Quod si Mulier legitima foetum enixa fuerit, quæ in

in partu moritur, si foetus ediderit, dum ex alio Matris egreditur vagitum, qui intra quatuor angulos domus exaudiri potest, pro enixo vivo homine et hæreditatis capace reputatur.

4. Spurii vel vulgo quæsiti succedunt Matri etiam vna cum legitimis: succedunt etiam Aviæ vel Avo Materno: Nam Patrem hi habere non intelliguntur, cum is incertus sit. Nati ex incæstufo et nefario damnatoque concubitu, item ex adulterii complexibus, neque ad successionem Patris neque Matris admittuntur: de æquitate tamen Canonica debentur eis alimenta. Nam educatio liberorum est Juris Naturæ.

3. Spuriis ab intestato defunctis, legitimi descendentes sucedunt, si autem descendentes hæredes non relinquant, ascendentis hi videlicet quibus ipse succedere potuisset, succedunt. Porro si neque descendentes neque ascendentis reliquerit, cognatorum primi ex latere materno ad hæreditatem vocantur, & si Matrem spurius non habet, sed fratres & sorores uterinas, illi omnibus aliis ex transverso cognatis præferuntur.

6. Si defunctus descendentes hæredes non relinquat, ascendentis qui gradu proximi sunt, omnibus ex transverso cognatis præferuntur. Quod si defunctus post se relinquat Patrem vel Matrem, simul etiam Fratres & Sorores, qui cum Parentibus in bonis indivisis sedent, illi simul defuncto ab intestato succedunt: Habita autem divisione bonorum inter Parentes & Filios, mortuo aliquo filiorum, secundum Jus Saxonum Parentes succedunt, exclusis fratribus & sororibus.

7. Si autem defunctus descendentes non habuerit præterquam ascendentis, Avum Paternum simul etiam Avum Maternum, duo illi Avi ab utraque linea ad hæreditatem admittuntur, ita ut Avus Paternus in quæstis ex linea Pa-

ter-

terna, Avus Maternus in quæsitis ex linea Materna defuncto succedant.

8. Si quis moritur intestatus post se Avum Paternum & fratrem Uterinum, aut Avum Maternum & Fratrem consangvineum relinquens, illi in hæreditatem defuncti succedunt quisque ex sua linea, videlicet Avus Paternus ex Paterna, & Uterinus Frater ex Materna: Avus Maternus ex Materna, & Frater consangvineus ex Paterna.

9. Fratres & Sorores, non extantibus descendantibus & ascendentibus defuncto, succedunt, & excludunt liberos Fratrum & Sororum suarum.

10. Si quis moritur intestatus, non relinquens post se ascendentes neque descendentes, nisi Fratres & Sorores, consangvinei succedunt defuncto in linea Paterna, & Fratres vterini in linea Materna. Quod si vero defunctus post se relinquat Fratres vel Sorores utrinque conjuctos, simul etiam Fratres vel Sorores ab altero tantum Parente junctos, hi cum Fratribus vel Sororibus utrinque conjunctis succedunt in ea duntaxat parte, qua defuncto conjuncti fuerunt, hoc est, si a Patre, tunc in Paternis: si vero a Matre, in Maternis.

11. Moritur autem quis intestatus, habens ex altero tantum Parente conjuctos Fratres, puta consangvineos & simul Avunculos, Fratres consangvinei succedunt ei in bessem a Patre: Avunculi in trientem a Matre in ipsum devolutum: Sic e contra, Fratres vterini in trientem, patrui vero, deficientibus consangvineis Fratribus, in bessem Paternum succedunt, sine bonorum confusione.

12. Si defunctus neque descendentes neque ascendentes haberet, nec Fratres aut Sorores, Fratrum & Sororum liberi vocantur, qui defuncto in stirpem succedunt, h. e. vt quisque eorum tantum ex hæreditate accipiat portionem, quantum Parens eorum adeptus esset, si supervixisset.

set. Post Fratrum aut Sororum liberos hæ personæ vocantur, quæ proximiorem gradum cognationis obtinent, ita ut propinquiores remotioribus præferantur, & qui sunt ejusdem gradus, omnibus æqualiter competit hæreditas, & in capita succedant.

13. Intestatorum res, qui sine legitimo hærede vel ex qualibet sanguinis linea conjunctis deceperint, Republicæ rationibus vindicentur.

T I T V L V S III,

De Tutelis.

1. D Ecedente Vxore ante Maritum relictis liberis minoribus ex vtroque Parente natis, Maritus erit Maternorum bonorum & liberorum Tutor, nec opus est alios Tutelæ præficere. Debet autem Pater intra mensem vel alterum post mortem defunctæ Conjugis, divisionem facere omnium bonorum suorum cum liberis, pro ordine & forma in Titulo sequente annotata, et facere inventarium.

2. Si Parentes defuncti Filiis suis impuberibus Testamento suo, Tutores Viros honestos & fidedignos delegaverint, eorum Tutela rata permanebit.

3. Tutela autem est triplex, Legitima scilicet, quæ a nemine datur, sed a lege secundum Agnationis successiōnem defertur. Altera est Testamentaria, quam Pater ordinat Filio: Tertia vero Dativa dicitur, quam ex officio Judex dat, si Testamentarii et legitimi deficiant Tutores, vel si consangviniæ judicentur non idonei.

4. Quamdiu Testamentaria Tutela speratur, legitima cessat, nec redit ad legitimam, nisi Testamento datus deceperit.

5. Quod si Pupillis a Parentibus nullus datus sit Tutor in Testamento, tunc ad proximiores Agnatos Tutela deser-

defertur, ad eos videlicet, qui in hæreditate post mortem Pupillorum successuri erant, atque tales Tutores decreto Senatus vel ordinariorum Divisorum constituuntur, absque aliqua spe mercedis et lucri. Si vero proximiores Tutelam negaverint sine causa sufficiente, tunc quoque spe futuræ hæreditatis pupillorum privabuntur: Nam qui sentire vult lucrum, sentiat et onus oportet, Si vero per Senatum alii peregrini Tutores ordinati fuerint, iis merces constituantur pro ratione bonorum pupillarum.

6. Tutores & Curatores excusantur propter liberos, paupertatem, adversam valetudinem & Magistratus administrationem: hisce ex Causis onus Tutelæ recusantes, a successione legitima pupillorum non repelluntur.

7. A Tutoribus & Curatoribus eadem diligentia exigenda est circa rerum pupillarium administrationem, quam Paterfamilias rebus suis ex bona fide præbere debet.

8. Magistratibus imputatur, si minus idoneus, aut etiam si Tutor omnino datus non sit, sed ita demum, si moniti non dederint.

9. Non audeat Tutor res pupillares aliter attingere, vel villam sibi coïmunionem ad eas vendicare, nisi Inventario prius publice facto, sic secundum morem solitum res ei tradantur: Nam Tutor qui repertorium non fecit, dolo fecisse videtur, nisi necessaria et justissima Causa allegari possit, cur id factum non sit,

10. Mulieres ad Tutelam non admittuntur gerendam, nisi pupillorum legitimæ Matres fuerint. Quod si ad secundi vota transierint, a Tutela submoveantur, allis substitutis Tutoribus vel Curatoribus per Senatum, nisi Vitricus sit vir honestus et Tutelae idoneus. Minores quoque viginti quinque annorum ad Tutelam non admittuntur. Lege duodecim tabularum prodigo interdictur bonorum suorum administratio, quod & in oribus quidem ab initio intro-

introductum est. Masculis igitur Pupillis ante vigesimum suæ ætatis annum: at puellis antequam nuptui locatæ fuerint, res & bona eorum extradari non debent, prodigis similiter post contracta connubia, posteaquam comparcere adsverint: & tunc quidem Tutores data ratione onere Tutelæ liberabuntur.

11. Tutoribus permisum est conscripto Inventario accipiendo et exponendo, emendo et vendendo, atque aliis rationibus vtilitati Pupillorum consulere. At bona immobilia, & quæ vetustate interire nequeunt, alienare non debent sine Causis sufficientibus, nec sine voluntate & jussu Senatus.

12. Tutoribus non conceditur Pupillorum, quorum curam gerunt, res & bona nec pér se, neque per alios emere, nisi permisso Senatus concessum fuerit. Tutoris etiam interest, vt ante susceptam Tutelam, debita si quæ illi apud Parentes pupillorum restant, indicet.

13. Quod si Pupillus ætate, metu vel calliditate Tutoris circumventus fuerit, Causa cognita a Judice in integrum restituatur. Nam cum Pupillus ex nullo contractu, fine Tutoris authoritate obligari possit (eo quod Pupillus nec velle nec nolle in ea ætate creditur) nulla æquitatis ratio patitur, vt in rem suam Tutor autoritatem accommodet, ac cum alterius detimento et injuria fiat locupletior.

14. Nec vero Tutoribus permittendum erit, quod quidam tamen faciunt, vt Pupillis bonæ indolis impensas ad Institutionem et honesta studia, fidelioris dispensationis & ad magis necessaria tempora, facultates eorum conservandi, ptætextu denegent, interim tamen suum proprium commodum ex alienis opibus quærentes: Quapropter si qua justa Causa suspectus Tutor fuerit, debet per Magistratum a Tutela removeri, & Tutela aliis bonae fidei Viis commendari.

15. Suspectus autem Tutor est, qui non ex fide Tutelam gerit, licet solvendo sit. Enimvero Tutor vel Cura-
tor, quamvis pauper est, fidelis tamen & diligens, re-
movendus non est quasi suspectus. Suspectus vero etiam
is putatur, qui moribus talis est, ut suspectus sit.

T I T V L V S. IV.

De Divisione Bonorum inter Parentes & Filios

e o r u m.

1. **Q** Vandoqnidem Maritus & Vxor matrimonio in com-
munionem vt corporum , ita omnium rerum con-
veniant, merito quoque optima et æqua consuetudine
suis facultatibus mutuo cum liberis eorum ad communem
vitæ necessitatem fruuntur. Ac vsu receptum est, ut ex
vniverbis bonis bes ad Maritum, triens ad Vxorem pertineat,
omni dotis Jure cessante.

2. Si moritur Mater relinquens legitimos liberos, Pater Fi-
liorum intra mensem vel alterum a die obitus suæ Conju-
gis , convocabit consangvineos vel cognatos suæ defunctæ
Conjugis , una cum ordinariis Divisoribus, quorum in præ-
sentia liberis , tam de mobilibus quam immobilebus bonis,
trientem totius hæreditatis , jure & Consuetudine in eos
a Matre devolutum, extradet. Si vero Pater sit vir gra-
vis , & morae suæ certas habuerit Causas, potest illi eti-
am tertius addi mensis, sine tamen liberorum damno. Quod
si intra tertium mensem dividere cum liberis negligat, a
Senatu florensis viginti-quinque multabitur.

3. Antiqua consuetudine receptum est, vt in Divisione
alterutri Parentum Divisionem celebranti, arbitrio bono-
rum virorum ex bonis mobilibus pro facultatum modo, id
est , si modica fuerit substantia, minus : si ampla, eo ho-
nestius præcipiendi Jus ei permittatur, vulgo doatio præ-
roga-

rogativa vocatur. Si vero legatūm intercesserit, cessat donatio præcipua, nisi legato cedere & præcipuam eligere malit.

4. Si Pater duas domos habuerit, singularum æstimatio inibitur, & Patri alterutrius eligendæ potestas relinquetur, ac pater liberis alteram, ratione trientis cedet. Quod si domus illius quam Pater retinet, æstimatio bessem excedit, Pater residuum liberis pecunia persolvet, ad quod & liberi tenebuntur, si domus plus triente valebit. Si vero vnica tantum domus fuerit, in qua Maritus & Vxor habitent, in Divisione illa æstimabitur, Filiisque trientis materni nomine pecuniam numerare, domumque pro se integrum servare poterit.

5. Moritur Maritus Filiis & Vxore superstitibus, Mater Filiorum intra quatuor septimanas post obitum Mariti, convocabit propinquos defuncti Mariti & ordinarios Divisores, quorum in præsentia Filiis integrum bessem universæ hæreditatis dabit, neque quidquam omnino de facultatibus ante Divisionem alienabit. Si vero Mater profusionis & alienationis non sit suspecta, & morae suæ justas habeat Causas, potest illi etiam secundus concedi mensis, intra quem si dividere cum liberis neglexit, a Senatu viginti quinque florenis mulctabitur.

6. Si tempore divisionis duæ domus fuerint, alterutrius electio penes liberos erit, altera Matri cedet. Quod si plures fuerint, aut præter domos, alii etiam fundi in hæreditate, puta vineæ, prata, horti & piscinæ, prima semper optio penes liberos erit, secunda vero Matris, sic ut e quinque fundis Liberis tres, & Matri duo cedant, & sic deinceps. Ex agris autem Matri triens & liberis bes dabitur, quem ipsis in capita divident: Idem a Patre in trientis cum liberis Divisione observabitur, optione tamen illi reservata.

7. Quod

7. Quod si vnica fuerit domus, Matri tertia pars ejus in habitationem assignabitur perpetuam , sive transeat ad secundas nuptias , sive non , si tamen domus citra damnum dividi possit, quod Senatus cognoscet. Si vero transierit ad secundas nuptias et liberos suscepit, portio illa domus ad solos liberos ex priore Matrimonio , facta aestimatione redibit, qui Vitrico et liberis ex secundis nuptiis, suas portiones persolvent.

8. Si Vir, mortua priore Vxore, ex qua liberos habet, alteram duxit, et sine liberis ex ea deceperit, si ædes ita capaces fuerint , Mulieri habitatio dum ad alias nuptias transeat debetur: Quod si iterum nupserit, aut mortua fuerit, portio illa domus ad liberos prioris matrimonii , pro pecuniae solutione redibit, bonorum virorum arbitratu aestimatione facta.

9. Si Parentibus defunctis supersit una domus, simul etiam fundus extra urbem , vt vineae vel prata, in Civitatibus juniori hæredi cedat domus paterna, alteri fundus: In Oppidis vero & Pagis , domus quidem juniori tribuetur, fundus autem in aequas partes dividetur , eo quod inde proveniant eorum alimenta.

10. Moritur Maritus relictæ Vxore & liberis, qui septimum aetatis annum nondum excesserunt, eo Casu in Divisione hæreditatis, hæc ratio in alimentis liberorum Matri assignandis observabitur, vt nomine annuæ proli floreni septem: bimæ sex : trimæ quinque , quadrimæ quatuor , quinqennalis tres , sexennalis duo & septennalis vñus numeretur. Hæc autem pecunia dabitur ex communi liberorum besse: Si vero contingat vnum eorum vel plures tempore intermedio decedere, pars pecuniarum , quarum dies nondum cessit , besse cohaeredum accrescit.

11. In hæreditatis Divisione Paternæ aedes juniori Filiō, Filiis non extantibus, juniori Filiae ab eodem Patre progeni-

genitis attribuuntur , ita vt electio vtrobique penes junio-rem sit , atque ille qui aedes paternas retinebit , reliquis cohaeredibus portiones illorum juxta aestimationem solvat: Sin vero haeres junior aedes redimere tempore Divisionis noluerit, vel ex inopia non potuerit, aetate proximus re-dimendi potestatem habebit, ita vt masculi semper foemel-lis præferantur. Si vero ille mortem obierit , aut ante legitimam aetatem , aut nondum matrimonio contracto , Frater proximus ab eo , secundum gradus praerogativam , ad possessionem domus admittetur , reliquis cohaeredibus et Matri portionibus eorum juxta aestimationem pro tempori-
s ratione faciendam , exolutis , neque illi obstatibit , quod antea portionis suae legitimae pecuniam percepit. Quod si autem appareat eorum haeredum aliquem , in præjudici-um reliquorum circa redemptionem dolum , occulta qua-dam collusione commisisse: id irritum habeatur.

12. Si quid tempore Divisionis per aliquem fraude , dolo et scienter retentum , amotum & occultatum , & tandem in lucem revelatum fuerit, ille qui rem dividendam fraude avertit , sua portione penitus privabitur , quæ caeteris accrescit , excepta sexta parte Divisoribus ordina-riis cedente.

13. Si Mater e vivis excesserit , quoad liberi matrimo-nio se copulaverint , trientis proprietas ad liberos , vsu-fructus ad Patrem spectat , ita tamen vt ex usufructu ne-cessarias in eundem structuras et impensas , faciat et con-servet. Mortuo vero Patre , Matri usufructus bessis Filio-rum non acquiritur , sed cum proprietate consolidatur.

14. Parentibus defunctis , si liberi haereditatem divide-re voluerint , rerum earum quas quidam haeredum ex com-muni ad nuptias , vestes , studia et similia adsumpserunt , vel deteriores reddiderunt , ratio habenda est , ejusdemque rei caeteris indemnitas præstanta est , nisi Parentes in Testa-mento de iis aliquid caverint.

15. Quæ autem Pater Filio studiorum Causa peregre agenti subministravit, si non credendi animo Pater misisse fuerit comprobatus, sed pietate debita ductus, in rationem portionis, que ex defuncti bonis ad eundem Filium pertinuit, computari aequitas non patitur.

16. Majoribus etiam, per fraudem vel dolum vel perperam sine Judicio factis Divisionibus, intra vnius anni integri spacium subveniri solet: Quia in bonæ fidei Judiciis, quod inaequaliter factum esse constiterit, in melius reformabitur.

17. Vbi inter duos hæreditas dividenda est, senior dividat, juniori vero eligendi Jus competit.

T I T V L V S V.

De Testamentis.

1. **V**NIVERSAE personæ mentis compotes Testamentum facere possunt quocunque tempore voluerint, dummodo legitimos suae aetatis annos habeant, nempe masculi decimum quartum, foeminae duodecimum annum compleatum, ita tamen ut legitima portio Patri, Matri, et descendantibus, adeoque iis, quibus de inofficio agere licet, relinquatur.

2. Muti, surdi, furiosi, et ex morbo mente capti & impuberes, Testamentum facere non possunt.

3. In eo qui testatur, ejus temporis quo Testamentum facit, integritas mentis non corporis sanitas exigenda est.

4. Quilibet Testamentum facere volens, debet id facere in præsentia duorum aut trium testium virorum, per testatorem uno et eodem tempore simul ad id vocatorum, vel etiam si non vocati casu intervenerint, & tamen præsentes per testatorem postea ad id rogati sint. Et si tale Testamentum per illas personas fuerit recognitum, sive sit

in scriptis, sive non , robur habebit , nisi per testatorem fuerit revocatum: Quilibet enim dum in vivis est , & mentis suæ bene compos , potestate habet priorem sui Testamenti sententiam per posteriorem corriger et immutare: Quoniam hominis voluntas ambulatoria est usque ad supremum vitae exitum. Nemo etiam eam sibi legem potest dicere, ut a priore Testamento ei recedere non liceat.

5. Testes autem in Testamentis adhiberi possunt hi , qui sui sunt Juris , quive Testamenti faciendi Jus habent: Sed neque haeres scriptus, neque is qui in potestate testatoris est , neque Pater ejus , qui eum habet in potestate , neque Fratres testes adhiberi possunt in Testamentis , Sed neque Mulier, neque impuber, neque furiosus, neque mutus , neque surdus , neque is cui bonis interdictum est , neque ii quos leges improbos intestabilesque esse jubent , admittuntur. Pater autem cum Filio ; item duo Fratres in eodem Testamento alieno, simul esse possunt testes. Quia nihil nocet ex una domo plures testes alieno negotio adhiberi.

6. Legatariis et aliis personis eis conjunctis, testimonium non negatur: Tempore pestis sufficient in Testamento duo testes sive masculi sive foeminae , sive etiam sint domestici sive rogati adveniunt , sive fortuito.

7. Si quis aliquem ad Testamentum faciendum coegerit , vel dolo malo Testamentum facere aut mutare prohibuerit, vel effecerit ut testes non veniant , & per hoc deficiat facultas Testamenti faciendi , ei denegandæ sunt omnes actiones adeundae haereditatis a defuncto in eum devolutae , aliisque gradu proximis haeredibus locus erit.

8. Quod si Mulier antea Marito offensa, non per vim, neque per dolum, sed comitate Mariti placata offensam remittens, illi Testamento aliquid legaverit , ratum habebitur: sic & e contra.

9. Parentes liberos vel Nepotes in Testamentis suis hæredes scribere , atque illis legitimam bonorum suorum portionem relinquere coguntur, nempe duas partes totius hæreditatis , de reliqua tertia parte liberam habeant potestatem in Testamento disponendi : Mater quoque potest ex suo triente tertiam partem legare cui voluerit, reliquis duabus partibus pro legitima descendantibus relictis. Non enim licet Parenti aliquem ex liberis exhaeredare vel præterire , nisi is probetur ingratu s, et ingatitudinis Causam nominatim inferat Testamento.

10. Si defunctus descendentes non habuerit, sed ascendentēs, non potest in Testamento suo illos præterire, sed cogetur illis legitimam bonorum suorum portionem relinquere, hoc est, duas omnium bonorum partes.

11. Omnibus tam Parentibus quam liberis , ac etiam Fratribus & Sororibus de inofficio agere liceat : Cognati vero qui sunt vltra Fratrem, obtinendi spem non habebunt.

12. Si quis aliis suis Agnatis & Cognatis , vel etiam extraneis personis, vel etiam Vxori suae in Testamento suo aliquid legare voluerit , licebit sub conditionibus institutionis, vel substitutionis, pro libera sua voluntate, nullius contradictione obstante. Qui autem potest invitis alienare, multo magis & ignorantibus & absentibus.

13. Vir & Vxor, nullis existentibus liberis, sed neque ascendentibus, neque Fratribus vel Sororibus , possunt res & bona sua ex libera voluntate coram Judicio vel aliis honestis & fidedignis testibus invicem Causa mortis donare , vt superstes lucretur bona defuncti. Si vero postea liberi illis nascentur, talis donatio robur non habebit.

14. Omnibus quorum interest petentibus , Judex inspi ciendi describendique tabulas Testamenti, potestatem faciat.

15. Si liberis aliquid minus legitima portione relictum sit, hoc boni viri arbitratu compensetur, nec occasione mino-

minoris quantitatis Testamentum rescindatur. Cum in Testamento ambigue aut etiam perperam aliquid scriptum reperiatur, benigne & secundum id quod testatorem voluisse credibile est, Judex interpretabitur.

15. Si quid solutum sit ex Testamento, quod postea falsum & inofficium vel ruptum apparuerit, repetetur.

16. Potest etiam aliquis ultimam suam voluntatem in charta conscribere manu sua vel alterius, cum subscriptione tamen sua, si scribere norit: Illam autem complicabit, ne mens testatoris ante tempus patefiat, & illi qui ex Testamento emolumenntum sperant, frustrati, ad odium concitentur, vel hi qui haeredes instituti, vel legata percepturi sunt metuant, ne testator sententiam suam mutet, vitæque testatoris ob id insidentur: Advocatis deinde testibus profitebitur, in ista charta complicata, ultimam suam voluntatem contineri, cui testes nomina sua adscribant, sigillisque suis obsignabunt, anno, die & loco nomineque testatoris annotatis: Si scribere non noverint, tantum sigillis suis obsignent, quod tamen sine præjudicio & subscribentis & signantis fiet.

T I T V L V S VI.

De Rebus Legatis.

1. Legatum est donatio Testamento relicta, qua testator ex eo quod universum hæreditis foret, alicui quid collatum velit. Legata non debentur, nisi deducto ære alieno hæreditatis vires ad id sufficient.

2. Si quis hæredes habens in ascendenre vel descendente linea vel collaterali, quibus de inofficio agere licet, bona immobilia Testamento cuiquam legavetit, hæres pro pecunia redimere potest: Bona vero mobilia, quilibet pro suo arbitrio legare potest, quatenus illi per leges licet.

Quod

Quod si vero testator immobilia habuerit suis servitiis vel industria, vel matrimonio acquisita, de iis, si hæredes descendentes vel ascendentibus, vel Fratres & Sorores non habuerit, liberam disponendi potestatem habeat, non obstante villa suorum consangvineorum contradictione.

3. Si quis ultra vires hæreditatis legaverit, ipso mortuo quidem legatum non extingvitur, sed hoc tantummodo præstatur quod invenitur. Si pecunia legata in bonis legantis non extet, solvendo tamen sit hæreditas, hæres pecuniam legatam dare compellitur sive de suo, sive ex venditione rerum hæreditariarum, sive vnde cunque tandem voluerit.

4. Debitoribus etiam ea quæ debent legantur, vel etiam si debitorem remanere vult, diem solutionis præstandæ ex suo arbitrio testator prorogare potest.

5. Si rei proprietas legata sit, cuius usumfructum testator dum vixit retinuit, mortuo testatore legato non revocato, legatarius rei proprietatem cum usufructu obtinebit. Moritur legatarius, res legata ad hæredes ipsius transibit, si testator non revocaverit.

6. Si res legata sine facto hæredis perierit, legatario decedit: Si vero hæres in tradendo legato moram fecerit, periculum rei legatae ad ipsum spectabit. Nulla autem intelligitur ibi fieri mora, ubi nulla petitio est.

7. Ad pios usus & republicæ legata, omnium primo præstari debent. Legata ad res pias in aliud usum quam testator voluit, converti non debent.

FINIT LIBER SECUNDVS.

LIBER TERTIUS

TITVLVS I.

De Mutuo & Commodo & Solutionibus.

1. **V**andoquidem Mutuum consistit in iis rebus, quæ pondere, numero & mensura consistunt: & commodatum, quod numero & specie eadem redditur: Ideo qui Mutuum accepit solvere debet ad tempus illud, de quo inter eos convenit, aut si dies Solutioni præstituta non fuerit, solvere tenebitur quando res Mutuo data repetitur.

2. Accusatur quis coram Judicio de debito confessio, si ve Actor Civis sit, sive peregrinus, si debitum ex rebus creditis sit contractum, Judex præfigere debet sex septimanas ad solvendum: Quod si vero parata pecunia debitori sit Mutuo data, vel is in contractu præsente pecunia se solutum receperit, nullo Solutioni constituto termino nec die, & creditorem frustraverit, huic Judex triduum ad solvendum præfiget.

3. Sancimus nemini licere adversus sua pacta venire & contrahentes decipere: Nam de Jure pacta conventa, quæ nec contra Leges, neque dolo malo inita sunt, omnimodo observanda sunt: Siquidem Jure constitutum est, quod quilibet beneficio pro se inducto possit renunciare, ideoque Juri convenit, vt Judices ex præscripto obligationum cuiusque debitoris Jus dicant, exceptis tamen illegitimis usuris & stipulationibus duplæ, quæ in contractibus & stipulationibus nulla ratione admitti debent.

4. In bonæ fidei contractibus id quod interest ex mora debetur Porro quod interest, non propter lucrum petentiū, sed propter moram non solventium infligitur. Qui Ju-
dici-

dicum accipere paratus est, Solutioni moram fecisse non videtur, si juste et sine dolo malo ad judicium provocavit. Neque is in mora est, a quo pecunia propter exceptionem peti non potest.

5. Bene constitutum est, ne filii super res et bona parentum viventium, spe futuræ hæreditatis aliquod æs alienum contrahant, fin autem id fieret, robur non haberet, Ei qui filiofamilias mutuam pecuniam invito patre dedit, etiam post mortem parentis ejus cuius in potestate fuit, actio petitioque negatur: Sin autem studiorum causa absenti dederit, vel pater ratum habuerit, repetere potest.

6. Vniversa principum rescripta, quæ in debitorum dilationem impetrantur, non aliter valeant, nisi Princeps ab ordinario debitoris Magistratu doceatur, eum justam impestrandæ dilationis Causam habere.

7. Si quis alteri supellectilem aut rem argenteam, vestem, equum aut aliud aliquid (quod mobile bonum vocamus, & quo frui quis potest) commodato dederit, illo qui fruendam accepit, ita fruatur, quemadmodum inter eos convenit, & post vsum restituat, in eaque custodenda eam diligentiam adhibeat, quam suis adhibiturus esset: Si vero præter summam diligentiam & culpam, casu, res deterior fuerit redditæ, non tenebitur, nisi peculiariter de indemnitate inter eos convenit, tunc placitum conventionis compleri debet. Prætextu debiti, restitutio commodati non probabiliter recusatur.

A R T I C V L V S II.

De Pignoribus.

1. **R**Em suam Pignori dans, potest redimere juxta tempus & modum constitutum in oppignoratione.

2. Si res Pignori data apud creditorem sine vlla sua cul-

culpa, dolo & negligentia deterior facta, vel incendio consumpta fuerit, aut Casu perierit, amissio Pignoris non liberat debitorem, nec creditor a petitione debiti submoveatur. Etiam id quod Pignori obligatum est, a creditore Pignori obstringi potest.

3. Debitori permisum est rem suam Pignoratam aut obligatam vbiunque invenerit repeteret, soluta prius pecunia qua alter obligavit aut oppignoravit.

4. Si quis chirographum a suo debitore habet, & alter hypotecam expressam, hujus potior erit conditio quam alterius creditoris chirographarii, etiam si prius crediderit. Illius causa etiam potior erit, qui debitorem in Judicio exhibuerit, debitumque in praesentia illius petierit, quam alterius qui licentia Judicis impetrata, debitoris bona arrestavit.

5. Si convenerit de distrahendo Pignore (sive ab initio sive postea) non tantum venditio valet, verum incipit etiam emptor dominium habere: Vbi vero convenit ne distraheretur, aut si creditor simpliciter sibi Pignus depositum accepit, non licet distrahere, nisi debitori ter fuerit denunciatum, vel coram Judicio debitorum eonvenenter ut satisfaciat, & cessaverit debitor redimere Pignus, venditio libera est creditori.

6. Si minus in Pignore, plus in debito inveniatur, in hoc quod noscirur abundare, sit creditori omnis ratio integra: Sin autem minus in debito, amplius in Pignore fuerit, tunc in hoc quod debitum excedit, debitori omnia Jura integra servabuntur.

7. In Pignoribus distrahendis hic ordo servatur, ut termino Solutionis lapsu, creditor a Judice petat debitorem ad terminum competentem citari, quo vel Pignus luat, vel distractionem admittat. Judex si cognoverit debitorem nullam sufficientem Causam producere, quare sua Pignora non redimat, creditori potestatem distrahendi Pignora dabit, quo

quo facto, Pignora per tres hebdomadas in publico foro venum exponentur, atque majus precium offerenti, vendentur. Quod si res immobiles fuerint, tribus diebus dominicis subsequentibus publice proclamabuntur, ut supra in Titulo Duodecimo Libri primi, de Executione rei judicata habetur.

8. Si quis operas conduxerit, & mercedem non solverit, Judex aditus ad solvendum locatori, tridui spatum dabit: Si vero paratim aliquam rem quis in diem emerit, sex hebdomadarum dilatio emptori conceditur.

9. Diversis temporibus eadem re duobus Jure Pignoris obligata, eu n qui prior data pecunia Pignus accepit, priorem haberi certi ac manifesti Juris est, neque secundum creditore in facultate in distrahendi hujus Pignoris alter consequi posse æquum est, nisi priori creditori prius debita fuerit soluta quantitas.

10. Respublica creditrix omnibus chirographariis creditoribus præfertur. Nam certum est ejus, qui cum Fisco contrahit, bona veluti Pignoris titulo obligari, quamvis specialiter id non exprimatur.

11. Denunciatio debitoris facta creditori vel etiam emptoribus de, non distrahenda vel emenda re sibi Pignori obligata, ita demum efficax est, si universum debitum offerat creditori: Nam si vel modicum sorti decedat, distractio rei obligatae non potest impediri.

12. Qui dolo vel culpa rem Pignore acceptam detriorem fecerit, Pignoratitia actione tenebitur, vt talem restituat, qualis fuerit tempore obligationis: Quicquid autem comodi sive incommodi fortuito pignori accessit, id ad debitorem pertinebit.

T I T V L V S III.

De Jure Creditorum & Debitorum.

1. **S**i Creditor sine Judicis authoritate res Debitoris occupet, de vi priuata tenetur. Creditores igitur si aduersus suos Debitores agant, per Judicem id quod tibi debere putant, reposcere debent: alioquin si in rem Debitoris sui intraverint, aut aliquid acceperint nullo id concedente, arbitrio Judicis multabitur. Optimum igitur est, vt si quas putant se habere petitiones, actionibus experiantur.

2. Quae fraudandorum Creditorum gratia alienata sunt, in pristinum statum restituantur: Non autem fraudantur Creditores, cum quid non acquiritur, sed cum quid de bonis imminuitur.

3. Instrumentorum amissio, si manifestis probationibus Debitores tuos debere tibi apparuerit, nihil oberit.

4. Cum eo qui Creditoribus suis bonis cessit, si postea aliquid acquisiverit, quod idoneum emolumentum habet, ex integro in id quod facere potest, Creditores experientur: Nam qui bonis cesserunt: nisi solutum Creditores reperint, non liberantur.

5. Si qui sine deliberatione adeant hæreditatem, vel sese immisceant, omnimodo ab ipsis Inventarium in tabellariorum præsentia conficiatur super his rebus, quas defunctus mortis tempore habebat, & sic hæreditatem sine periculo habeant, vt in tantum hæreditariis Creditoribus teneantur, in quantum res substantiæ ad eos devolutæ valeant, & eis satisfaciant, qui primi temporum prærogativa veniunt Creditores, & si nihil reliquum est, posteriores venientes repellantur, & nihil ex substantia sua penitus hæredes amittant: ne dum lucrum facere sperant, in damnum incident. Qui vero postquam adierint vel sese immiscuerint,

&

& Inventarium facere intra certum tempus (triginta scilicet dierum neglexerit:) Item qui post petitam deliberationem , vel pro hærede gesserint , aut non recusaverint hæreditatem , omnibus in solidum hæreditatis oneribus teneantur.

6. Si cujuscunque modi actiones , ad potentiorum fuerint delatae personas, Debiti Creditores jactura multentur. Nominis autem venditio & ignorantia & invito eo, adversus quem actiones mandantur , contrahi solet.

7. Debitor qui solutam pecuniam adfirmat , ejus rei probationem præstare debet. Nemo ex iis qui negant se debere , prohibetur etiam alia defensione vti , nisi lex impedit.

8. Vnusquisque Creditorem suum eundemque Debitorem petentem submovet , si paratus est compensare: at si quis compensare potens solverit , contradicere poterit , quasi indebito soluto. Compensatio autem ideo necessaria est , quia interest vniuerscujsque potius non solvere , quam solutum repetere. Compensationem ex omnibus actionibus ipso Jure fieri sancimus , excepta actione depositi: possessionem enim alienam perperam occupantibus , compensatio non datur.

9. Non est novum , eum a quo petitur pecunia , implorare rationem Creditoris , vt fides veri constare possit. Errorem calculi , sive ex uno contractu , sive ex pluribus si emiserit . veritati non adferre præjudicium sæpe constitutum est : vnde rationes etiam sæpe computatas , denuo retractari posse (si res judicatae non sunt , vel transactio non intervenit) explorati juris est.

10. Debitorem , si solvendo non fuerit , nec a Creditore ulteriorem dilationem impetrare potuerit , aditus Judex ad triduum usque publicae custodiæ demandabit , eo exacto , Creditori tradet , qui illum ad instar familiæ suæ alet , labo-

laborique doméstico per annum compedibus vincitum adhibebit, in singulos dies denarios quinque in solutionem debiti computaturus: Anno vero elapso debitor nexu dismissus, fide data spondebit, se quod ex operis in posterum acquirere poterit, Creditori in solutum daturum, nec interea quoquam fugiturum. Donec autem Creditori huic satisfecerit, nullus ex aliis Creditoribus eum aresto subjiciet.

T I T V L V S IV.

De Locato & Conducto.

1. **Q**ui habitationem vel ædes alicui pro certa pensione, ad certum tempus locaverit, æque atque conductor, omnia secundum legem conductionis facere tenetur. Locatōr autem prospiciet Conductōrū vt comnode habitat: Si vero Conductor sua opera aliquid necessario vel utiliter ædificaverit, vel restituerit conscio Locatore, ex ipsa pensione recipiet.

2. Conductor completo tempore pactam pensionem Locatori solvet, cavebitque ne ædes conductas deteriores faciat vel fieri patiatur: Nam si plures in ædes conductas receperit, per quos aliquid damni detur, illorum culpam præstare tenebitur. Mortuo Conductore intra tempora conductionis, hæres ejus eodem jure in Conductione succedit.

3. Si quis fundum vel ædes alicui locatas vendat, curret apud emptorem, vt Conductor eadem pactione fruatur & habitat, alioqui aget cum eo ex Conducto, aut pensionem petentem exceptione doli submovebit. Si vero Locator paratus sit aliam habitationem non minus commodam præstare, æquissimum est absolvī Locatorem. Qui contra legem Conductionis fundum vel ædes, ante tempus sine justa & probabili Causa deseruerit, ex Conducto ad solvendam totius temporis pensionem, conveniri potest.

4. Ne

4. Nemo prohibetur rem quam conduxit, alii locare, si nihil aliud convenit.

5. Opifices, vputa fullo, sarcinato & reliqui, si quid faciendum locaverint, ac ex inscitia deterius reddiderint, vel negligentia aut culpa sua perdiderint, ex Locato solvere tenebuntur. Nautæ, vectores, stabularii quod cuiusque salvum fore receperint, nisi restituant, in eos Judicium dabitur. Si vero res Locata per ignem, ædium ruinam, vim hostilem, impetum aquarum, aut per alium Casum, cui insisti non potest destruetur, Conductor non tenetur.

6. Qui mercedem accepit pro custodia alicujus rei, is ejus periculum propter mercedem præstat, sed de damno ab alio dato, agi cum eo non potest.

7. Qui operas suas locavit, totius temporis mercedem accipere debet, si per eum non steterit, quo minus operas præstaret. In operis duobus simul locatis, convenit priori Conductorri ante satisfieri.

8. Si agricola errore vicinum agrum araverit, veletiam conseverit, agri dominus æquivalente semine & aratri mercede, sementem agri sui redimet: Si vero mota aetione, vel domino prohibente conseverit, semina cum labore perdit.

TITVLVS V.

De Deposito.

1. IN Causa Depositii compensationi locus non est, sed res

ipsa reddenda est. Si igitur pecunia, vestes, vel aliæ aliquæ res, apud aliquem Depositæ fuerint, diligenter custodiare, atque Deponenti cum repetiverit, reddere ipse vel hæredes sui tenentur. Si peculiari conventione res deposita sunt, rata debet teneri conventio: contractus enim legem ex conventione accipiunt.

2. Si

2. Si res deposita non reddita fuerit cum a deponente peteretur, si quid damni postea Deposito acciderit. Depositarius restituet. Res Deposita, si per Judicem ejus loci, sine dolo & culpa Depositarii, arestata & detenta fuerit, non est restituenda Deponenti, nisi Judicis permisso.

3. Si res Deposita, culpa & negligentia Depositarii amissa fuerit, Judicio Depositi tenetur. Quod si res Deposita sine dolo & culpa ejus amissa sit, non tenebitur: Nam fortuitos casus, ut sunt tumultus, incendium, ruinæ, rapinæ, furta, nemo præstat.

4. Si duo invicem aliquid Deposuerint, cum alter suum repetit, reddendum est, neque pignoris loco retinendum, ac ille qui prior coram Judicio egerit, potior erit jure.

5. Si duo eandem rem conjunctim Deposuerint, non debet vni restitui: si vero sic Deposuerint, ut vel unus auferat totum, reddi debet. Quod si vero sic inter eos conventum est, ut si ambo non venirent, alteri una pars detur, conventioni standum est. Si apud duos Deposita sit res, adversus vnumquemque eorum in solidum agi poterit, nec liberatur alter si cum altero agatur. Non enim electione sed solutione liberantur.

6. Qui rem Depositam invito domino sciens prudens-
ve in usus suos converterit, etiam furti delicto obnoxius fit. Si sacculum vel argentum signatum deposuero, & is penes quem Depositum fuit, me invito contrectauerit & Depositum & furti actio mihi in eum competit.

7. In sequestro Depositum est, quod a pluribus in solidum, certa conditione custodiendum reddendum ve traditur.

T I T V L V S VI.

De Emptione & Venditione & rerum præscriptione.

1. Emptio & Venditio sicut consensu contrahitur, ita con-
trario utriusque partis consensu resolvitur, antequam
res

res fuerit tradita , vel pretium solutum.

2. Venditione perfecta, omne commodum & incommo-
dum, quod rei venditæ contingit. ad Emptorem pertinet,
tametsi ea res adhuc in custodia Venditoris remaneat. Quic-
quid enim sine culpa & dolo Venditoris accidit, in eo Ven-
ditor securus est, nisi custodiam rei ad traditionem usque
suo periculo suscepere, nam tunc ad Venditoris pericu-
lum casus rei pertinet.

3. Quod in diem addicitur, licet Venditori meliore al-
lata conditione, addicere posteriori, nisi prior paratus sit
plura adjicere: Necesse autem habebit Venditor, meliore
conditione allata, priorem certiorem facere Emptorem,
vt quod alias adjicit, ipse quoque adjiciat.

4. Si post contractam Venditionem, arrarum nomine
etiam vnum tantum denarius fuerit datus, qui vtrumque
contrahentem ad standum contractui obligat, tunc quem-
admodum Venditor rem præstare, sic e contra Emptor.
etiam si pœniteat, rem emptam accipere, & residuum pre-
tii persolvere cogitur: æquitas enim postulat, vt quo Ju-
re Venditor, eo & Empor ligetur. Pretium autem consti-
tui oportet, nam sine constituto pretio venditio nulla est.

5. Si quis res immobiles, videlicet ædes, allodium, vi-
neam, hortum, agrum, pratum, vel piscinam divendere
constituerit, primum vicinis denunciet, deinde tribus die-
bus dominicis proxime subsequentibus in foro publico, vel
ante fores templi, proclamari curet, & tunc qui prior e-
merit retinebit, verum fratres, consanguinei, cometanei
& vicini præferuntur peregrinis.

6- Si Civis habuerit fundum venalem in alio territorio,
Venditio ejus in eo loco publicabitur, & illius loci incolæ,
præferantur omnibus propinquis Venditoribus, exceptis pa-
rentibus & liberis.

7. Venditio fundi alicujus legitimam semper requirit fili-
orum

rum aut filiarum vel ftatrum, ad quos successio defuncti spe-
ctare videbitur, admonitionem, si intra hujus regni limi-
tes esse dignoscentur. Itidem si ager divenditur cometanei
similiter legitimate admonendi sunt.

8. Cum itaque Emptor & Venditor de pretio conve-
nerint, Venditor honestis viris simul & vicinis convocatis,
iis præsentibus omne Jus dominii Emptori resignabit, ac in-
tercedente consveta solennitate symposii, in possessionem
fundi immittet. Porro si quispiam sit, qui Juris aliquid ad
illum funduni se habere credat, & præfens sit, is tempo-
re immisionis seu statutionis per publicum famulum con-
tradictionem facere, ac tandem ad decimum quintum di-
em coram Judicio rationem contradictionis suæ assignare te-
nebitur. Contradictione autem non existente, Emptor do-
minium fundorum illorum plene consequetur: si vero ab-
sens esset, neque novisset venalem esse, Jus suum intra
annum persequi poterit.

9. Si res mobilis insciis consangvineis clam vendita sit,
qui proximi sunt ad tertium gradum usque, si redimere
voluerint, ejus Jus & potestatem habeant.

10. Nemo ab exteris vel aliis peregrinis hominibus,
potissimum Valachis, equos vel boves, verveces & porcos
in Pagis, præterquam in Civitatibus vel Oppidis tempore
nundinarum emat, ne tandem Emptor tanquam furtivæ rei
damnum patiatur: Et si res venundata furtiva vel vi ablata
fuerit, regressum habet Emptor ad Venditorem, ut conse-
quatur quanti sua interest.

11. Equum vel bovem furtivum, vel vi a suo domino
ablatum, si quis emit in nundinis anniversariis vel foris
hebdomadibus, atque ille tandem vindicatur, Emptor non
tenetur suum Evictorem statuere, sed sufficit si probaverit,
se intercedente consveta symposii solennitate emissæ. Si quis
equum vendit, de viciis & morbis latentibus cavebit in di-
em usque tertium.

12. Si quis fundum alteri vendiderit, tenetur de Evictione usque ad annum & diem inter praesentes: Si vero ille qui impetratus esset, ab hoc Regno abesset, aut alia justa impedimenta obstatent, quo minus Jus suum intra tempus supra declaratum, prosequi posset, & reversus sublativo impedimentis, intra annum et diem Emptori litem movere coepit, Emptor Venditori secundum Juris ordinem id denunciare, & Venditor Emptorem evincere tenebitur.

13. Qui praedium alienum vel commune cum aliis distracterit, Venditio revocari potest. Ceterum qui bona fide, ab eo qui dominus non est, cum crederet eum dominum esse, praedium emerit, ac per justam temporis praescriptiōnem possederit, a possessione removendus non est, & is cui commune fuit praedium, plus sua parte non obtinebit, ne rerum domini sint in incerto.

14. Si duo coram Judicio contendunt, quorum alterius Jus sibi ad rem competere dicat, alter vero praescriptiōnem opponat, hic prior est audiendus, non obstante quæstione, uter eorum auctor vel reus sit.

15. Qui rem immobilem justo titulo, puta emptionis, donationis vel successionis, sive per se, seu per antecessores suos per continuos duodecim annos, sine aliqua legitima interpellatione possederit, de possessione rei vel dominio nequaquam est amovendus.

16. Neque furtivae, nec vi possessæ, neque mutuatae, commodatae, depositæ, legatæ res, neque etiam tutelæ actiones, nec finium regundorum vlo modo praescribi possunt. Neque loca sacra, neque publica a quoquam perpetram occupata, vendita, alienata, longo tempore praescribuntur, sed corpori suo, a quo sunt avulsa, restituentur, ita ut nec pretium quidem inquis comparatoribus reposcere liceat.

17. Non est incognitum, id temporis quod in minore
H 2 æta-

ætate transmissum est, longi temporis præscriptioni non computari, ea enim tunc currere incipit, quando ad maiorem ætatem dominus rei pervenerit. Ad majorem autem ætatem pervenisse existimatur, cum tutela exit, quod anno ætatis suæ vigesimo fit, tunc si intra hujus regni limites fuerit, intra vnius anni & diei revolutionem: si vero in externis regionibus, & fundum venditum ignoraverit, intra duodecim annorum decursum, Jus suum prosequatur.

18. Omnis permutatio in qua species similis pro simili traditur, si nec fraude, nec dolo facta fuerit, robur habebit, consangvineorum aut aliorum quorumcunque contradictione non obstante.

T I T V L V S VII.

De Fidejussoribus.

1. Si quis pure Fidejussit pro alio, semper obligatur, si vero in diem vel sub conditione, iis stabitur.

2. Creditori conceditur electio conveniendi primo loco vel Debitorem principalem omissis Fidejussoribus, vel Fidejussores omisso principali, neque per hanc electionem excluditur a regressu ad alterutram partium, nisi ei plene satisfactum fuerit. Non enim electione, sed in solidum solutione liberantur Debitores et Fidejussores.

3. Si plures intervenient Fidejussores pro uno debito, singuli in solidum tenentur. Si itaque alter eorum Jure coactus in solidum Creditori satisfercerit, astio ei adversus Debitorem principalem vel ejus haeredes competit, a quibus si satisficeri ei non poterit, ad alios confidejussores reverti licet, donec in solidum quæ persolvit consequatur.

4. Si medio tempore Fidejussores, rei familiaris insignam jacturam facerint, & ad extremam inopiam redacti fuerint, causa cognita denuo debtor cavebit: Possessores autem rerum immobilium cavere non coguntur.

5. Si

5. Si quis pro condemnato Fidejusserit, & condemnatus decesserit, recte nihilominus cum Fidejussore ejus agetur, Fidejussoe autem non tantum ipse obligatur, sed etiam hæredem relinquit obligatum.

T I T V L V S VIII.

De Receptis Arbitris & Transactionibus.

1. SI qui in Arbitros compromittunt, & quod illi decreverint, se observaturos obligaverint, parere atque Arbitratui illorum stare coguntur. Si vero poena adjecta est, vt is qui parere nolit poenam solveret, Arbitrium tollitur soluta poena.

2. Non autem quidlibet statuere Arbitri poterunt, nec in qualibet re, nisi dequa compromissum & quatenus compromissum est. Compromissum vero ad similitudinem judiciorum redigitur, & ad finiendas lites pertinet. Bona fides autem exigit, vt Arbitrium tale præstetur, quale viro bono convenit: Itaque si cuius Arbitrium ita pravum est, vt manifesta iniquitas ejus appareat, corrigi potest per Judicium bonæ fidei.

3. Cum in duos Arbitros compromittitur, si non consentiant, tertia persona certa est eligenda, cuius auctoritati pareatur.

4. Qui transfigit, quasi de redubia & incerta neque finita transfigit. Quamvis cum pactus est statim poeniteat, transactione rescindi & lis instaurari non potest. Neque sub prætextu instrumenti post reperti, transactionem bona fide finitam, rescindi jura patiuntur: Nam non minorem autoritatem transactionum, quam rerum judicatarum esse, recta ratione placuit. Siquidem nihil ita congruit humanæ fidei, quam ea quae placuerant, custodiri.

5. Qui fidem licitae transactionis rupit, non exceptione tantum submovebitur, sed etiam poenam, quam stipulanti recte promiserat, præstare cogetur. Causas itaque vel

lites

lites transactionibus finitas, legitime Principis mandato resuscitari non oportet.

T I T V L V S IX.

Si Quadrupes Pauperiem fecerit; & de Noxa'ibus actionibus.

1. **S**i quadrupes contra naturam commota, feritate pauperium fecerit, aut dandum erit animal a domino quod nocuit, aut æstimatio noxiæ offerenda, nisi si culpa domini vel alterius cujuspiam damnum datum fuerit, eo causa in factum actione tenebitur.

2. Si quis feram bestiam, vtpote leonem, vrsum, cervum, lupum, vulpem, simiam & simile quiddam habuerit, per quas damnum datum nocitumve fuerit, dominus quantum bonum & æqvum Judici visum fuerit, condemnetur. Quod si homo occisus fuerit, dominus homagium sive æstimationem hominis mortui solvere tenebitur.

3. Qui quanrupedem vel pecudem alienam laeserit, quanti arbitratu bonorum virorum æstimabitur, solvet. Si vero contra ferocientem quadrupedem quis se defendere coactus fuerit, nihil tenebitur: Nam adversus periculum naturalis ratio permittit se defendere: Ideo qui, cum aliter tueri se non possent, damnum dederint, innoxii sunt.

4. Cessat hæc actio noxiæ contra dominum, vbi instigatu alterius fera damnum dedit: Et generaliter toties hæc actio locum habet, quoties contra naturam fera mota pauperiem dedit. Nam qui injuriae occasionem praestat, ipse damnum dedisse videtur.

5. Si quis alteri damnum fecerit, quidve usserit, fregerit, ruperit, injuria, quanti ea res erit in diebus triginta proximis, tantum æs domino tenebitur: Injuriam autem hic accipimus pro damno culpa dato, etiam ab eo qui

nocere noluit. Ideo furiosus, cum mentis suae non sit, & infans, hac actione non tenebuntur.

6. Ideo si in eum locum, vbi vulgo iter fit, dejectum vel effusum quid erit, quantum ex ea re in corpore alicujus vel vestibus, vel alia re, damnum datum factumve fuerit, tanti condemnabitur. Si eo ictu homo periisse dicetur sine dolo dejicientis vel effundentis, homagium mortui praestabatur: Si vero hominis corpus ex eo ictu læsum vulneratumque fuerit, mercedes medicis praestitas, cœteraque impedia, quæ facta sunt in curationem, præterea & operas quibus caruit. Læso compensabit. Quod si nullum erit iter, dolus duntaxat praestatur, si immisit in eum quem viderit transiuntem. Nam culpa ab eo exigenda non est, cum divinare non potuerit, an per eum locum aliquis transiturus fuerit.

7. Sicut imperitia, negligentia, item nimia sævitia & lusus noxius: ita infirmitas quoque culpae adnumeratur, cum affectare quis non debeat, in quo vel intelligit, vel intelligere debet infirmitatem suam aliis periculosam futuram. Præceptoris quoque nimia sævitia culpae assignatur.

8. Si fortuito incendium factum sit, venia indiget, nisi tam lata culpa sit, vt luxuriæ aut dolo sit proxima.

9. Vias regias & earum pontes qui publici sunt, quilibet Magistratus in suis finibus & territoriis muniat sartiatque. Si igitur neglectius habiti, jumentis iter facientium (sine agentis culpa) quid damni dederint, loci officiales latissimam ejus culpam praestabunt.

FINIT LIBER TERTIUS.

LIBER

LIBER QUARTUS.

TITVLVS I.

De Publicis Judiciis.

1. DVblicorum Judiciorum quædam capitalia, quædam
non capitalia sunt. Nam quaedam flagitia sunt, quæ
corporis coertione cum relegatione puniuntur.

2. Publica autem Judicia dicta sunt, quod cuivis e po-
pulo executio eorum plerumque datur: Expedit enim pec-
cata nocentium esse nota ut emendentur. Sunt vero hæc
quæ dicuntur Publica, vt Lex Iul: Majestatis & de adul-
terijs Cornel: de siccariis & parricidiis, beneficiis, falsi &c.

3. Si consensus fuerit reus, donec de eo pronuncietur,
in vincula dublica conjiciendus est: Qui autem de crimi-
ne paciscitur, confiteri intelligitur. Ne autem diversorum
criminum rei denti crudelius habeantur, Judices productos
e custodiis reos disceptationi debitæ subdent, & quod
leges svaserint definiant.

4. Absens in criminibus damnari non debet, quemad-
modum neque suspectus: Satius enim est facinus nocentis
impunitum relinqu ad tempus, quam innocentem damnari.

5. Defuncto eo qui reus erat criminis, poena quoque
extincta est. Neque crimen vel poena paterna ullam ma-
culam filio infligere potest: Nam unusquisque ob admissum
scelus poenam luit, nec alieni criminis successor constituitur.

6. Si quis reum criminis, pro quo satisdedit, non ex-
hibuerit, poena pecuniaria plectitur: Si tamen dolo non
exhibeat, etiam extra ordinem est damnandus.

7. Is qui reus factus est, purgare se debet, nec ante
potest accusare, quam fuerit excusatus: Constitutionibus
enim observatur, vt non relatione criminum, sed innocen-
tia reus purgetur.

8. Quis-

8. Qiusquis crimen intendit, in Judicium veniat, nomen rei indicet, nec inpunitam fore noverit mentiendi licentiam, cum calumniantes, ad vindictam poscat similitudo damnationis: Nam qui non probat quod objicit (secundum Canones) Talione ponitur.

9. In criminibus scrutandis questio adhiberi solet, sed non statim a tormentis incipiendum est, sed ad tormenta ita demum veniri oportet, cum suspectus est Reus, & aliis argumentis convincitur, ita ut sola confessio ipsius deesse videatur. Vnius facinoris rei ita audiendi sunt, vt ab eo primum incipiatur, qui timidior est, vel tenerae aetatis videtur.

10. In ea causa, in qua nullis Reus argumentis oneratur, non facile tormenta sunt adhibenda, sed instandum, vt Actor quod intendit comprobet, atque sic Reum convincat. Colesiones Reorum tortura expressæ, pro exploratis criminibus semper haberi non oportet, si nulla alia probatio religionem cognoscentis instruat.

11. In maleficiis voluntas spectatur non exitus. Nemo opere judicetur fecisse, nisi & malignum consilium ei fuerit: nec consilium habuisse nocet, nisi & factum secutum sit.

12. De his criminibus, de quibus quis semel absolutus est, ab eo qui accusavit, repeti accusatio non potest.

13. Qui abortionis aut amatorium poculum præbent, etsi dolo non faciant, tamen quia res est mali exempli, confiscata parte bonorum relegantur. Si vero ex eo mulier aut homo perierit, summo supplicio affiantur.

T I T V L V S. II.

De Furto & vi Bonorum raptorum.

1. **F**urtum est ablacio & contrectatio fraudulosa rei alienæ inscio & invito domino, lucri faciendi gratia. Furti actio ei competit, cujus interest rem salvam esse, licet domi-

minus non sit: Conditio vero Furti ei demum competit, qui dominium habet, vel hæredi ejus. Nunquam tamen ea conditione aliis quam qui fecit tenetur, aut haeres ejus.

2. Cum Furti actio ad persecutionem pœnæ pertineat, conditio vero & vindictio ad rei recuperationem, appetet recepta re, nihilominus salvam esse Furti actionem, condictionem vero tolli, sicut ex diverso post sumptam pœnam, saluam esse condictionem.

3. Pœnalibus autem actionibus hæredes non tenentur, neque cœteri successores, idcirco nec Furti conveniri possunt. De instrumentis ablatis, in rem actione conveniri possunt tenentes.

4. Non tantum qui Furtum fecerit, sed etiam is cujus opera & consilio Furtum factum fuerit, Furri actione tenebitur: Furtum autem sine contrectatione non sit, quare & opem ferre vel consilium dare tunc nocet, cum secuta contrectatio est.

5. Qui alienum quid repertum lucri faciendi causa sustulerit, Furti obstringitur, sive sciverit cujus ea res sit, sive ignoraverit, si judicio non manifestat. Quia ea mente alienum quid contrectavit ut lucrifaceret, tametsi mutato consilio, id domino postea reddit, Fur est: Nemo enim tali peccato pœnitentia sua nocens esse desiit, præfertim si factum Judicio innotuerit. Neque prodest ei qui vi rapuit, ad evitandam pœnam, si ante Judicium restituat rem quam rapuit: sic nec illi qui dolo malo occultavit, si factum Judicio innotuerit.

6. Si Debitor rem suam, quam pignoris causa Creditori dedit, subtraxerit, Furtum committit: Sic etiam si pecoris arestati dominus, e custodia aresti clam illud abegerit, Furti actione tenebitur. Item qui sciens rem alienam ven-

dide

diderit, vel ex alia causa tradiderit, Furtum ejus committit. Qui vero rem alienam, existimans suam esse alienaverit, Furtum non committit: Furtum enim sine affectu furandi non committitur.

7. Receptatores & occultatores non minus delinqvunt quam Fures & aggressores ideoque, par ipfos & Reos poena expectat. In pari causa habendi sunt, qui comprehendere latrones & Fures potuerunt, & tamen accepta pecunia, vel rerum surreptarum parte dimiserunt. Si autem receptor sanguine vel affinitate junctus fuerit malefactori, & de maleficio ejus cognoverit, Judex causa cognita pœnam moderabitur.

8. Rem Furto ablatam atque alteri divenditam, dominus recuperare potest: neque emptor ejus rei precium repetere potest: Res enim Furto ablata, directe ad suum dominum redire debet.

9. Quilibet in terra regia habitans, apud quem res Furtiva fuerit reperta et deprehensa, si dixerit, se rem eam titulo emptionis possidere, suum Evictorem coram Judicio exhibere tenetur. Si vero Venditor alienæ Jurisdictionis fuerit, sufficit si ibi eum exhibeat.

10. Communi Regni decreto, qui furtum fecerit & convictus fuerit, suspenditur. Sed qui res sacras ex æde sacra surripuerit, in ignem conjicitur. Res privatorum si in ædem sacram depositæ, surreptæ fuerint, furti actio non sacrilegii competit.

11. Furem nocturnum si quis occiderit, ita demum impune feret, si parcere ei sine periculo suo non potuit: Furem vero interdiu deprehensum, non eliter occidere lex duodecim tabularum permisit, quam si telo, id est, fuste, ferro lapideve se defendat.

12. Eos qui a servo furtim ablata scientes suscepient, non tantum de susceptis, sed etiam pœnali Furti actione convenire petes.

T I T V L V S III.

De Homicidiis.

1. Ex Regia & recepta consuetudo, Homicidas Notorios vltore ferro prosequitur.

2. Qui hominem occiderit, si non occidendi animo hoc admiserit, absvolvi posse, & qui hominem non occiderit, sed vulneraverit ut occidat, pro Homocida damnandum, Divi Imperatores rescripserunt. Nam maleficia, voluntas & propositum delinquentis distingvunt.

2. Qui hominis necandi causa venenum confecerit, habuerit, dederit, poena legis Cornel: de siccariis tenebitur.

4. Si alius tenuit, alius interemis, is qui tenuit, quasi mortis causam præbuit, & in factum actione tenebitur, Nihil enim interest occidat quis, an causam mortis præbeat.

3. Si quis percussorem ad se venientem, aut latronem insidiantem occiderit, securus erit. Nam adversus periculum naturalis ratio permittit se defendere, Vim vi repellere omnes Leges omniaque Jura permittunt, si hoc tuendi sui duntaxat, non etiam vlciscendi causa, cum moderamine inculpatæ defensionis factum sit: Differunt enim inter se defensio & vindicta: Quia defensio fit in continenti, vindicta vero post moram sequitur.

6. Si in rixa percussus homo perierit, ictus vniuersusque percussorum contemplari oportet. Quod si non constat quis primum percusserit, inquirendum est quis alterum ad contentionem & percussionem provocaverit. Si cum vno ex pluribus, qui aliquem percusserunt agatur, cœteri non liberantur: Nam quod alias luit, alium non liberat, cum id poena sit.

7. Si quis non lætaliter sit vulneratus, ac per negligenciam suam non adhibendo medicos, vel curando medicis

cis non paret, vel suipius curam non habendo, mortuus fuerit- percutiens poena Homicidii puniri non potest.

8. Si quis in tumultu occisus fuerit, authorque necis ignoratur, tunc omnes qui armis occisum adorti sunt, pena Homicidii damnantur. Quod si vero constat, cuius percussione mortuus est, ille solus ut Homicida, alii vero tanquam vulneratores puniuntur.

T I T V L V S IV.

De Homagiis Praefandis.

CVm non semper qui hominem occidit, ut Homicida damnetur, sed aliquando cognita causa ad persolendum Homagium defuncti, is qui occidit compellatur: ideo Statutum est, ut talis occisi Homagium quadraginta florenis redimatur. Capitalis criminis alicujus convictus, si poenam corpore non luit, ultra quadraginta florenos multari non potest.

2. Vivum Homagium viginti florenis aestimatur. Si quis brachium vel manum alteri amputaverit, vel inviles percutiendo reddiderit, viginti florenos laeso persolvet. Pro pollice amputato, vel inutili redditio ex vulnere, decem floreni numerantur, reliquorum vero digitorum cuiuslibet & dentis, quinque floreni multa est.

Oculus viginti florenis)

Auris decem)

Lingvae emenda viginti (luatur.

Costa hor: itidem viginti)

- Delatio. — *Delatio Jurementi.* *Vide Juramentum.*
- Delatio seu Accusatio. — *Hoc Criminis ubi facienda?* L. IV. T. 1. §. 2.
— In hac mentienti licentia impunita non manet. Ibidem.
- Deliberatio. — *Ad hanc pro incunda Concordia quis terminus Astori, et
Reo praefigendus?* L. I. T. 2. §. 5.
— hoc ad certum terminum Testibus indulgenda. L. I. T. 5. §. 4.
— Sine, vel cum hoc, item sine vel cum prævio confiendo Inventario ha-
reditatem adeuntes hæredes, in quantum tenentur ad solvenda debita
defuncti? L. III. T. 3. §. 5.
- Delictum. — *In hujus loco convenientius Reus nisi sit pro fugus.* L. I.
T. 4. §. 1.
— Extra hujus locum ubiquecumque comprehendendi, in Jus vocari, convinci, et
plegi, potest Reus pro fugus. Ibidem.
— *Vide etiam Vocem: Crimen.*
- Dens. — *Hujus excusssi multa facit 5. annos.* L. IV. T. 4. §. 2.
- Deponens. — *Vide Depositum*
- Depositarius. — *Vide Depositum.*
- Depositum. — *De hoc specialiter agitur.* L. III. T. 5. per totum.
— In hujus Causa Compensationi locus non est. Ibid. §. 1.
— hujus diligens Custodia, et repetenti restitutio fieri debet. Ibidem.
— in hoc post repetitionem, et non restitucionem onati damni refusione
tenetur Depositarius. Ibid. §. 2.
— hoc sine Culpa, et idolo Depositarii a Judice arestatum, deponenti qua-
liter restituendum? Ibidem. §. 2.
— in his Damnum Culpa, vel sine Culpa Depositarii onatum, an Solendum?
ibidem. §. 3.
— hoc ex duabus Depositariis alteri suum repetenti restituendum, nec titula
pignoris retinendum. Ibid. §. 4.
— de hoc per duos conjundim, vel per Usum apud duos deposito, cuius et
per quem restituendo? Ibid. §. 5.

Hoc in

I N D E X S T A T U T O R U M.

D.

- Depositum.** — *Hoc in suum usum convertens furtò reus est.* Ibid. §. 6.
... *Hujus, et furti Actio competit contra Contreftatorem Sacculi, vel argenti signati apud se depositi.* Ibid. §. 6.
... *de hoc in Sequeſtro exiſtente quid a pluribus Cufodiendum, reddendumve traditur.* Ibid. §. 7.
- Descendens hæres.** — *Vide Hæres.*
- Desertio.** — *Causæ fit per desinentem agere,* L. I. Tit. 14. §. 7.
- Deterioratio.** — *Hæc in rebus dividendis per aliquem Hæredum facta tempore Divisionis imputanda.* L. II. T. 4. §. 14..
- Diffamatio.** — *Vide fama, et Injuria.*
- Digitus.** — *Hic redimitur 5. frenis.* L. IV. T. 4. §. 2.
- Dilatio.** — *Hæc Ultra tertiam Testium producendorum dilationem, quarto dari non debet, absque Causæ cognitione.* L. I. T. 5. §. 16.
... *Hunc non patientibus in Causis non datar Appellatio.* L. I. T. 11. §. 5
... *Hæc per Principem debitortibus concessa quomodo valet?* L. III. T. 1. §. 6.
- Diligentia.** — *Hæc est exigenda a Tutoribus, et Curatoribus circa rerum Pupillarium administrationem.* L. II. T. 3. §. 7..
- Distractio.** — *Vide Venditio.*
- Divisio.** — *De hac inter Parentes, et filios in bonis celebranda agitur.* L. II. T. 4. per totum,
... *In hac Marito bes, seu bessis, Uxori triens competit.* Ibid. §. 1.
... *hanc mortua Matre Pater cum liberis intra quod tempus instituere teneatur sub quali Multa?* Ibid. §. 2. et L. II. T. 3. §. 1.
... *in hac ex bonis mobiliibus præcipendi Jus vulgo Donatio Prærogativa.* Ibidem. §. 3.
... *hæc unius, vel plurium domorum quomodo instituenda?* Ibidem. §. 4. 9. et 11.
... *in hac domus eligendæ potestas Matre mortuæ, Patri Competit.* Ibidem. §. 4. et 6.
... *hanc mortuo Marito Mater cum liberis intra quod tempus perficere teneatur, et sub quali multa?* Ibid. §. 5.
... *ante hanc de facultatibus nihil alienandum permittitur Matri* Ibid. §. 5.
... *in hac inter Matrem, et liberos celebranda domorum, et fundorum dividerum alterutrius electio seu optio liberis, altera Matri Competit.* Ibidem. §. 6.

Harum

INDEX STATUTORUM.

D.

- Divisio.** — *Marum occasione unica domo præexistente habitatio Matri, sive Mulieri qualiter, et quoisque durans assignanda.* Ibid. §. 7. et 8.
... *harum occasione Parentibus defundis Domus, ut fundi externi seu in Civitatibus, seu in Oppidis, et Pagis qualiter dividendi?* Ibid. §. 9.
... *harum occasione in alimentum liberorum juxta eorum majorem, vel minorem etatem Matri ex besse coheredum quanta pecunia assignanda, et quali conditione adneva?* Ibidem. §. 10.
... *in his Aedes Paternæ juniori filio, filiis non existentibus filiæ juniori, vel secundum gradus prærogativam proximo fratri qualiter attribuenda?* Ibid. §. 11.
... *harum tempore rem dividendam fraude, vel dolo occultans, aut retinens, qualiter multatur?* Ibid. §. 12.
... *in his rerum per aliquem heredum ad Nuptias, vestes, et Studia assumtarum, et deterioratarum ratio habenda nisi in Testamento Paterno aliter sit cautum.* Ibid. §. 14.
... *in his per Patrem filio studiorum Causa peregre agenti non credandi Animo sed ex pietate submisstrata in ratam portionem non imputanda.* Ibidem. §. 15.
... *his per fraudem, et dolum factis intra unius anni Spatum subveniri potest.* Ibidem. §. 16.
... *in hac inter duos Condividentes hereditatem Senior dividit, juniori jus eligendi Competit.* Ibidem. §. 17.

Divisor, — *Hi Ordinarii uaque locorum Constituti.* L. II. T. 4. §. 2. et 5.
... *horum portio e portione heredis rem dividendam fraude, et dolo occultantis.* Ibid. §. 12.

Dolus. — *Hic, et Colliditas Tutorem restituzione in integrum obligat.* L. II.
T. 3. §. 13.

... *hic, et Collusio per aliquem heredem in redemtione hereditatum comissa irrita redditur.* L. II. T. 4. §. 11.

... *Per hunc, et fraudem tempore divisionis rem dividendam occultantis pena.* Ibidem. §. 12.

... *per hunc, aut fraudem, vel perperam sine Judicio factis divisionibus intra Anniversarium subveniri potest.* Ibidem. §. 16.

... *hic, et deceptio in partis prohibita.* L. III. T. 1. §. 3.

... *Vide et vocem: Fraudatio.*

Dome-

INDEX STATUTORUM.

D.

- Tomesius.** — *Hi pro Testibus quibus in Casibus admittuntur?* L. I. T. 6.
 §. 4. item L. IV. T. 7. §. 8..
- Dominium.** — *Hæc rerum non debent esse incerta.* L. III. T. 6. §. 13.
- Dominus.** — *Hic, seu hæres Servi quomodo compellendus ad solvendam mercem cedem?* L. I. T. 12. §. 4..
- Domus.** — *Hus, seu aedes Conducentis, Debitoriss e bonis locatori præferenter satis faciendum.* L. I. T. 12. §. 43.
- *hujus Unius, vel plurium Domorum divisio quomodo instituenda.* L. II. T. 4. §. 4. 9. et 11..
- *hujus electionem Pater habet mortua Mātre.* Ibidem. §. 4.
- *ejusdem electionem liberi habent mortuo Patre.* Ibidem. §. 6..
- *in hæ Unica, tertia pars pro habitatione usque ad Secundas Nuptias Matri assignanda, post Secundas Nupiias per liberos redimendo.* Ibidem. §. 7..
- *in eadem mortua priore alteri Māriti Uxori habitatio quando, et quandum debetur.* ibid. §. 8..
- *Hæc unica filio juniori, fundi extra urbem alteri filio cedunt defunctis Parentibus.* Ibid. §. 9..
- *harum electione Fratris, vel Sorori juniori debetur.* Ibidem. §. 11..
- *hanc hæredem, juniore redimere nequeunte, vel nolente, redemptio cui de se renda?* Ibid. §. 11..
- *In harum redemptione dolus, et Collusio irrita est.* Ibid. §. 11..
- *Circa has, seu Aedos, et fundos alicui locatos ait intermedio tempore venditos qualiter convenienter?* L. III. T. 4. §. 3..
- Donatio.** — *Harum Jura libris Clotitatum publicis qualiter inscribenda?* L. I. T. 8. §. 9..
- *Hæc vulgo prærogativa Donatio dicta, seu jus ex bonis mobilibus proportionate facultatum præcipiendi alterutri Parentum permisum.* L. II. T. 4. §. 3..
- *hæc, seu Prærogativa Donatio cessat; si Legatum intercesserit.* Ibidem.
- *hæc per Patrem filio Studiorum Causa facta occasione Divisionis non impetranda.* L. II. T. 4. §. 15..
- *hæc per Virum Uxori, et c. Contra Testameuto mediante facta rata habetur.* L. II. T. 5. §. 8..

Hæc

INDEX STATUTORUM.

D.

- Doratio. — *Hæc Agnatis, et Cognatis, vel etiam extraneis Personis, et Uzori, imo etiam absentibus, et ignorantibus per Legationem, et Testamentum licita est.* Ibidem. §. 12.
- *hæc Viro, et Uzori nullis liberis, neque Ascendentibus, neque Fratribus, vel Sororibus existentibus, causa mortis invicem fieri potest.* Ibid. §. 13.
- *hæc inter Conjuges prius improles per Testamentum facta, nascentibus deinceps liberis, robur non habet.* Ibid. §. 13.
- Duellum. — *Ad hoc alium provocans* 25. *Florensis multatur.* L. IV. T. 5. §. 5.
- *ad hoc provocatus, et se Continens, nullam famæ periclitationem subit.* Ibidem.

Duplicatio. — *Hæc Juramenti circa rem furto sublatam per damnificatum septimo secum praefliti, adversæ parti non est admittenda.* L. I. T. 9. §. 7.

E.

- Educatio. — *Hæc liberorum etiam illegitimorum est Juris Naturæ.* L. II T. 2. §. 4.
- Elecio. — *Hæc Magistratum, nempe Magistri Civium, Judicum, et Villicorum quolibet Anno ex Juratis instituenda.* L. I. T. 1. §. 1.
- *hæc Juratorum cæterorum per recens elecdum Magistrum ex qualibus individuis instituenda.* Ibidem.
- *In hæc certi gradus obserandi.* Ibid. §. 2.
- *hæc Patri ex duabus dominibus tempore divisionis concessa.* L. II. T. 4. §. 4.
- *hæc ex duabus dominibus mortuo Patre liberis concessa.* Ibid. §. 6.
- *hæc in hæreditatis Divisione quoad Aedes Paternas juniori filio, vel filia competit.* Ibidem. §. 11.
- *hæc juniori competit tum etiam, dum hæreditas inter duos dividenda est* Ibidem. §. 17.

Emenda. — *Linguae Vigiuti Florensis luitur.* L. IV. T. 4. §. 2.

Emtio. — *Harum Jura libris publicis Civitatum qualiter inscribenda.* L. I T. 8. §. 2.

— *hæc Bonorum, et rerum Papillarium Tutoribus non licet.* L. II T. 3. §. 12.

INDEX STATUTORUM.

E.

- Emtio.** — *De hac, ut et Venditione agit. Li. III. T. 6. per totum.*
— *hac qualiter Contrahitur, et qualiter resolvitur. Ibidem. §. 1.*
— *hac perfecta damnum casu Fortuito in re vendita enatum quis ferre tenetur? Ibid. §. 2.*
— *in hac Possessorum 12. annorum pacificum præscriptionem inducit. Ibidem. §. 15.*
— *in hac prout, et in Venditione libra, vel mensura falsa utens, qualiter punitur? L. IV. T. 6. §. 4.*
— *Vide plura Sub titulis: Emtio, et Venditio.*

- Emtor.** — *Hic rem emtam, arvarum nomine, vel uno denario dato, recipere, et residuum pretium solvere Cogitur. Lib. III. T. 6. §. 4.*
— *hic in Possessionem emti fundi qua Solemnitate introducendus. Ibid. §. 8.*
— *hic rem furtivam, vel vi ablatam emens regressum habet ad Venditorem. Ibid. §. 10.*
— *idem equum, vel bovem furtivum, vel vi ablatum in nundinis anniversariis, vel faris hebdomadalibus emeus, evictorem statuere non tenetur. Ibid. §. 11.*
— *idem litem ratione rei emtae contra se motam Venditori denunciare, et Venditor entorem evincere tenetur. Ibid. §. 12.*
— *idem rem inique comparatam amittit, et nec pretium ejus reposcere potest. Ibid. §. 16.*
— *idem rem furtivam emeus, detecto furto, evictorem statuere tenetur. Lib. IV. T. 2. §. 9.*

- Equus.** — *Hi, boves Vervetes, et Porci ab exteris, et peregrinis hominibus præsertim Valachis ne emantur in Pagis. L. II. T. 6. §. 10.*
— *pro hoc, et bove furtivo in Nundinis Anniversariis, vel foris hebdomadalibus comparato, emtor evictorem statuere non tenetur. Ibid. §. 11.*
— *hujus Venditor de morbis, et Vitiis latentibus quousque cavebit. Ibidem. §. 11.*
— *in his, et Jumentis ob Viarum, et Pontium negligam Conservationem enatum damnum loci officiales præstant. L. III. T. 9. §. 9.*

- Error.** — *Ex hoc, vel Aditione mala, Vicinum agrum subarans, et inseminans agricola ad quid tenetur? L. III. T. 4. §. 8.*
— *Calculi vide Calculus.*

- Evictio.** — *Hæc emtori pro Vendito fundo per evictorem præstanda. L. III. T. 6. §. 12.*

Hæc

I N D E X S T A T U T O R U M.

E.

Furtio. — *Hæc pro re furtiva a quolibet praeflenda.* L. IV. T. 2. §. 9.

Evictor. — *Hic pro equo, et bove in Nundinis Anniversariis, vel Portis hebdomadibus emto per emtorem statui non debet.* L. III. T. 6. §. 11.
... *hic Judicio exhibendus per emtorem rei pro furtiva deprehensio.* L. IV. T. 2. §. 8.

Examen. — *Hoc Testium qualiter instituendum, et attestations eorum qualiter exciviendæ.* L. I. T. 5. §. 9.

... *ad hoc regulariter quando procedendum, et examen Testium quando fieri posuit etiam ante litem contestatam?* L. I. T. 8. §. 1.

Exceptio. — *Hac juratur Reus coram iudicio ob legalia impedimenta non comparrens.* L. I. T. 2. §. 8. item: L. I. T. 3. §. 1.

... *hæc Compensationis justa per reum adduci potest.* L. I. T. 4. §. 8.

Excusatio. — *Hæc a geranda Tutela, et Curatela quibus de Causis fieri potest?* L. II. T. 3. §. 6.

... *Absentia in Emitione, et Venditione.* L. III. T. 6. §. 12.

Executio. — *Dœ rei Judicatae executione agitur.* L. I. T. 12. per totum.
... *Judicati qua de Causa suspendi solet?* Ibid. §. 3.

... *hæc intra quem terminam peragenda?* Ibid. §. 2.

... *In hac quis Ordo observandus?* Ibid. §. 3.

... *eadem ad qualia bona dirigenda, vel non dirigenda?* Ibid. §. 3.

... *In hac seu Satisfactione procuranda, etiam servo contra harum auxiliis sit Judgez.* Ibid. §. 4.

... *hæc seu Satisfactione, præ aliis omnibus Locatori ex bonis Conductoris impendenda.* Ibid. §. 5.

... *hæc seu Satisfactione quoad debitum jam coram Judicio adjudicatum qualiter procuranda?* Ibid. §. 6.

... *hæc respectu peregrinorum Creditorum ad qualia bona debitoris dirigenda?* Ibid. §. 7.

... *in hac, circa Fundum Creditori pro re credita additum, vel a Debitoro per Litteras obligatum qualiter procedendum.* Ibid. §. 8.

Exhæredatio. — *Hæc liberorum, vel Parentum quando procedit, vel non?* L. II. T. 5. §. 9. et 10.

Exhibitio. — *Hæc Criminis Reorum facienda sub pena pecuniaria?* L. IV. T. 1. §. 6.

Exilium. — *Hujus pena est incestuosa Matrimonia contrahentium.* L. II. T. 1. §. 4.

INDEX STATUTORUM.

E.

- Expensæ.** — *Hæc adversario per temere litigantem refundendæ. L. I. T. 2. §. 7.*
... *Hæc, seu Sumptus competentes Testibus per accusatores, vel eorum postulatores præbendi. L. I. T. 5. §. 15.*
... *harum per Parentes in aliquem e liberis factarum, tempore Divisionis ratio habenda. L. II. T. 4. §. 14.*
... *hæc, Studiorum Causa per Patrem in filium peregre agentem factæ, quando recompensantur, vel non? Ibid. §. 15.*

F.

Facultates. — *Vide Bona.*

Fœmella. — *His Pupillis ante ineundas Nuptias res, et bona extradari non debent. L. II. T. 3. §. 10.*

... *His Masculi semper præferuntur in successione, et redēntione hæreditatum. L. II. T. 4. §. 11.*

... *harum ætas legitima 12. anni. L. II. T. 5. §. 1.*

Fœmina. — *Vide: Mulier.*

Fœtus. — *Vide: Infans.*

Falsarius, vel Falsus. — *Vide: Falsum.*

Falsum. — *De hoc Crimine, et de iis qui infamia notantur agitur. L. IV. T. 6. per totum.*

... *Hoc Crimæ qui incurunt. Ibid. §. 1. 2. 4. 5.*

... *hoc Crimen si sit enorme Capitali pena punitur. Ibid. §. 3.*

Fama. — *Hujus læsæ Causa impedit Causam Principalem. L. I. T. 4. §. 8.*

... *hanc alterius bonam, verbis turpibus, vel Scriptis famosis detrahentes Aetione Injuriarum convenientuntur. L. IV. T. 5. §. 1.*

... *hanc alterius lædens læsum deprecari debet insuper pena etiam emendæ linguae multatur. Ibidem. §. 2.*

... *hæc non periclitatur provocati, sed non exequitis ad Duellum. Ibid. §. 5.*

... *Vide plura ad rocem Injuria.*

Familia. — *Hæc propria admittitur pro Testimonio in Causa Veneficii, et adulterii. L. I. T. 6. §. 4.*

Famo-

INDEX STATUTORUM

F.

Famosus. — *Famosam Causam patfaciens, et Actori litis ansam præbēt Testis esse non potest, secus in Causa Civili.* L. I. T. 6. §. 8.

— *Famosum Scriptum Vide Fama.*

Fauulus. — *Vide Servus.*

Fidejusio. — *Hæc in quibus Causis, et per quales Personas præstanda?* L. I. T. 2. §. 4.

— *de his agit.* L. III. T. 7. integer.

— *hæc, si pure est Suscepta, semper obligat, si sub conditione, sub illa statuit.* Ibid. §. 1.

— *Vide etiam Vocem: Fidejusor.*

Fidejusor. — *Hæc fer quas Personas in jus vocatas, et in quibus Causis debent dari in Judicio?* L. I. T. 2. §. 4.

— *hos non dare non cogitur bona immobilia pro satisfactione habent.* Ibidem, et L. III. T. 7. §. 4.

— *hos dare tenetur bona etiam immobilia habens in Causis Criminalibus.* L. I. T. 2. §. 4.

— *hos statuere non tenetur equum, vel bovem furtivum, vel vi a Domino suo ablatum in Nundinis anniversariis, vel Foris hebdomadalibus emens.* L. III. T. 6. §. 11.

— *de his agit.* L. III. T. 7. integer.

— *hanc qui in se assumvit, qualiter obligatur.* Ibid. §. 1.

— *Seu hæc, seu debitorem Principalem potest Convenire debitor.* Ibid. §. 2.

— *hi non liberantur, nisi Solutione in solidum.* Ibidem. §. 2.

— *hi, si plures fint, singuli in Solidum tenentur.* Ibidem. §. 3.

— *Ex his si unus solverit, is regressum habet ad debitorem, vel ejus hæredes, his satisfacere nequeuntibus ad alios confidejusores.* Ibid. §. 3.

— *his Bonorum jadūram subeuntibus, et ad inopiam redactis debitor denuo carebit.* Ibid. §. 4.

— *hic, et hæredes solvendo obligantur, mortuo etiam debitore condemnato.* Ibid. §. 5.

— *Vide et Vocem: Fidejusio.*

Filius. — *Huic juniori, eo non existente filia juniori competit elecio cedium Paternarum in Divisione.* L. II. T. 4. §. 11.

— *His absque scitu, et Consensu Parentum pecunia credi non debet,* L. III. T. 1. §. 5. *Hic*

INDEX STATUTORUM.

F.

Filius. — *Hic pro deligo Patris, et e Contra luere non potest.* L. IV.

T. 1. §. 5:

... *De his, et Filiabus vide plura ad vocem Liberi.*

Finis. — *Forum Termicalium, seu Territorialium causa emersæ Lites inter Saxones ultra Forum universitatis appellari non possunt.* L. I. T. 11. §. 9.
... *Hi Territoriales per Protonotarios, vel homines Vajvodales ne reambulantur, nec causæ tales decidantur.* Ibidem. §. 8.

Fiscus. — *Hic succedit ab intestato defunctis, et haerede legitime Carentibus.*

L. II. T. 2. §. 13.

... *Vide etiam Respublica.*

Flagitium. — *Vide Crimen, et Delictum.*

Forum. — *Hoc rei sequitur Actor.* L. I. T. 4. §. 1.

... *Hoc Rei seu in Civilibus, seu in Criminalibus ubi esse potest, vel debet?* Ibidem. §. 1. et 3.

... *In his Saxonice Actor Causam Saxonice idiomate proponat* Ibid. §. 2.

Fortuitus Casus. — *Vide Casus.*

Frater. — *Hic pro Fratre Testis esse non potest nisi per alterum fratrem accusetur.* L. I. T. 6. §. 3.

... *hic in bonis divisis non succedit defuncto Fratri, sed Parentes.* L. II. T. 2. §. 6.

... *hic Fatri indiviso filii cum Parentibus succedit.* Ibidem. §. 6.

... *hi, et Sorores non extantibus descendantibus, et ascendantibus defuncto succedunt, et excludunt liberos Fratum, et Sororem.* Ibid. §. 9.

... *hi, et Sorores ex uno, vel diverso vinculo Conjundi qualiter succedunt in bonis Paternis, vel Maternis.* Ibid. §. 10.

... *hi Consanguinei, et Arunculi nec non Fratres Uterini, et Patrui qualiter succedant in bonis ab intestato defunctorum, sine bonorum Confusione?* Ibid. §. 11.

... *horum, et Sororum liberi vocantur in Successionem defuncti nec ascendentes nec descendentes, nec Fratres, et Sorores habenti.* Ibid. §. 12.

... *hi soli quomodo dividant domum in Civitate, et Fundos extra Urbem.* L. II. T. 4. §. 9.

... *idem quomodo dividant in Oppidis, et Pagis domum, et fundum.* Ibidem. §. 9.

... *hi Testantis non possunt esse in Testamento Testes.* L. II. T. 5. §. 5.

Fran.

INDEX STATUTORUM.

F.

Praudatio. — *Hæc Creditoribus per alienationem Bonorum inferri prohibi-
tur. L. III. T. 3. §. 2.*

— *Hæc non infertur non acquirendo sed bona imminuendo. Ibid. §. 2.*
— *Vide plura ad Vocab: Dolus.*

Fraus. — *Vide Dolus, et proxime Fraudatio.*

Fuga. — *Hac sibi consulens Capitalis Criminis Reus Multa homagii ex
bonis ejus Judicibus cedente plectitur salva hæredum portione. L. IV.
T. 8. §. 4.*

Fullo. — *Vide Opifex.*

Fundatio. — *Vide Usus Pius.*

Fundus. — *Si de hoc agitur, ubi Actio movenda? L. I. T. 4. §. 3.*
— *Hic per Judicem Creditori pro re Credita additus, vel per ipsum Debi-
torem obligatus qualiter vendendus? L. I. T. 12. §. ultim.*

— *idem divenditus post tertiam proclamationem debitori offerendus, eo re-
dimere recusante plus offerenti tradendus. Ibidem.*

— *hic Venalis, in alio loco situs, ubi publicandas, et quibus primum offe-
rendus? L. III. T. 6. §. 6.*

— *hujus divenditi evitatio per Venditorem quousque praesianda? Ibid. §. 12.*

Fur. — *Hi Testes esse nequeunt. L. I. T. 6. §. 1.*

— *horum receptatores, et occultatores pari paenæ sunt obnoxii, L. IV.
T. 2. §. 7.*

— *hos intercipere negligentes in pari Causa habendi. Ibidem.*

— *hujus nocturni, et Diurni Occisio quando est impunis? Ibid. §. 11.*

— *Vide etiam Vocab: Furtum.*

Furiosus. — *Hi Testes esse nequeunt. L. I. T. 6. §. 1.*

— *Hi Testamentum condere non possunt. L. II. T. 5. §. 2.*

— *hi in Testimentis non possunt esse Testes. Ibid. §. 5.*

— *hi, et infantes damni illati Actione non tenentur. L. III. T. 9. §. 5.*

Furtum. — *Per hoc rem sibi sublatam afferens, septimo secum jurando suam
esse comprobare debet. L. I. T. 9. §. 7.*

— *hujus Actio competit in eum, qui depositum contrectat. Lib. III.
T. 5. §. 6.*

— *ob hujus Suspicionem ab exteris, et aliis peregrinis hominibus polissimum
Valachis equi, boves, vervecos, et poroi in Pagis non emendi. L. III.
T. 6. §. 10.*

per

INDEX STATUTORUM.

F.

- Furtum. — *Per hoc oblata, vel i vi ademta re venumdata, emtor regresua habet ad Venditorem.* Ibidem. §. 10.
- ... *Per hoc ablatum equum, vel bovem q in Nundinis emens evitorem statuere non tenetur.* Ibid. §. 11.
- ... *de hoc, et direptis bonis agit.* L. IV. T. 2. integer.
- ... *hujus Crimen quid sit, et cui Competat Actio furti?* Ibid. §. 1.
- ... *hujus Actio, et Condicio quando manet, et quando tollitur?* Ibid. §. 2.
- ... *hujus, Actionibus penalibus non tenentur haeredes, et ceteri Successores.* Ibidem. §. 3.
- ... *hujus Actione qui tenentur?* Ibid. §. 4. 5. et 6.
- ... *per hoc ablatam, ut alteri divenditam rem, Dominus recuperare potest emtore pretium amittente.* Ibid. §. 8.
- ... *per hoc ablata res directe ad Dominum redire debet.* Ibid. §. 8.
- ... *per hoc ablatam rem emens, re deprehensa Judicio evitorem statuere tenetur.* Ibid. §. 9.
- ... *hujus pena, pro Criminis diversitate suspensio, vel in ignem Conjectio.* Ibidem. §. 10.
- ... *per hoc ablatam rem a Servo scienter suscipiens, et penali, et restitutoria Actione tenetur.* Ibid. §. 12.
- ... *Vide, et. Vocem: Fur.*

G.

Gener. — *Hic, et Socr Testes esse nequeunt.* L. I. T. 6. §. 3. et 6.

Gradus. — *Intra hunc quartum Nuptiae non admittuntur, intercedente copula post irrogatam Malam tolerantur.* L. II. T. 1. §. 5.

Gratia. — *Hanc adulterium committentis Capiti facere potest Magistratus in primo fragilitatis Casu.* L. IV. T. 7. §. 13..

... *Hec Principis quid operetur in Criminum Casibus.* L. IV. T. 8. §. 4.

... *hac a Principe obtenta criminis Capitalis Reus homagio Solum multatur.* Ibidem. §. 4.

H.

Habitatio. — *Hæc perpetua debetur Matri in domo defuncti Mariti, seu transeat ad secundas Nuptias, seu non.* L. II. T. 4. §. 7.

Habi-

I N D E X : S T A T U T O R U M .

H.

Habitatio. — *Hæc novercæ etiam debetur usque secundas Nuntias.* Ibid. §. 8.

Hæreditas. — *Hac Futura privatur Tutelam sine sufficienti causa recusans.* L. II. T. 3. §. 5.

... *Hujus ultra Vires factum Legatum in quantum præstandum?* L. II. T. 6. §. 3.

... *hanc sine, vel cum Deliberatione, et Inventario adeentes, in quantum tenentur Creditoribus satisfacer?* L. III. T. 3. §. 5.

Hæres. — *Horum descendantium in defitu ascendentis præferuntur cognatis in Bonorum Successione.* L. II. T. 2. §. 6.

... *huius juniori cedit Domus Paterna in Civitate, alteri Fundus extra Urbem.* L. II. T. 4. §. 9.

... *hi, Testamentaliter constituti in Testamentis non possunt esse Testes.* L. II. T. 5. §. 5.

... *hi pænaliibus Actionibus non tenentur.* L. IV. T. 2. §. 3.

... *hi damnatorum, (exceptis læsæ Majestatis reis) bona sua Consequuntur.* L. IV. T. 8. §. 1. 2.

Hærus, seu Dominus Servi. — *Vide Dominus, et Servus.*

Homagium. — *Hoc, sive Aëstimationem hominis mortui solvere tenetur Dominus bestiæ, vel Feræ mortem causantis.* L. III. T. 9. §. 2.

... *hoc præstatur ob mortem etiam casualem per dejectionem, vel effusionem alicujus rei interventam.* Ibid. §. 6.

... *mortuum 40. florenos constituit.* L. IV. T. 4. §. 1.

... *Vivum 20. florenis aëstimatur.* Ibidem. §. 2.

... *hujus multæ Judicibus cedit ex bonis rei perpetrato | Crimine Capitali fuga sibi consulentis.* Lib. IV. T. 8. §. 4.

... *hujus multæ competit Judicibus e bonis etiam Capiti, et bonis gratiam a Principe Impetrantis.* Ibid. §. 4.

Homicida. — *Horum pena est Ferrum.* L. IV. T. 3. §. 1.

... *Pro his qui sint damnandi, vel ab hoc Crimine absolvendi.* Ibidem. §. 2. et Sequent.

Homicidium. — *Hujus voluntarii ratione movenda in causa Criminali non datur appellatio.* L. I. T. 11. §. 5.

... *de his agit.* L. IV. T. 3. integer.

INDEX STATUTORUM.

H.

- Homicidium. — *Hujus Criminis rei qui sint habendi, qui item ab hoc absolvendi?* Ibid. §. 2. 3. 4. 5. 7.
... *ab hoc in rixa, et tumultu multorum factum, quid disquirendum, et qui damnandi?* Ibidem. §. 6. et 8.
Honor. — *Hunc sustinenti Munus imponi non debet, munus vero sustinens honor deferri potest.* L. I. T. 1. §. 2.
— *his majoribus Fruuctos ad minores revocari non oportet.* Ibid. §. 2.

I.

- Ignis. — *Hujus, et Aquæ interdictione Matrimonium non solvitur.* L. II.
Tit. 1. §. 10.
Immobilia. — *Bona immobilia vide Bona.*
Impedimentum. — *Hoc absentiae justum, et legitimum allegans, et comprorbans reus exceptione juvatur.* L. I. Tit. 2. §. 8. item L. I. T. 3. §. 1.
Impotentia. — *Viri ad Coitum cum Uxore biconnalis repudium causat.* L. II. Tit. 1. §. 9.
Imprægnatio. — *Hujus accusatio, et pœna.* L. IV. Tit. 7. §. 10.
... *Vide plura ad voces Stuprum Adulterium.*
Impuber. — *Pro his qui sunt habendi.* L. I. T. 6. §. 1.
... *Hi Testimonium dicere vetantur.* Ibid. §. 1.
... *Hi, nec in Testamentis possunt esse Testes.* L. II. T. 5. §. 5.
Imputatio. — *Seu Culpa Vide Culpa.*
Inauditus. — *Hic condemnari non debet.* L. I. T. 2. §. 1. item L. I.
T. 10. §. 1.
Incendium. — *Hoc fortuitum venia indiget, nisi accedat Culpa luxuriae, vel dolo proxima.* L. III. Tit. 9. §. 8.
Incestuosus. — *Hi, et adulterini liberi nec ad Patris, nec ad Matris Successionem admittuntur.* L. II. Tit. 2. §. 4.
... *iusdem tamen alimentum debetur.* Ibid. §. 4.
Inctus. — *Vide Reus.*
Incuria. — *Ex hac, et neglectu si moriatur vulneratus, percutiens pœna homagii puniri non potest.* L. IV. Tit. 3. §. 7.

Inde.

INDEX STATUTORUM.

I.

Intebitum. — *Hoc modo ex Testamento solutum, seu quod postea falsum, inofficium, vel ruptum apparuerit, repeti potest.* L. II. T. 5. §. 15.

Ipsumia. — *Hac qui notantur?* L. IV. Tit. 6. §. 1. Seqv.

... *hac notatus habetur Testamenta, vel alia Instrumenta vitians alterans; falsa conscientia, falsorum sigillorum confector.* Ibid. §. 2.

... *eadem notatur qui duobus in solidum eandem rem diversis Contractibus vendidit.* Ibid. §. 4.

... *hanc non incurrit pecuniaria multa punitus.* Ibidem. §. 4.

Infamis. — *Hi Testes lēsse nequeunt.* L. I. Tit. 6. §. 1.

Infans. — *Hic in partu ante mortem vagiens pro enīxō vivo homine, et haereditatis capace habetur.* L. II. T. 2. §. 3.

... *hi damni dati Actione non tenentur.* L. III. T. 9. §. 5.

Imperator. — *Hi Rescripta contra Jus elicita ab omnibus Judicibus refutari præcipiunt.* L. I. T. 10. §. 3.

Inimicus. — *Hic Capitalis, et alteri insensus ad Testimonium non est admis- tendus.* L. I. T. 6. §. 2.

Induria. — *Huic qui occasionem præstat ipse damnum dedisse videtur.* L. II. T. 9. §. 4.

... *Ita, seu culpa diti danni recompensatio præfianda.* Ibid. §. 5.

... *de his verbalibus agit.* Lib. I^r. T. 5. integer.

... *horum verbalium intuitu Alio cui competit?* Ibid. §. 1.

... *haec per qualia adiuncta sunt atrociores.* Ibid. §. 1.

... *hanc summa alicuius inferens non tantum deprecatione tenetur, sed insuper pena emendare linguae multatur.* Ibid. §. 2.

... *harum causa cui cedit?* Ibid. §. 2.

... *haec dissimulatione aboletur.* Ibid. §. 3.

... *hanc ex Penitentia remissam recolere non licet.* Ibid. §. 3.

... *hanc neuter vindicare potest, qui se mutuo convitii afficiunt, nisi alter coram Judicio questus sit.* Ibid. §. 4.

... *in harum Alio ultra Senatus Cognitionem non datur appellatio.* Ibidem. §. 4.

... *ad hujus vindictam exire non debet, nec ob id bona fama periclitatur provocatus ad duellum.* Ibid. §. 5.

Innocentia. — *Hac purgatur Reus non vero Accusatione alterius.* L. IV. T. 1. §. 7.

I N D E X S T A T U T O R U M.

I.

Innovatio. — *Hæc in Causis pendente appellatione interdicta.* Lib. I.
T. 11. §. 7.

Instrumentum. — *His alienis Probatio fieri quando permittitur?* Lib. I.
T. 5. §. 2.

... *de horum Probatione agit.* L. I. T. 7. integer.

... *hæc quæ habent plenam Probationem?* Ibid. §. 1.

... *horum amissio Creditori non nocet, aliis probationibus præexistenter.* Ibid. §. 2. item L. III. T. 3. §. 3.

... *his falsis circumuento Judice, executio judicati suspenditur.* L. I. Tit. 12. §. 1.

... *hujus postea reperti praetextu, Transactio bona fide inita non rescinditur.* Lib. III. T. 8. §. 4.

... *his ablatis, qua Aktione conueniuntur, tenentes.* L. IV. T. 8. §. 3.

... *hæc vitiantes, vel falsa confictentes infamia notantur.* L. IV. T. 6. §. 2.

Interusinium. — *Hoc seu Interesse quare debetur, et quare infligitur.* L.
III. T. 1. §. 4.

... *Vide et Voces: Usura, et Mora.*

Interrogatio. — *Hac est proponenda per Judicem utriusque parti de eo: num
quid amplius Causæ suæ addere desiderent?* L. I. T. 1. §. 8.

Intestatus. — *De Successionibus ab intestato agit.* L. II. T. 2. integer.

Inventory. — *Hoc de bonis per defunctum relictis necessario consciendum*
L. II. T. 3. §. 1. et 9. item L. III. T. 3. §. 5.

Inventum. — *Vide Repertum.*

Iter. — *Iter facientium Junctoris, ob neglectam Viarum, et pontium Conser-
vationem datum damnum loci Officiales praefstant.* L. III. T. 9. §. 9.

J.

Judex. — *De horum electione, et Officio agit.* L. I. T. 1. integer.

... *Coram his ordinariis debent primo agitari Universæ Civium Causæ.*
Ibidem. §. 3. et 4.

... *ab his ordinariis provocatio fit ad Senatum.* Ibidem. §. 4.

... *hi non aliter judicent, quam quod legibus Constitutionibus, aut moribus
proditum est.* Ibid. §. 5.

... *hi re bene cognata proferant Sententiam.* L. I. T. 5. §. 12.

His

INDEX STATUTORUM.

J.

- Judex. — *His licet in Testes ob falsitatem, vel fraudem animadvertore abesse que ullo præscriptionis obstaculo.* Ibidem. §. 14.
— *de horum Sententias agitur.* L. I. T. 10. per totum.
— *hi non existimant sibi injuriam inferri per Appellationem.* L. I. T. 11. §. 4.
— *his imputatur si moxiti minus idoneum, vel nullum dant Tutorum.* L. II. T. 3. §. 8.
— *his cedit homagium ex bonis Capitalis Rei fuga fibi consulentis.* L. IV. T. 8. §. 4.
— *Vide etiam Vocem: Officialis.*

- Judicium. — *Hoc a Citatione inchoandum est.* L. I. T. 2. §. 1.
— *huic se sistendi Causa quales personæ, et in quibus Causis debent fiduciationem præstare.* Ibidem. §. 4.
— *hujus novi sine beneficio litem amissam restaurans flor. 12. multatatur.* L. I. T. 4. §. 10.
— *hujus novi iterato beneficio agens a limine judicii repellitur, et in duplum condemnatur.* Ibid. §. 10.
— *in his quod inæqualiter factum est, in melius reformari potest.* L. II. T. 4. §. 16.
— *ad horum similitudinem redigitur Compromissum, et ad fintandas lites pertinet.* L. III. T. 8. §. 2.
— *de his publicis tradatur.* L. IV. T. 1. per totum.
— *horum publicorum divisio.* Ibid. §. 1.
— *hæc publica quæ dicuntur.* Ibidem. §. 2.

- Jumentum. — *Illis iter facientibus ob Viarum, et Pontium neglectam etram, damni dati refusione Officialis loci tenentur.* L. III. T. 9. §. 9.
— *Vide etiam Voces: Bos, Equus, Pecus, Vervex.*

- Juramentum. — *Hoc solemne præstare tenentur Testes examinandi.* Lib. I. T. 5. §. 6.
— *Sine hoc deponendo examinantur Personæ Senatoriæ Judices, et Notarii.* Ibidem. §. 7.
— *huc tamen in Causa propria delatum deponere tenentur etiam prædicti Officialis.* Ibid. §. 7.
— *de his seu de jure jurando agitur.* L. I. T. 9. per totum.
— *huc Abori, vel reo quando deferendum?* Ibid. §. 1.

Hoc

INDEX STATUTORUM.

J.

- Juramentum.** — *Hoc quatuorplex, et voluntarium, Judiciale, et necessarium quid sit, et quando locum obtinet?* Ibid. §. 2.
— *Hoc alteruter litigantium deferre potest in Causis pecuniariis.* ibid. §. 3.
— *per hoc decisa Causa nec perjurii praetextu retractari potest.* Ibid. §. 4.
— *Sine hoc absolvitur reus in Causis debitorum Adore non probante.* Ibidem. §. 5.
— *hoc Adore deferendum in supplementum semiplene probationis.* Ibidem. §. 5.
— *hujus delationis non autem praeflationis tempore appellandum.* Ibid. §. 6.
— *per hoc septimo secum praefundum comprobare debet, rem furto sibi subtraditam esse prætendens.* Ibidem. §. 7.
— *hoc per Adorem septimo secum praefatio, parti adversæ oblatio juris-jurandi in duplo non admittenda.* Ibid. §. 7.
— *post rem jurejurando decisam, nihil amplius queritur.* L. I. T. 10. §. 4.
— *hoc debitori pro revelatione Bonorum quando imponendum?* Lib. I. T. 12. §. 7.

Jurati. — *Hi per quos eligendi?* L. I. T. 1. §. 1.

Jus. — *Idem jus dicendum, ubi in aliqua Causa eadem est Ratio.* L. I. T. 1. §. 6.

— *quod in jure statutorum non est expressum, id ex veterum legum, et Constitutionum regulis, et Jure Imperiali subrendum.* Ibid. §. 7.

Jus-jurandum, seu Juramentum. — *Vide Juramentum.*

L.

Latro. — *Horum, et furum de receptatoribus, et occulatoribus, vel eos comprehendere intermittentibus.* L. IV. T. 2. §. 7.

Latrocinium. — *Intuitu hujus agitanda in Causa Criminali non datur applicatio.* L. I. T. 11. §. 5

Legare. — *Testamentaliter quantum liceat, vel non liceat.* L. II. T. 5. §. 9 10.
— *Suo Debitori licet.* L. II. T. 6. §. 4.

Legatarius. — *Vide proxime inferius Legatum, Legatio.*

Legatum, vel Legatio. — *Hoc extinguit prærogativam Donationem Parentum.* L. II. T. 4. §. 3.

De his

INDEX STATUTORUM.

L.

Legatum, vel Legatio: — *De his per Testamentum factis agit.* L. II.
T. 6. integer.

— *hujus definitio, seu quid sit legatum.* Ibidem. §. 1.

— *hæc, non debentur nisi deducto æro alieno.* Ibidem.

— *hoc de bonis immobilibus, vel mobilibus facere qualiter concessum.* Ibidem. §. 2.

— *hoc ultra Vires hæreditatis factum in quantum subsistit.* Ibid. §. 3.

— *hoc in pecunia factum, non existente etiam pecunia, ex hæreditate solvendum.* Ibid. §. 3.

— *hoc fieri potest etiam Debitori.* Ibid. §. 4.

— *hoc de rei proprietate factum qualiter obtinet Legatarii, vel hæredos.* Ibidem. §. 5.

— *hoc si ab quo fido hæredis perierit Legatario decedet, si ob moram hæredis evenit periculum, id ad hæredem spectabit.* Ibid. §. 6.

— *hoc ad pios usus, vel Reipublicæ factum, omnium primo praestari debet.* Ibidem. §. 7.

— *hæc ad pias Causas facta alio converti non debent.* Ibid. §. 7.

Lenocinium. — *Hoc Crimen qui contrahunt?* L. IV. T. 7. §. 5.

Lex. — *Pro hac servatur longa Consuetudo utilitates publicas non impediens.* L. I. T. 1. §. 5.

— *harum defectus, ex veterum legum, et Consuetudinum regulis, et Jure Imperatorio suplendi.* Ibidem. §. 7.

Liber. — *In his publicis Civitatum fassiones Testium, Actiones Causarum, Protestationes, Sententiae, Jura emtionum, Donationum, Debitorum, Contradicuum, et similium qualiter inscribenda?* L. I. T. 8. §. 2.

Liberi. — *Hi contra Parentes, et vicissim Parentes contra liberos ad Testimonium admittendi non sunt, nisi parte adversa Consentiente.* L. I. T. 6. §. 2.

— *horum Sponsalia, et Matrimonium Consensum Parentum, vel in quorum potestate sunt, requirunt.* L. II. T. 1. §. 2. 3.

— *horum Successio in bonis Parentum ab integrante decedentium.* L. II. T. 2. §. 1.

— *hi, ante contractum Matrimonium progeniti, et per subsequens Matrimonium legitimati succedunt Parentibus, cum aliis legitimis.* Ibid. §. 2.

INDEX STATUTORUM.

L.

- Liberi. — *Hui ex incestu, et adulterio prognati nec ad Patris nec ad Matris Successionem admittuntur.* Ibid. §. 4.
 ... *his etiam illegitimis alimenta debentur.* Ibidem.
 ... *horum etiam illegitimorum educatio est Juris Naturæ.* Ibidem.
 ... *his mortuo Patre cum Matre dividentibus, ex duabus domibus eligere liberum est.* L. II. T. 4. §. 6.
 ... *his ex priori Matrimonio susceptis cedit tertia pars domus Matri attributa, soluto affimationis pretio.* Ibid. §. 7.
 ... *horum alimenta Matri quomodo assignandu.* Ibidem. §. 10.
 ... *horum aliquis res ex communi ad Nuptias, vestitum Studia, et similia assumptus, et deterioratas tempore Divisionis ceteris liberis qualiter tenetur compensare?* Ibid. §. 14. et 15.
 ... *hi in Partu Matris mortui vide Infans.*
 ... *hi illegitimi, seu Spurii. Vide Spurius.*

Libra. — *Vide Mensura.*

Lis. — *Vide Actio, vel Causa.*

Litigans. — *Hujus temerarii Pœna.* L. I. T. 4. §. 10.

Litteralia Instrumenta. — *Vide Instrumentum.*

Litteræ. — *Hæ missivæ, seu missiles quando probant?* L. I. T. 7. §. 1.
 ... *Has transmisiorias seu Apostolos intra præfinita tempora non postulans ab agendo submovetur.* L. I. T. 11. §. 3.

Locare. — *Rem conducam alteri locare nemo prohibetur.* L. III. T. 4. §. 4.

Locatio. — *Hujus, et Conductionis tempus servandum.* Lib. III. T. 4. §. 2. et 3.

Locator. — *Hic reliquis Creditoribus præferendus.* L. I. T. 12. §. 5.

Locatum. — *Hujus seu locatæ rei Casus ad quem spectant.* L. III. T. 4. §. 5.

Lucrum. — *Hoc qui sentit, idem et onus sentire debet.* L. II. T. 3. §. 5.

M..

Magister. — *Hi, ut et reliqui Magistratales Personæ quando, et quomodo eliguntur.* L. I. T. 1. §. 1.

Magistratus. — *Horum elecio quando et quomodo fit.* L. I. T. 1. §. 1.
 ... *his imputatur, si moniti minus idoneum, vel nullum dant Tuteum.* L. II. T. 3. §. 8.

INDEX STATUTORUM.

M:

Magistratus. — *Hi vias Regias, et earum pontes conservare tenentur sub pena refusionis damni.* L. III. T. 9. §. 9.
... *Vide etiam Voces: Judex, et Officialis.*

Majestas. — *Hujus læsæ reus vitam, et bona amittit.* L. IV. T. 8. §. 2.

Majores. — *His etiam intra unius anni Spatiū subvenire solet in divisionibus dolo, vel fraude factis.* L. II. T. 4. §. 16.

Malefactor. — *Hi profugi ubicunque comprehensi fuerint, ibi conveniri, et plebi posunt.* L. I. T. 4. §. 1.

... *Horum receptatores, et occultatores, vel non Comprehensorē par pena exspectat.* L. IV. T. 2. §. 7.

— *Horum receptatores, et occultatores, si sint Consanguinei, eorum pena mitiganda.* Ibidem.

Maleficium. — *In his voluntas, et propositum delinquentis distinguunt.* L. IV. T. 3. §. 2.

... *Vide plura ad vocem: Crimen.*

Manus. — *Has alteri amputans viginti florentis multatur.* L. IV. T. 4. §. 2.
... *Violentia sibi inferens quomodo punitur?* L. IV. T. 8. §. 3.

Maritus. — *Hic, et Uxor pro se invicem Testes esse nequeunt.* Lib. I. T. 6. §. 3.

... *hic Uxorem sine Culpa deserens quartam partem Substantie propriæ persolvere debet.* L. II. T. 1. §. 7.

... *hic Uxori, et vicissim Uxor huic Causa mortis quando potest donare* L. II. T. 5. §. 13.

Masculus. — *His Pupillis ante 20-um Annū res, et bona non sunt extradanda.* L. II. T. 3. §. 10.

... *Hi Fæmellis semper præferuntur.* L. II. T. 4. §. 11.

... *horum Ætas legitima 14. Annī.* L. II. T. 5. §. 1.

Mater. — *Hæ ad Tutelam admittuntur.* L. II. T. 3. §. 10.

... *hæ mortua divisio intra quod tempus, et qualiter peragenda?* L. II. T. 4. §. 2.

... *huic perpetua habitatio debetur in domo Mariti mortui.* Ibid. §. 7.

... *huic usus Fructus Beatis Marii non acquiritur, sed cum proprietate pro filiis consolidatur.* Ibid. §. 13.

... *Vide plura ad vocem: Parentes.*

INDEX STATUTORUM.

M.

- Matrimonium.** — *De horum, seu Nuptiarum ritu agis. L. II. T. 1.* Anteget
... *hujus definitio, seu quid sit Matrimonium seu Nuptia. Ibidem. §. 1.*
... *hæc iusta qualiter contrahantur. Ibid. §. 2.*
... *hæc sine voluntate Patris non contrahuntur, sed contracta non dissolvuntur. Ibidem.*
... *hæc Consensum requirunt Contrahentium, et eorum in quorum potestate sunt Ibid. §. 2. et 3.*
... *hujus incestuosi pœna est exilium. Ibid. §. 4.*
... *hoc usque ad quartum gradum inter Consanguineos non admittitur. Ibidem. §. 5.*
... *hoc intra quartum etiam gradum, intercedente copula multaque irrogata, toleratur. Ibid.*
... *hoc Puellæ promissum, si intra biennium executum non fuerit, puella in alterius Conjugationem percurrente nihil fraudis ei imputandum. Ibid. §. 6.*
... *hoc alterutro Conjugum sine alterius Culpa rejiciente, pars culposa innocentii quartam partem subjiciat pro rata Portione persolvere debet. Ibid. §. 7.*
... *hujus desertore citato, et non comparente Persona deserta pro libera, desertor pro mortuo pronunciandas. Ibid. §. 8.*
... *hoc qualiter solvitur, ob Impotentiam mariti. Ibid. §. 9.*
... *hoc aquæ, vel ignis deportatione non solvitur. Ibid. §. 10.*
... *aliud contrahere licet alterutri Conjugum post septuaginem alterutrius Conjugis absentiam. Ibid. §. 11.*
... *hoc secundum Matrem non nocet quoad habitationem in domo. L. II. T. 4. §. 7.*
... *horum, et alienarum Nuptiarum sollicitatores puniendi. L. IV. T. 7. §. 3.*

Medicus. — *His solutas mercedes pro homine casualiter læso, aut vulnerato quis tencatur refundere? Lib. III. T. 9. §. 6.*

Memoria. — *Pro hac perpetua solummodo; et regulariter nunquam alias producendi, et examinandi sunt Testes ante litis Contestationem. L. I. T. 8. §. 1.*

Mendarium. — *Hoc in Detractionis pronidetur. L. IV. T. 1. §. 8.*
... *hoc in meretrice aliquem Maritum do siupro diffamante qualiter puniendum? L. IV. T. 7. §. 12.*

Mensu-

I N D E X S T A T U T O R U M.

M.

Mensura. — *Hac, vel libra falsa in vendendo, vel emendo uter qualiter puniendus?* L. IV. T. 6. §. 4.

Mente Captus. — *Hi, Testamentum condere non possunt.* L. II. T. 5. §. 2.

Mercator. — *Horum libri, seu regesta sola ad probandam Debiti quantitatem non sufficiunt.* L. I. T. 7. §. 3.

Merces. — *Haec Famularum qualiter adjudicanda, et pro obtainenda satisfactio-* *nione per Judicem auxilium præbendum.* Lib. I. T. 12. §. 4.

— *hæc seu Salarium Tutorum peregrinorum constituendum est, pro ratione* *Bonorum Pupillarum.* L. I. T. 3. §. 5.

— *hæc pro operis locatis ex integro quanto solvenda?* L. III. T. 4. §. 7.

— *has medicis præfatis pro homine casualiter laeso, aut vulnerato, quis* *teneatur solvere?* L. III. T. 9. §. 6.

Merettix. — *Hæc Maritum aliquem de Stupro diffamans qualiter punienda?* *Lib. IV. T. 7. §. 11. et 12.*

Metales Causæ. — *Vide Territorium.*

Minorennis. — *Hic, vel prodigus Tutor esse nequit.* Lib. II. T. 3. §. 10.

— *hæc ætas longiori Præscriptioni non computatur.* L. III. T. 6. §. 17.

Missiva, seu Missiles Litteræ. — *Hujusmodi Litteræ qualiter probant?* L. I. *T. 7. §. 1.*

Móbilia Bona. — *Vide Bona.*

Moderamen. — *Isculpatæ defensionis, vide defensio, vel vindicta.*

Moneta. — *Harum falsarum Cusores, adulteratores, vel rasores flamma-* *rum exustioni mancipentur.* L. IV. T. 6. §. 5.

Mora. — *Hæc ubi est periculosa Fassiones Testium recipi possunt ad per-* *petuam rei memoriam etiam ante Litis Contestationem.* L. I. T. 8. §. 1.

— *hanc non admittentibus in Causis Appellatio non conceditur.* L. I. *T. 11. §. 5.*

— *hujus Causa iusta prolatæ Dilatio in Divisionibus perficiendis Patri, vel* *Matri quamdiu concedenda?* L. II. T. 4. §. 2. et 5.

— *hæc in tradendo Legato hæredi quando imputatur?* L. II. T. 6. §. 6.

— *hæc nulla intelligitur, ubi petitio nulla est.* Ibidem.

— *ex hac debetur latere in bone Fidei Contrahibus.* L. III. T. 1. §. 4.

— *propter hanc, non autem ob lucrum inffigitur solutio Interusurii.* Ibid.

— *hanc non facit, qui Judicium accipere paratus est.* Ibidem.

— *hæc non est in eo, a quo pecunia propter exceptionem peti non potest.* *Ibidem.*

INDEX SATTUTORUM.

M.

Moratorium. — *Seu Dilatio in Debitorum Solutione* Vide *Dilatio*.

Mors. — *Hac Patris, vel Matris interveniente quid faciendum?* L. II. T. 4. §. 2. et 5.

— *Hac Debitoris interveniente rede cum Fidejussore agitur.* Lib. III. T. 7. §. 5.

Mulcta. — *Vide Pœna.*

Mulier. — *Horum, et Viri Conjunctio seu Matrimonium.* L. II. T. 1. §. 1.

— *hae ad gerendam Tuteslam, quæ admittuntur, et quæ non?* L. II. T. 3. §. 10.

— *hae in Testamentis non possunt esse Testes.* L. II. T. 5. §. 5.

— *harum, et Virginum Raptor pœna Capitallii punitur.* L. IV. T. 7. §. 6.

Munus. — *Hoc, et honor qualiter conferantur.* L. I. T. 1. §. 2.

Mutatio. — *Hæc, vel Revocatio Testamenti libera.* L. II. T. 5. §. 4.

Mutilatio. — *Membrorum mutilationis pœna.* L. IV. T. 4. §. 2.

Mutus. — *Hi Testamentum facere non possunt.* L. II. T. 5. §. 2.

— *idem in Testamentis non possunt esse Testes.* Ibid. §. 5.

N.

Nauta. — *Hi rem ipsis concreditam restituere tenentur.* Lib. III. T. 4. §. 5.

Negotiator. — *Horum libri seu Regeſtra ſola non probant debiti quantitatem.* L. I. T. 7. §. 3.

Nomen. — *Hujus, seu Debiti venditio qualiter concesſa?* L. III. T. 3. §. 6.

Noverca. — *His etiam debetur habitatio in domo Mariti usque ad secundas Nuptias.* L. II. T. 4. §. 8.

— *Haec si ad secundas Nuptias transierit, vel mortua fuerit domus ad liberos redit.* Ibidem.

Novum. — *Hoc Judicio, cum Cratia Principis, adversarium temere vexans sumtuum refuſione tenetur.* L. I. T. 2. §. 7.

— *hujus fine beneficio litem ſenect amiffam reſtaurans 12. florenis multatur* L. I. T. 4. §. 10.

— *hujus beneficio iterato agens a Judicio repellitur, ac in duplo condemnatur.* Ibidem.

Notarius. — *Vide Officialis.*

Noxa-

I N D E X S T A T U T O R U M

N.

Noxalis. — *De Actionibus noxalibus, et si quadrupes Pauperiem facerit agitur.* L. III. T. 9. per ioum.

Nusmmus — *Vide Moneta.*

Nuptiæ. — *Vide Matrimonium.*

O.

Oblatio. — *Hæc præmittenda erga Debitem de Fundo, Creditori seu per Judicem, seu per Litterarum Obligationem additæ astequam plus effarenti tradetur.* L. I. T. 12. §. 7.

— *hæc, seu admonitio erga quos præmittenda, et qui præferuntur in venditione Fundorum, et quorumvis Bonorum immobilium?* L. III. T. 6. §. 5. C. 7.

Obligatio. — *Hæc per Debitem scripta, seu Chyrographus Debitoris probat.* L. I. T. 7. §. 1.

— *Ex harum Præscripto dicendum Jus exceptis illegitimis usuris, et stipulationibus dupli, nulla ratione admittendis.* L. III. T. 1. §. 3.

— *hæc diversis temporibus de eadem re titulo pignoris duobus facta, uter pignorarius habendus prior?* L. III. T. 2. §. 9.

— *hanc seu Chyrographum alterius vitians, vel immutans infamiam incurrit.* L. IV. T. 6. §. 2.

— *Vide etiam Voces: Contractus, Pactum, Transactio.*

Occisio. — *Hæc furis nocturni, vel Diurni quando est libera, et impunis?* L. IV. T. 2. §. 11.

— *hujus Criminis reus est is, qui occisum tenuit, perinde ac is, qui interemit.* L. IV. T. 3. §. 4.

Occultatio. — *Hac per citandum dolose facta, Citatio qualiter fiat?* L. I. T. 2. §. 3.

— *hæc, vel retentio Bonorum Occasione Divisionis scienter attentanda, prohibita est sub pena.* L. II. T. 4. §. 12.

— *hæc rei alienæ repertæ, furti Crimen inducit.* Lib. IV. T. 2. §. 5.

— *eadem furum, et Latronum parem cum his reatum, ei penam post se trahit.* Ibid. §. 7.

Oculus. — *Hic 20. Fiorenis luitus.* L. IV. T. 4. §. 2.

Officium. — *Judicium.* L. I. T. 1. §. 1.

Offi-

I N D E X S T A T U T O R U M.

O.

Officialis. — *Hi publici, utpote: Senatores, Judices, et Notarii, si Testes sint sine juramento examinantur, ast in Causa propria Juramentum Officii non juvat.* L. I. T. 5. §. 7.

— *Vide etiam Voces: Honor, Magistratus, Judex.*

Onus. — *Hoc etiam oportet sentire eum, qui vult sentire lucrum.* L. II. T. 3. §. 5.

Opera. — *Has conducenti, et mercedem non solventi, qualis terminus praesigendus?* L. III. T. 2. §. 8.

— *hae qualiter locatis fuerint, ita facientur.* L. III. T. 4. §. 5.

